M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT

OMNIA

AC DEPERDITORUM FRAGMENTA.

RECOGNOVIT

ET

POTIOREM LECTIONIS DIVERSITATEM

ADNOTAVIT

CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ.

TOMI XIX PARS III.

INDEX LATINITATIS

Q — Z.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIƆIƆCCCXX.

CHR. GODOFR. SCHÜTZII

LEXICON CICERONIANUM.

TOMI III PARS III.

INDEX LATINITATIS

Q — Z.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIↃIↃCCCXX.

Q.

QUADRANTARIUS. Cael. 26. *nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.* Recte Manutius: „Dicit *illa*, tamquam de re nota. Fama enim pervulgata erat, quod ex Plutarcho liquet, adolescentem quendam in Clodiae loculos pro numis argenteis quadrantes aereos immisisse. Cum hoc ioco alterum coniungit, balneatori Clodiam, facta sui copia, familiarem esse potuisse, ut stuprum quasi loco quadrantis esset, quem balneator ab iis, qui lavarent, mercedem suam accipere soleret. Et in hoc quoque *quadrantaria permutatio* est, quadrante in stuprum permutato. Horat. Sat. I. 3. *quadrante lavatum.* Seneca epist. 13. *quadrantariam rem* balneum vocat. Iuvenal. Sat. VI. *caedere Silvano porcum quadrante lavari.* Quintilianus VIII. 6. *quadrantariam Clytaemnestram* a Caelio dicit appellatam, quod ut Clytaemnestra virum suum Agamemnonem, sic Metellum Clodia necasset.“ Non igitur opus est pro verbis *quadrantaria illa permutatione* cum Pantagatho s. Omnibono reponere q. i. *pensitatione* vel ut postea malebat *permulsatione.*

QUADRARE. 1. in rationibus est, quum acceptorum et expensorum summae solidae sunt, ut neque plus, neque minus efficiatur Verr. I. 36. *quomodo DC eodem modo* quadrarint. 2. commodum, idoneum esse Brut. 31. *quoniam tibi ita* quadrat. Att. IV. 18. *ad multa* quadrat. ibid. XIII. 53. *si neutrum* quadret. 3. active *quadrare orationem* est orationem numerosam efficere Orat. 58. *Sic minime animadvertetur delectationis aucupium, et* quadrandae *orationis industria.* 4. idem forma neutrali. Orat. VII. 44. *Versus in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est, et tamen eam coniunctionem, sicuti versum, numerose cadere et* quadrare *et perfici volumus. Ern.*

QUADRATUM: Tusc. I. 24. *in illo libro* (*Platonis*) *qui inscribitur Meno pusionem quendam Socrates interrogat, quaedam geometrica de dimensione* quadrati.

QUADRATUS. Phil. II. 42. quadrato *agmine milites sequuntur* (Gallis *bataillon quarré*).

QUADRIENNIUM. Opt. Gen. or. 7. quadriennio *ante Philippi Macedonis mortem*. Sen. 4. quadriennio *post factus sum praetor*. Caecin. 7. *fundus, quem* quadriennium *possedi*

QUADRIGAE. 1. sensu proprio. Orat. 47. quadrigae pomeridianae. Vid. *Pomeridianus*. Brut. 47. *nec in quadrigis eum secundum numeraverim aut tertium, qui vix e carceribus exierit, quum palmam iam primus acceperit*. Div. II. 70. *Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru* quadrigarum *vehi. Mane ad coniectorem. At ille, vinces, inquit, id enim celeritas significat et vis equorum. Post idem ad Antiphontem. Is autem, vincare, inquit, necesse est. An non intelligis, quatuor ante te cucurrisse?* (scil. quatuor illos equos in somno visos currui iunctos). 2. per comparationem et translationem. Brut. 97 *te intuens, Brute, doleo, cuius in adolescentiam per medias laudes quasi* quadrigis *vehentem, transversa incurrit misera fortuna reip*. Muren. 27. *mihi videtur praetorius candidatus in consularem, quasi* desultorius *in quadrigarum curriculum incurrere*. Vid. *Desultorius*. Q. Fr. II. 15. *quoniam in isto homine colendo* (C. Iulio Caesare) *tam indormivi diu, — cursu corrigam tarditatem, tum equis* (i. e. laudationibus prosa scriptis) *tum vero*. (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis *poeticis*.

QUADRIGARIUS. Fragm. or. in Tog. cand. *ut istum omittam in exercitu Sullano praedonem, in introitu gladiatorem, in victoria* quadrigarium. Quadrigarius est auriga, qui in Circensibus quadrigis agitandis certat. Asconius proprie accipit de Antonio, qui in Circensibus a Sulla post victoriam editis, ita ut honesti homines quadrigas agerent, ipse quoque quadrigas egerit. Mihi aliquid amplius hic latere videtur, Esset enim hoc mediocre convicium; quum appareat, propter gradationem, quadrigarium maius quid esse oportere quam praedonem et gladiatorem. Videbatur mihi aliquando non modo proprie sed simul etiam de rapinis proscriptionum capiendum esse. In quam sen-

tentiam me impellebat locus in Sueton. Neron. 16. *Vetiti quadrigariorum lusus, quibus inveterata licentia passim vagantibus fallere ac furari per iocum ius erat;* quem locum, in quo explicando aut emendando frustra desudarent viri docti, sic explicari putabam posse: quadrigariis post certamen et victoriam invaluisse, ut liceret per urbem vagari, praemiola petere, atque per iocum, si quid possent auferre, eaque licentia eos deinde esse abusos. *Ern.*

QUADRIGULAE. Fat. 3. *aut Philippus hasce in capulo* quadrigulas *vitare monebatur?*

QUADRIIUGUS currus Tusc. I. 44. i. q. quadrigae.

QUADRIMUS quatuor annos aetatis habens Fam. XVI. 22. *una interpositio difficilior est de quadrimo Catone.* Recte Ursinus hoc refert ad exemplum constantiae pueri Catonis, cuius meminit Plutarchus. Nimirum quum esset puer quatuor annorum, in domo M. Drusi avunculi trib. pl. Latinis petentibus civitatem, et se praecipitem illum daturos ioco minantibus, constantissime negavit. Huius rei Ciceronem in Catonis Uticensis laudatione mentionem fecisse, satis est credibile.

QUADRINGENARIUS. Att. VI. 1. quadringenariae *cohortes* dicuntur, quae quadringentos milites habent. *Ern.*

QUADRINGENTI. Div. II. 21. *dixisti multa de casu, ut Venerium iaci posse casu,* quatuor *talis iactis,* quadringentis *centum Venerios non posse casu consistere.*

QUADRIPARTITUS. Tusc. I. 28. *commentationes temporum* quadripartitae (*die vier Jahreszeiten.*) Her. I. 37. *argumentatio* quadripartita. Verr. I. 12. quadripartita *distributio accusationis.*

QUADRIREMIS navis Verr. V. 33.

QUADRUM. Orat. 61. *sententias redigere in* quadrum *h. e.* numerosis periodis complecti. cf. ib. c. 70. *Ern.*

QUADRUPES. N. D. II. 60. *efficimus domitu nostro* quadrupedum *vectiones.* Orat. II. 16. *neque esse periculum, qui leonem aut taurum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit.* Parad. I. 4. *Sic te abiicies atque prosternes, ut nihil inter te, atque aliquam* quadrupedem *putes interesse?*

QUADRUPLATOR; delator, calumniator. Nomen inde ductum quidam existimant, quod quartam partem eius pecuniae accipiebat de qua delatio erat; aut multae, quae damnato irrogabatur. Alii aliunde. Caecil. 7. ubi vid. Ascon. Verr. II. 7. 8. quadruplatorum *deterrimus.* — Iidem dicuntur c. 9. *calumniatores* — Add. Gronov. de Sestertiis p. 271. *Ern.*

QUADRUPLUS. Verr. III 13. *iudicium in quadruplum* est, quo arator si minus dedisset quam Apronius poposcisset, eius summae quadruplum dare cogeretur. Et id est quod postea dicitur, *quadrupli condemnari.*

QUAERERE. „1. vocabulum philosophorum, pro *quaestionem ponere.* Nam solebant ita postulare materiam disserendi *num quis quid quaerit?* Fam. IX. 26. *tu id melius qui etiam philosophum irriseris.* Quum ille siquis quid quaereret *dixisset, cenam te quaerere a mane dixeris. Ille baro te putabat quaesiturum, unum caelum esset an innumerabilia?* Orat. I. 22. — 2. de quaestione per tormenta. Rosc. Am. 21. quaerere *ex aliquo* ibid. 41. quaerere *in aliquem.* 3 de quaestione rei capitalis. Verr. Art. I. 8. quaerere *de repetundis.* 4. *deliberare, excogitare.* Phil. IX 1. *honores* quaerere *alicui.* 4. *lucrari.* Cluent. 26 *iam diu nihil* quaesierat. cf. Rab. Post. 14. 5. *desiderare* (*vermissen*) Verr. III. 18. quaerere *multitudinem iugerum.* 6. *postulare, opus habere.* Verr. I. 10. *quod oratoris eloquentiam* quaereret. cf. Verr. V. 27. 7. formula *si quaeris,* vel *quaeritis* eleganter dicitur pro *ut verum dicam.* Or. II. 62. *et, si quaeritis, is qui appellatur dicax hoc genere maxime excellit.* Off. III. 20. Ea *res si* quaeris *magno ei honori fuit.*" *Ern.*

QUAESITOR dicitur praetor qui quaestioni capitali praeeest. Rosc. Am. 30. de *L. Cassio: hunc* quaesitorem *ac iudicem fugiebant atque horrebant, quibus periculum creabatur.* Q. Fr. III. 3. *consilium varium,* quaesitor *gravis et firmus.* Vat. 14. *quaero ex te Vatini num quis reus* (in hac civitate post urbem conditam) *in tribunal* sui *quaesitoris ascenderit, eumque vi deturbarit?* Verr Act. I. 10. duo igitur consules et quaesitor *erunt ex illius* (*Verris*) *voluntate* — *effugiemus, inquit, hominem in quaerendo nimium diligentem, nimium servientem populi existimationi M' Glabrionem.* Sull. 8.

Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi tum corporis; regit quaesitor.

QUAESITUM. Parad VI. 2. *ut qui honeste* rem *quaerunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligamus opus esse* quaesito, *sic qui videt domi tuae — — omnia venalia, delectum, decretum, alienam, suam sententiam, forum domum, vocem, silentium, quis hunc non putet confiteri sibi* quaesito *opus esse? cui autem* quaesito *opus est, quis umquam hunc vere dixerit divitem?*

QUAESO. 1. *peto, obsecro.* Att. XV. 18. *de re,* quaeso, *etiam atque etiam vide.* Fam. XI. 3. *deos quaesumus, consilia tua reip. salutaria sint, ac tibi. Sin minus, ut salva atque honesta republ. tibi quam minimum noceant, optamus.* 2. quaero Att. XI. 15. quaeso *quid sit mihi faciendum?* ibid. II. 10. quaeso *ecquid tantum malum est, quod in mea calamitate non sit?*

QUAESTIO. 1. in rhetoricis Inv I. 6. *Hermagoras nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur intelligere videtur, qui oratoris materiam in* causam *et in* quaestionem *dividat.* Causam *esse dicit rem, quae habeat in se controversiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione —* Quaestionem *autem eam appellat quae habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione: ad hunc modum: ecquid sit bonum praeter honestatem; verine sint sensus; quae sit mundi forma; quae solis magnitudo?* cf. Orat. II. 19. 2. materia quaecunque de qua quaeritur. Orat. 10. *Sustinere tantam* quaestionem *non possum.* Att. XIII. 19. *omnis Academica quaestio.* 3. cogitatio occupata in re aliqua, doctrina etc. Orat. III. 23. *ipsa tractatio et* quaestio *quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges.* Tusc. I. 11. quaestio *animorum,* i. e. de animis humanis. 4. tormenta ad veritatem exquirendam adhibita. Rosc. Am. 41. *in* quaestionem *dari.* Sic Cluent 64. ubi etiam est *in quaestionem ferre,* pro *offerre,* ut servum. 5. Hinc etiam de iis dicitur, quae tormentis expressa sunt. Cluent. 65. *Tabellae* quaestionis. ibid. 66. quaestio *ficta.* ibid. 63. *quaestionem conscribere* i. e. in literas referre, quid dixerint ii de quibus quaestio habita est. 6. item de advocatis quibus praesentibus quaestio habita est. Cluent. 65. quaestio

dimissa est, quod eodem modo dicitur ut *consilium dimissum est*. 7. iudicium in causa capitali (Vid. CAPUT.) Verr. Art. I. 10. quaestioni *praeesse*. Mil. 5. quaestio *nova*, h. e. nova lege constituta. Rab. Post. 6. quaestione *alligari*. Id fit, quum lex facta est, *ex* qua accusari in causa publica possumus. Brut. 27. quaestiones perpetuae *hoc adolescente* (Carbone) *constitutae sunt quae antea nullae fuerant. L. enim Piso trib. pl. legem primus talis de pecuniis repetundis Censorino et Manilio coss*. De his *quaestionibus perpetuis* tirones haec teneant: Ante L. Pisonis tempora causae publicae agebantur apud populum in comitiis, unde iudicia populi dicebantur, quum nullae leges essent, ex quibus apud magistratum reus agi aliquis de crimine publico posset: de quibus iudiciis vid. Sigon. de Iudic. L. III. 1. sq. A. U. autem DCIV Censorino et Manilio Coss. trib. pl. L. Piso, primus legem de repetundis tulit, quam deinde aliae leges de criminibus publicis secutae sunt, quibus cautum erat, ut ad quaesitorem aliquem, cui ea quaestio obtigisset hae causae per iudices selectos agerentur. Et quoniam quotannis creabantur, quibus hae quaestiones mandarentur, adeoque semper essent, qui eas exercerent, propterea *perpetuae* sunt appellatae. Eius rei causa creati sunt praeter urbanum et peregrinum praetorem, quatuor alii, quibus hae quaestiones mandarentur sorte, quorum numerus, aucto quaestionum numero, et ipse auctus est. Nam Sulla additis novis quaestionibus duos addidit, duos alios Caesar, et alios alii. Saepe tamen SCto decreta quaestio Consulibus, item rogatione tribunitia, ut bene docet Dukerus ad Liv. XXXIX. 14. tumque *extra ordinem quaerere* dicebantur et *quaestio extraordinaria*. 8. *Iudex quaestionis*. De eo egit Sigonius de Iudic. II. 5. et qui hunc secuti sunt, nulla nova re addita, Heineccius Antiqu. Iur. L. IV. ult. Noodtius de Iurisdict. et imper. II. 5 cf. etiam Casaub. ad Suet. Caes. 11. Adiiciamus Ciceroniana ex quibus satis tirones de iudice quaestionis cognoscere possunt. Brut. 76. *is quum post curulem aedilitatem* iudex quaestionis *esset*. Cluent. 27. Patronus L. *Quintius convicium C. Iunio* iudici quaestionis *maximum fecit, ut ne sine Staleno in consilium iretur*. ibid. 29. *Atque in hanc flammam recentem C. Iunium qui illi* quaestioni praefuerat, *iniectum esse memini;* et illum hominem *aedilicium iam praetorem*

opinionibus hominum constitutum etc. cf. ibid. 33. in quo omnia iudici quaestionis tribuuntur, quae praetori quaesitori; ut *praeesse quaestioni*, *quaerere lege*, *subsortitio*. Rosc. Am. 4. *quaestioni* iudicem *praeesse*. Ex quibus intelligitur *iudicem quaestionis* fuisse praetoris (quaesitoris) vicarium. 9. iudices et quicunque iudicio intersunt. Verr. II. 30. *dimisit* quaestionem. 10. Brut. 22. quaestione *liberari*, alibi *iudicio* i. e. absolvi. 11. dicitur et de qualibet inquisitione publica. Muren. 34. *quaestiones in senatu habitae*. — " *Ern.*

QUAESTICULUS, parvum lucrum, lucellum. Fam. IX. 16. *tum quum rem habebas, quaesticulis te faciebam attentiorem*. Hic pro *faciebam* legendum est *ferebam*, sicut paulio ante *facilitate mea ista* ferebantur *antea;* Gesnerus coniiciebat eodem sensu *patiebar*. Div. II. 15. *qua ex coniunctione naturae — convenire potest aut fissum iecoris eum* lucello *meo*, *aut meus* quaesticulus *cum caelo terra rerumque natura?*

QUAESTIUNCULA levis quaestio Leg. II. 20. *his propositis* quaestiunculae *multae nascuntur*. Orat. I. 22. *Quid? mihi nunc vos — tamquam alicui Graeculo —* quaestiunculam *de qua meo arbitratu loquar ponitis?*

QUAESTOR. Quaestores partim erant urbani, partim provinciales. 1. Phil. IX. 7. de statua Ser. Sulpicio statuenda: *ut consules —* quaestoribus urbanis *imperent ut eam basim statuamque faciendam et in Rostris statuendam locent*, *quantique locaverint*, *tantam pecuniam redemptori attribuendam solvendamque curent*. 2. quaestores provinciales. Caecil. 19. *Sic a maioribus nostris accepimus*, *praetorem* quaestori suo *parentis loco esse oportere; nullam neque iustiorem, neque graviorem causam necessitudinis posse reperiri, quam coniunctionem sortis*, *quam provinciae*, *quam officii*, *quam publicam muneris societatem*. Planc. II. *L. Apuleius* hunc (Plancium) tanti *facit*, *ut morem illorum maiorum, qui praescribit in parentum loco* quaestoribus *suis praetores esse oportere officiis benivolentiaque superavit*. Muren. 8. quaestores *sortiuntur provincias*. Sext. 17. Quaestor *Ostiensis*. Vid. *Quaestura*.

QUAESTORIUM aedes in quibus quaestor provincialis habitat. Planc. 41. iste *Thessalonicam me in* quaestoriumque *perduxit*.

QUAESTORIUS, qui quaestor fuit. Phil. XIII. 14. quaestorius *vir*. Brut. 76. *Sicinius* quaestorius

mortuus est. Verr. I. 21. *legatus* quaestorius, est qui post quaesturam factus alicuius imperatoris legatus. 2. ad quaestorem pertinens. Fam. II. 17. quaestorium *officium* Fam. VII. 30. quaestoria comitia, in quibus creantur quaestores.

QUAESTUOSUS. 1. quaestum afferens. Tusc. V 31 quaestuosa *mercatura*, *fructuosa* aratio *dicitur.* Fin. V. 30. *ubi disputatur contra eos qui dicunt, qua in vita sit aliquid mali eam esse beatam non posse: Ne leges quidem igitur spicis uberibus et crebris si avenam uspiam videris nec mercatura* quaestuosa, *si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.* Phil. II. 14. Antonii domus dicitur quaestuosissima *falsorum commentariorum et chirographorum officina.* Att. II. 9. *hoc damnum* quaestuosum *esse videtur.* 2. qui quaestum facit. Parad. VI. 3. *venio ad sumptuosos, relinquo istum* quaestuosum.

QUAESTURA. primus gradus honorum apud Romanos; munusque praecipue in vectigalibus aliisque publicis reditibus curandis occupatum. Verr. Act. I. 4. quaestura *primus gradus honoris.* Quaestura autem erat vel urbana vel provincialis. Muren. 8. *Quaestura utriusque* (Murenae et Ser. Sulpicii) *propemodum pari momento sortis fuit. Habuit hic* (Murena) *lege Titia provinciam tacitam et quietam* (h. e. unam ex provinciis quatuor quaestoriis Italiae, in qua nulla rerum gerendarum materia.) *tu illam, cui quum quaestores sortiuntur, etiam acclamari solet, Ostiensem, non tam gratiosam et illustrem, quam negotiosam et molestam.* De his provinciis quaestoriis Italiae Pighius annal. ad A. U. 488. „Quatuor provinciae et sortes fuerunt quaestoriae, quo tempore subiugatam penitus Italiam, in qua praeter agros publicos ac vectigales omnis generis amplissimos, et portoria in circuitu Italiae infinita etiam erant triginta coloniae stipendiariae, (quas Livius lib. XXVII. nominatim recenset) in quatuor quaestorias provincias divisisse videntur, uti novis quatuor quaestoribus ordinariae quaedam essent provinciae, quae annuatim in sortem iis mitti possent. Qui in eum finem initio creati esse videntur, non ut Romae ius hastae aut Saturni aerarium curarent, non ut consulibus ad ministeria belli praesto essent, exercitusve sequerentur, sed ut vectigalia, portoria, tributa, decimas olei, vini, fructuum frugumque, ac denique omnes populi

Rom. reditus per Italiam ex agris silvis et pascuis publicis colligerent in sua quique provincia, pecunias facerent, et in usum reip. expenderent, et rationes pecuniasque non expensas ad aerarium deinde deferrent. Quos quidem reditus Italiae antiquos ornamenta pacis ac subsidia belli M. Tullius appellat in agraria prima et secunda contra P. Rullum; et docet eos aliis amissis vel intermissis, remanere semper, et non conquiescere, in pace nitere, in bello non obsolescere, militem sustentare, hostem non pertimescere; quum cetera vectigalia ac reditus extra Italiam bellorum difficultatibus saepissime affligantur. Itaque hoc initio efflorescentis imperii erant honoratissimae veteres istae Italicae provinciae quaestoriae; quas idem Tullius *tacitas et quietas* in oratione pro Murena appellat, quippe quod militaribus molestiis ac bellicis motibus essent tunc maxime temporis vacuae. Sed tamen quum mox accederent imperio ditissimae atque amplissimae provinciae externae, illarumque etiam aliquot quotannis mitterentur quaestoribus in sortem, quae praetoribus etiam in provincias cum imperio mittendis erant decretae, quo suus imperatorem quemque comitaretur quaestor; profecto Italicae provinciae ab ambitiosis et avaris hominibus minus appeti et contemni coeperunt, quoniam difficilior ex his ad honorem ac divitias videbatur esse ascensus, et maiorem molestiam haberent, quam gloriae et emolumentorum materiam, vel Ciceronis ipsius iudicio. Nam erant fere semper pacatae, earumque reditus certi, et, ex censoriis tabulis passim omnibus ita noti, ut in his fraudi vix ullus esset locus. Itaque quum viliores tandem haberentur, *aquariae* vulgo vocitari coeperunt, per ludibrium et contemptum; adeo ut quum provincias sortirentur quaestores, et earundem sors aliqua prodiret, a circumstante multitudine per lasciviam magno strepitu et cachinno acclamaretur: *Ad aquas.*“ Hactenus Pighius, qui tamen errasse videtur omnes Italicas provincias aquarias vocitatas esse arbitratus. Ostiensis potius *aquaria* eadem et *frumentaria* dicta est. Ad quaestorem scil. Ostiensem pertinebat cura apportationis frumenti, et rei maritimae in mari infero. Sext. 16 mentio fit Saturnini, *qui quod a se quaestore* Ostiensi *per ignominiam ad principem et senatus et civitatis M. Scaurum* rem frumentariam *translatam*

sciebat dolorem suum magna animi contentione persequebatur. Et Vatin. 5. dicitur Vatinio quaestori *magno clamore* aquaria provincia *obtigisse.*

QUAESTUS. 1. sensu proprio, lucrum e mercibus, vel operis mercenariis vel e fenore. Off. I. 42. *De artificiis et* quaestibus, *qui liberales habendi, qui sordidi sint, haec fere accepimus. Primum improbantur ii* quaestus, *qui in odia hominum incurrunt; ut portitorum, ut feneratorum: illiberales autem et sordidi* quaestus *mercenariorum omniumque quorum operae non quorum artes emuntur.* Tusc. V. 3. *emendi aut vendendi* quaestu *et lucro* duci. Verr. II. 3. provincia Sicilia dicitur multos cives Romanos *mercibus suppeditandis cum quaestu compendioque dimittere.* 2. item de lucro ex aliis rebus etiam inhonestis. Verr. II. 12. Verres dicitur sibi ex iudiciis *quaestus constituisse magnos et uberes.* Eidem. V. 52. dicitur *hominum innocentium sanguis non modo voluptati*, sed *etiam* quaestui *fuisse.* Idem ibid. 72. *dicitur e templo Castoris et Pollucis* quaestum *sibi et praedam maximam* comparasse. Cluent. 26. homo quaestu *iudiciario pastus.* ibid. 36. Staleni *egestas domestica*, quaestus *forensis* i. e. ex corruptis iudicibus.

QUALIS. Inv. I. 9. *Generis est controversia,* quum *et quid factum sit, convenit, et quo id factum nomine appellari oporteat, constet,* et *tamen quantum et cuiusmodi* et *omnino* quale sit, *quaeritur.* Tusc. I. 25. *Si quid sit hoc non vides, at* quale *sit vides; si ne id quidem, at* quantum *sit, profecto vides.* Acad. pr. II. 26. *Stoicum est quidem nec admodum credibile nullum esse pilum omnibus rebus* talem qualis *sit pilus alius, nullum granum.* Leg. I. 8. *Nulla gens est neque tam immansueta neque tam fera, quae non, etiam si ignoret,* qualem *habere deum deceat, tamen habendum sciat.*

QUALISCUNQUE. Leg. III. 14. qualescunque *summi civitatis viri sunt*, talis *est civitas.* Att. XIV. 14. *homines benivolos,* qualescunque *sunt, grave est insequi contumelia.* Orat. 37. *quae qualiacunque in me sunt, (me enim ipsum poenitet quanta sint) sed apparent* in *orationibus.*

QUALITAS. Acad. post. I. 7. qualitates *appellari, quae* ποιότητας *Graeci vocant. — Earum igitur* qualitatum *sunt aliae principes aliae ex iis ortae. Principes sunt uniusmodi et simplices. Ex iis autem ortae*

variae sunt et quasi multiformes. N. D. II. 37. *corpuscula non colore, non* qualitate *aliqua — praedita.*

QUAM. 1. relatum ad tempus antecedens. Orat. II. 5. *seculis multis* ante *gymnasia inventa sunt,* quam *in iis philosophi garrire coeperunt.* ibid. II. 37. *Numa — sapientiam constituendae civitatis duobus prope seculis* ante *cognovit*, quam *eam Graeci natam esse senserunt.* Acad. pr. II. 3. *ceteri ante tenentur adstricti,* quam *quid esset optimum iudicare potuerunt.* Tusc. I. 7. *ego non commemini ante* quam *sum natus, me miserum.* Orat. II. 3. *postero die* quam *illa erant acta.* Att. IX. 4. *epistolam mihi Philotimus postridie,* quam *acceperat reddidit.* Fam. XVI. 21. *tabellarii venerunt post diem* XL. et VI., quam *a vobis discesserant.* 2. refertur ad comparativum antecedentem. Att. XIII. 21. *literae antiquiores* quam *ruere coepit.* Fam. XI. 19. *non mehercule quidquam libentius facio* quam *scribo ad te.* N. D. I. 18. *haec inventa sunt acutius et dicta subtilius ab Epicuro* quam ut *quivis ea possit agnoscere.* Tusc. V. 40. *dolores forte longinquitate producti vehementius tamen torquent*, quam ut *causa sit, cur ferantur.* Att. VIII. 11. *quae in agro Piceno gesta erant cognovi commodiora esse multo*, quam ut *erat nobis nuntiatum.* Hic *ut* adverbium est, qua de ratione loquendi bene monuit Goerenz. ad Cic. de Fin. II. 6. Sen. 4. *Multa praeclara in eo viro cognovi, sed nihil admirabilius,* quam *quo modo ille mortem filii tulit.* Fam. VI. 22. *suscipere plus*, quam quantum *praestare possis.* Verr. II. 29. *maiorem pecuniam praetori polliceri*, quam quantum *hic dedisset.* 3. ponitur cum superlativo ut eum exaugeat. N. D. II. *aves nidos construunt eosque quam possunt mollissime substernunt.* Sen. 14. *convivium ad multam noctem* quam maxime *possumus, vario sermone producimus.* Somn. 9. quam maxime *se a corpore abstrahere.* Fam. XIII. 6. *ut ex hac commendatione mihi Cuspius* quam maximas, *quam primum,* quam saepissime *gratias agat.* 4. cum positivo adiectivorum cum adverbiis, nonnunquam etiam cum verbis iunctum significat i. q. *valde.* Att. X. 10. *tuum consilium* quam *verum est.* Verr. III. 88. *fecerunt alii alia* quam *multa.* Fam. XI. 13. suos *valde* quam *paucos habet.* Att. XIV. 8. quam *severe.* Q. Fr. II. 6. *sane* quam *refrixit.* Fam. XI. 13. sane quam *sum gavisus.* 5. post particulam *contra.* Q. Fr. I. 1. *factum est enim mea*

culpa, contra *quam tu mecum egeras.* Orat. II. 20. *clamare contra quam deceat et quam possit, hominis est — stultitiae suae quam plurimos testes domestico praeconio colligentis.* 6. *quam* in formulis exclamandi cum admiratione. Fin. V. 22. quam *cupiunt laudari, ut pudet recios!* Att. IX. 2. quam nihil *praetermittis in consilio dando,* quam nihil *tamen quod ipsi tibi placeat, explicas!* 7. *quam mox.* Rosc. Com. 15. *Quid exspectas,* quam mox *ego eos dicam ordine esse senatores, aetate grandes natu.*

QUAMDIU. 1. Off. I. 1. *disces* quamdiu *voles, tamdiu autem velle debebis, quoad te quantum proficias non poenitebit.* 2. interrogative Catil. I. 1. Quousque *tandem abutere Catilina patientia nostra?* quamdiu *etiam furor iste tuus nos eludet?* Somn. 16. *ipsi autem, qui de nobis loquuntur,* quamdiu *loquentur?*

QUAMVIS. 1. *quantum vis.* N. D. II. 1. *neque indisertum Academicum pertimuissem, nec sine ista philosophia rhetorem* quamvis *eloquentem.* 2. *valde.* Rosc. Am. 32. quamvis *diu dicere.* Tusc. I. 21. quamvis *copiose haec diceremus, si res postularet.* 3. *quamquam, licet.* Att. XVI. 7. quamvis *suasor non fueris profectionis meae, approbator certe fuisti.* Rosc. Am. 8. quamvis *ille* (Sulla) *felix sit, sicut est, tamen in tanta felicitate nemo potest esse, in magna familia qui neminem neque servum neque libertum improbum habeat.*

QUANDO. 1. quo tempore. Orat. I. 22. quando *me ista curasse aut cogitasse arbitramini?* Sen. 11. *Semper in his studiis laboribusque viventi non intelligitur,* quando *obrepat senectus.* 2. *quandoquidem.* Fam. V. 20. quando *te id video desiderare.* Fin. V. 23. quando *igitur inest* in omni virtute cura quaedam quasi foras spectans — exsistit illud ut amici, *ut fratres — ut cives, ut omnes denique* (quando *unam societatem hominum esse volumus*) *per se expetendi sint.*

QUANDOQUE. 1. *aliquando.* Fam. VI. 19. *quoad ille* quandoque *veniat.* 2. pro *et quando.* Orat. III. 55. *omni in re posse, quod deceat facere, artis et naturae est, scire quid* quandoque *deceat prudentiae.*

QUANQUAM s. QUAMQUAM. 1. sequente interrogatione. Orat. II. 47. quamquam *te quidem quid hoc doceam?* Fam. XV. 16. quamquam *quicum loquor?* 2. sequente *tamen.* Rosc. Am. 20. *innocens est quispiam, verum* tamen, quamquam *abest a culpa, suspicione* tamen

non caret. Tusc. V. 33. (Epicurus docuit) *omnia iucunda, quamquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen.*

QUANTULUM. 1. Caecil. 17. *ex illa pecunia magnam partem ad se avertit; mulieri reliquit* quantulum *visum est.* 2. interrogative Rull. II. 25. quantulum *interest utrum in Massici radices an in Apuliam aliove deducamini?*

QUANTULUSCUNQUE. Orat. I. 30. *Si de hac mea,* quantulacunque est, (*so gering sie auch seyn mag*) facultate quaeritis. ibid. II. 24. *in illo* (*in exercitatione scribendi*) *ex eo quod dico,* quantulum id cunque est, *quod faciam, intelligi potest.*

QUANTUM. Fam. V. 5. quantum *potero me ab omnibus angoribus abducam.* N. D. III. 6. *non igitur adhuc* quantum *in te est, intelligo deos esse.* Att. VI. 14. *is remp.* quantum *in se fuit*, avertit. Att. II. 9. quantum *coniectura auguramur.* ibid. I. 14. *nec* tantum *proficiebam*, quantum *volebam.*

QUANTUS. Fam. XII. 7. *dixi* tanta *contentione*, quantum *forum est.* Orat. II. 12. *qualis oratoris* et quanti *hominis in dicendo putas esse scribere historiam?* Milon. 14. *quem* (Clodium) *si interficere voluisset* (Milo) quantae, *quot occasiones, quam praeclarae fuerunt!* Verr. V. 15. *quot a civitate sua nautas acceperit;* quot et quanti *quemque dimiserit.* Brut. 73. *non quantum quisque prosit*, sed quanti *quisque sit ponderandum.* Fin. V. 6. *ceteris in rebus sive praetermissum sive ignoratum est quippiam, non plus incommodi est, quam quanti quaeque earum rerum est, in quibus neglectum est aliquid.* Att. XII. 29. *sed* quanti quanti; *bene emitur, quod necesse est.* Q. Fr. I. 2. *noli spectare*, quanti *homo sit; parvi enim pretii est, qui iam nihil sit.* Lael. 20. *Tanta est inter illos*, quanta *maxima potest esse morum studiorumque distantia.*

QUARE 1. *quamobrem*, igitur Fam. XIII. 71. quare *sic tibi eum commendo.* 2. *cur* Orat. I. 16. *illud* quare *Scaevola negasti.* Rosc. Am. 14 *Quaeramus igitur quae tanta vitia fuerint in unico filio*, quare *is patri displiceret.*

QUARTANA. N. D. III. 10. *Vide*, quaeso, *si omnis motus, omniaque quae certis temporibus ordinem suum conservant divina ducimus, ne tertianas quoque*

febres *et* quartanas *divinas esse dicendum sit, quarum reversione et motu quid potest esse constantius?* Fam. XVI. 11. *quum in* quartanam *conversa vis est morbi, spero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore.*

QUASI. 1. *tanquam.* Tusc. III. 6. *est naturabile in animis tenerum quiddam atque molle quod aegritudine* quasi *tempestate quatiatur.* Orat. I. 59. *tragoedi — vocem, quum egerunt sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum recipiunt et* quasi *quodam modo colligunt.* 2. *fere.* Verr. Act. I. 8. quasi *decem* fiscos *ad senatorem illum relictos esse.* Orat. 13. quasi *in extrema pagina Phaedri*, dialogi Platonici. 3. *quasi — sic (gleichwie — also)* Sen. 19. quasi *poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur, si matura et cocta, decidunt, sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas.* 4. *quasi vero (gerade als ob)* Fam. III. 7. quasi vero *ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint.* N. D. III. 5. quasi vero *quisquam nostrum istum potius, quam Capitolinum, Iovem appellet.*

QUASSATUS. Sext. 34. *flamma* quassatae *reip.* Sic Marcell. 8.

QUASSUS. Tusc. II. 21. *attrectatu et* quassu *saevum amplificatis dolorem?* e Pacuvio.

QUATEFACERE. Ep. ad Brut. 10. *Romam perveni, nullo praesidio,* quatefeci *Antonium.*

QUATENUS. 1. *wie weit.* Orat. 22. *in omnibus rebus videndum est* quatenus. *Etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium quam parum.* Lael. 11. id *primum videamus*, quatenus *amor in amicitia progredi debeat.* 2. *in wie fern, in so weit.* Fam. IV. 4. *accipio excusationem tuam, qua usus es, cum saepius ad me literas uno exemplo dedisses, sed accipio ex ea parte*, quatenus *aut negligentia aut improbitate eorum qui epistolas accipiant, fieri scribis ne ad nos perferantur.* Off. III. 3. *vulgus quid absit a perfecto, non fere intelligit*, quatenus *autem intelligit, nihil putat praetermissum.* ibid. III. 17. *Aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias: leges*, quatenus *manu tenere possunt, philosophi,* quatenus *ratione et intelligentia.*

QUATERE. Tusc. III. 6. *est naturabile in animis tenerum atque molle, quod aegritudine,* quasi *tempestate quatiatur.*

QUATERNUS. Att. V. 21. VI. 2. quaternae *centesimae* sunt 48 *Pro Cent Zinsen.* Vid. *Centesimae.*

QUATUORVIRATUS. Fam. X. 32. quatuorviratum *sibi prorogavit.* Vid. QUATUORVIRI.

QUATUORVIRI. „Cluent. 8. Magistratus municipales, qui a numero solebant appellari de his vid. Manut. ad Ep. ad Fam. XIII. 76. ubi est colonici magistratus nomen. cf. ad X. 32. et Eimardum in Ep. ad Matteum. T. I. p. 110. Inscript. Murat. ubi contra Sucietum disputat, qui quatuorviros in praefecturis fuisse statuit." *Ern.*

QUEMADMODUM. 1. quomodo Fin. II. 26. *posuisti — foedus quoddam inter se facere sapientes, ut* quemadmodum *sint in se ipsos animati eodem modo sint erga amicos.* 2. *ut, sicut.* Arch. 2. *Res nobis,* quemadmodum *spero, non molesta.* Muren. 24. quemadmodum *dicebat ipse.*

QUEO. Att. VI. 4. non queo *tantum, quantum vereor scribere.*

QUERCUS. Att. II. 4. Terentiae *saltum perspeximus. Quid quaeris? Praeter* quercum Dodonaeam *nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur.* Iocose alludit ad famosam illam quercum in saltu apud Dodonam, quae vocalis fuisse ferebatur, et oracula reddidisse, simul respicit ad Epiroticas Attici possessiones. Leg. I. 1. *glandifera illa* quercus, *ex qua olim evolavit „Nuntia fulva Iovis miranda visa figura"* Versiculus hic est e Ciceronis Mario; quem sequebantur illi qui laudantur de Divinat. II. 47. quibus aquilae e quercu Arpinatium evolantis omen Mario datum exponebatur. Att. XIII. 28. *tamen nescio quid e quercu exsculpseram, quod videretur simile simulacri.* Significat epistolam laudatoriam, quam amici Ciceronis, Caesarianis partibus addicti a Cicerone ad Caesarem mitti volebant, et ut Manutius explicavit, „vult ostendere quemadmodum e quercu simulacrum facere difficile sit, duriore materia, quam ut circumcidi aut expoliri possit, ideoque potius simulacri quiddam simile, quam simulacrum efficiatur, sic se, quum ad Caesarem scriberet, argumento admodum angusto, neque enim quod et ipsi honestum esset et Caesari gratum scribere licebat, itaque difficili in loco versabatur, ut quasi e quercu videretur exsculpere, perfectum opus non potuisse efficere, sed fecisse nescio quid, quod operis tamen simile videretur, more fabrorum lignariorum qui e quercu non perfectum simulacrum formant, quod

propter ligni duritiem difficillimum est." Hactenus Manutius et cetera quidem recte, ut opinor; hoc vero ei non concedimus, similitudinem a quercu ductam ad difficultatem operis e duritie materiae pertinere; quum potius vilitas materiae significetur. Statuae enim ex marmore, aere, vel auro adeo fabricari solitae. Ergo Cicero significat res Caesaris gestas non esse eiusmodi ut re vera magnam laudem mereantur. Itaque difficile fuisse ex materia querna simulacrum aliquod exsculpere. Leg. I. 1. quercus *ingenio sata*, est quercus Arpinatium a Cicerone in Mario poetice descripta.

QUERELA. Att. VII. 8. querela de damnatis. Q. Fr. III. 8. *Epistola plena stomachi et* querelarum. Fam. X. 29. *vestrum in remp. meritum nonnullam habet* querelam. Q. Fr. I. 2. *Statius intervenit nonnullorum* querelis, *quae apud me de illo ipso habebantur.* Nonnunquam *querela* cum genitivo construitur, ita ut significetur querela de aliqua re. Sic Pis. 1. *Iamne vides belua, quae sit* querela *frontis tuae,* i. e. de fronte tua. Recte Manutius interpr. „Iamne vides, quam se tua fronte deceptos homines querantur, quum aliud fronte promittas aliud re vera sis." Sic Fam. II. 16. querela *temporum* est querela de temporibus. Aliud est quum dicuntur querelae cum aliquo h. e. expostulatio querula cum eo. Deiot. 3. *cui sunt inauditae cum Deiotaro* querelae *tuae.*

QUERI. 1. Tusc. V 5. *virtutes noli vereri ne expostulent et* querantur *se relictas esse.* Flacc. 24. *non omnia quae dolemus, eadem iure* queri *possumus.* Lael. 20. *quorum* (inferiorum hominum in amicitiae necessitudine) *plerique aut* queruntur *semper aliquid, aut etiam exprobrant.* Att. IX. 14 (narrabat quidam Caesarem) queri *de Milone per vim expulso.* Rosc. Am. 49. queri *de patrimonio.* Div. II. 39. *Homericus Aiax apud Achillem* querens *de ferocitate Troianorum.* Orat. II 47. *accedebat ut haec tu pro republ.* queri *existimarere.* 2. *queri cum* aliquo, est *expostulare.* Acad. pr. II. 25. *Quid? talpam num desiderare lumen putas! Neque tam* quereretur *cum deo quod parum longe, quam quod falsum videret.* Fam. IV. 5. *Quid est quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine* queri *possitis.*

QUERIBUNDUS. Sull. 10. *de supplicio P. Lentuli magna et* queribunda *voce dixit.*

QUE-

QUERIMONIA. Manil. 14. *ita faciles ad eum* (Pompeium) *privatorum, ita liberae querimoniae de aliorum iniuriis esse dicuntur, ut is qui dignitate principibus excellit facilitate par infimis esse videatur.* Verr. III. 57 *Romae querimoniae de tuis iniuriis habebantur.* ibid. 89. *sustinere iam populus Romanus omnium nationum* non vim — *sed luctum lacrimas, querimonias non potest.*

QUESTUS. Quint 30. *qui denique questus qui maeror* dignus inveniri *in calamitate tanta potest?*

QUI. „A t. I. 16. *narra patrono tuo, quae Arpinates aquas concupivit;* ubi *quae* dixit, quia sermo est de Clodia. Contra Fam. I. 9. post *furia muliebrium religionum* sequitur *qui,* quia sermo est de Clodio. Vid. etiam Gronov. ad Plaut. Mostell. I. 3, 87. 2. Ablativus *qui.* Att. XIII. 25. *habere* qui *utar* Graev. laudat Gronov. Sestert. II. 7. *Ern.*

QUI adv. quomodo. Fin. II. 4. qui *fit ut ego nesciam, sciant omnes —?* Att. XVI. 14. qui *fieri poterat?*

QUIDQUE. Her. I. 9. *ut* quidque *primum gestum erit, ita primum exponemus.*

QUIDQUID s. QUICQUID. Orat. I 12. quicquid *erit quacunque ex arte, quocunque de genere.* 2 pro *quodcunque s. qualecunque.* Caecil 11. *aut enim id mihi satis est quod est de me opinionis,* quicquid *est, aut si id parum est, ego maius id commemorando facere non possum.*

QUICUNQUE. 1. Fat. 19. *omnibus* quaecunque *fiunt necesse est causam antecedere.* Brut 59. *dicendi opus — cum constaret ex quinque notissimis partibus, nemo in aliqua parte earum omnino nihil poterat. In* quacumque *enim una plane claudicaret, orator esse non posset.* 2. *qualiscunque.* Orat. 3. *Orator si modo sim, aut etiam* quicumque *sim.* ibid. 30. *aures civitatis — nos primi,* quicumque *eramus, et* quantulumque *dicebamus ad huius generis dicendi audiendi incredibilia studia convertimus.*

QUID, in interrogandi formulis. 1. Fam. II 8. quid? *tu me hoc tibi mandasse existimas?* Fin V 17. Quid? *in motu et in statu corporis nihil inest, quod animadvertendum esse ipsa natura iudicet, quemadmodum quis ambulet, sedeat, qui ductus oris, qui vultus in quoque sit, nihilne est in his rebus, quod dignum*

libero aut indignum esse ducamus? 2. *Quid enim?* sequente alia interrogatione. Phil. II. 32. Quid enim? *istuc — si consul esses, minus facere potuisses?* Fin. II. 28. Quid enim? *summus dolor plures dies manere non potest?* Lael. 9. Quid enim? *Africanus indigens mei? Minime hercle.* Aliud est, si *quid enim* non separatim ponitur, sed in eadem sententia cum aliis verbis coniungitur. E. c. N. D. I. 44. si maxime talis est deus, ut nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur; valeat; quid enim dicam, propitius sit? Fin. IV. 42. Quid enim *dicis omne animal — applicatum esse ad se diligendum?* 3. *Quid?* sequente *Ergo* cum interrogatione. Fin. II. 5. Quid? Ergo *illam voluptatem Epicurus ignorat?* Tusc. III. 20. Quid? Ergo *tu Epicurum existimabas ista voluisse, aut libidinosas eius fuisse sententias?* Alia ratio est quaestionis *Quid ergo?* ut Divin. II. 65. *Quid ergo? ad haec mediocri opus est prudentia, an et ingenio praestanti et eruditione perfecta?* ibid. 52. Quid ergo? *Aius iste loquens quando eum nemo norat, aiebat et loquebatur — posteaquam et solem, et aram, et nomen invenit, obmutuit?* Denique *quid ergo* in eadem sententia cum verbo copulatum. Rosc. Am. 19. Quid ergo *affers, quare id factum putemus?* ibid. *Quid ergo est?* — Simile *quid igitur est?* Rosc. Am. 13. *De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo.* Quid igitur est? *non eodem modo de omnibus.* 4. *Quid censes?* N. D. I. 28. Quid censes? *Si ratio esset in beluis, non suo quasque generi plurimum tributuras fuisse?* ibid. 29. Quid *igitur* censes? *Apim illam, sanctum Aegyptiorum bovem nonne deum videri Aegyptiis?*

QUIDAM componitur cum adiectivis magnitudinem et excellentiam rei significantibus. Prov. cons. *magni* cuiusdam *hominis et persapientis videtur.* Orat. II. 74. *Crassi responsum excellentis* cuiusdam *est ingenii.* Att. VII. 16. *audio maiorem* quendam *in urbe timorem esse.*

QUIDEM. 1. cum pronomine *ille* in sententiis vel aientibus, vel negantibus. Phil. V. 13. *cuius* Bruti, *ut superiora omittam, quae sunt maxima* illa quidem *sed adhuc hominum magis iudiciis quam publice laudata.* Phil. II. 27. *multa et lauta supellex et magnifica multis locis*, non illa quidem *luxuriosi* hominis *sed tamen abundantis.* ibid. 9. *de morte Clodii fuit quaestio*

non satis prudenter illa quidem *constituta*. 2. componitur cum adv. *certe*, item cum *profecto*. Orat. II 81. *habetis sermonem hominis utinam non impudentis, illud* quidem certe *non minus verecundi*. Fam. I. 9. *tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli* quidem *et benevolo certe usus esses*. Sext. 10. *statuebam sic, boni nihil ab illis nugis esse expectandum, mali* quidem certe *nihil pertimescendum*. 3. significat interdum *quod attinet*. Tusc. I. 1. *contra quas omnes dicendum breviter existimo. Quamquam philosophiae* quidem *vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo philosophia defensa et collaudata est*. 4. ponitur pro *sane*. Fin. II. 27. *negat Epicurus nec diuturnitatem* quidem *temporis ad beate vivendum aliquid afferre*. Fin. III 8 *ex quo efficitur, gloriatione — dignam esse beatam vitam, quod non possit* quidem *nisi honestae vitae iure contingere*. ibid. V. 7. *Critolaus imitari* antiquos voluit, et quidem *est gravitate proximus et redundat oratio*. 5. *Et quidem* ponitur in responsione ubi aliquid opponimus, vel quum ipsi addimus orationi aliquid in diversis rebus simile. N. D. I 28. *Est enim vis tanta naturae, ut homo nemo velit nisi hominis similis esse*. Et quidem *formica formicae*. Lael. 21. *Rarum genus*; et quidem *omnia praeclara rara*. Acad. post. 9. *Et* **recte quidem *respondes***.

QUIES. 1. *Ruhe*. Orat. I. 1. *qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur*. Cael. 17. *Si quis — hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiae fuit, ut respueret omnes voluptates, omnemque vitae suae cursum in labore corporis atque in animi contentione conficeret, quem non* quies, *non remissio — delectarent — hunc divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto*. 2. *Erholung*. Off. I. 29. *Ludo et ioco uti illo quidem licet, sed sicut somno et* quietibus *ceteris, tum quum gravibus seriisque rebus satisfecerimus*. 3. *der Ruhepunkt*. Hortens. 12. *Magna spes est aut si hoc quo sentimus et sapimus mortale et caducum est, iucundum nobis, perfunctis muneribus humanis, occasum, neque molestam exstinctionem, et quasi* quietem *vitae fore, aut si — aeternos animos ac divinos habemus, sic existimandum est, quo magis hi fuerint semper in cursu, id est in ratione et investigandi cupiditate — hoc illis faciliorem ascensum et reditum in caelum fore*. Catil. IV. 3. *mors laborum aut miseria-*

rum quies *est.* 4. *der Schlaf.* Div. I. 29. *vera* (somnia) *multo plura evenirent,* *si ad* quietem *integri iremus. Nunc onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus. — At qui salubri et moderato cultu atque victu* quieti *se tradiderit — tum* ei visà quietis *occurrent tranquilla et veracia* Div. I, 21. *quae ei secundum* quietem *visa sunt.* ibid. I. 25. *Aristoteles* scribit — *ita graviter aegrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent; et visum in* quiete *egregia facie iuvenem dicere, fore ut perbrevi convalesceret.*

QUIESCERE. 1. *sich ausruhen.* **N. D. II. 49.** ipse *dux — quia non habet ubi nitatur, revolat ut ipse quoque* quiescat. 2. *ruhig bleiben, nichts unternehmen.* Planc. 37. *An si umquam in me vitae cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commovissem! quae si viginti* quiessem *dies in aliorum vigiliam consulum recidissent.* Att. VII. 9. *aut si* (Caesar) *per tribunos plebis non patiatur* (comitia consularia fieri) *tamen* quiescat, (i. e. bellum haud moveat) *rem adduci ad interregnum.* Caecin. 25. *nimia ista, quae dominatur in civitate, potentia, in hoc solo genere* (scil. *in iure civili*) quiescit, *quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat non habet.* Orat. II. 56. *videmur* quieturi *fuisse nisi essemus lacessiti.* 3. *schweigen.* Her. IV. 54. quiesce tu *cuius pater cubito se emungere solebat.* 4. *privatisiren.* Tusc. V. 27. *in re publica* quiescere, i. e. magistratus haud capessere. 5. *einen Ruhepunkt machen.* Ac. pr. II. 29. de Sorite: *Placet Chrysippo, quum gradatim interrogetur verbi causa tria pauca sint, anne multa, aliquanto prius, quam ad multa perveniat,* quiescere, *id est, quod ab iis dicitur* ἡσυχάζειν.


QUIETE. Sen. 5. quiete *et eleganter acta aetas.*

QUIETUS. 1. *otiosus.* Sen. 23. *otiosam aetatem et* quietam *sine ullo labore et contentione traducere.* 2. *non turbulentus.* Rull. II. 28. *integri* quieti *otiosi homines* opponuntur *hominibus ad vim, facinus caedemque delectis.* 3. *tranquillus.* Tusc. V. 6. *ut maris tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commovente, sic animi* quietus *et placatus status cernitur, quum perturbatio nulla est, qua moveri queat.* Sull. 9. *mihi liceret eius urbis quam conservassem conspectu tranquillo animo et* quieto *frui. Quid? si haec*

non postulo? si ille labor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si operae, si vigiliae deserviunt amicis, praesto sunt omnibus? 4. *quietus de sermone, opponitur vehementi et contento.* Sen. 9. *decorus sermo senis,* quietus *et remissus.* 5. Leg. II 22. *caelestium* quieti *dies* dicuntur *dies festi, s. feriae.*

QUIN. 1. *qui non.* Fam. I. 4. *nemo est* quin *existimet.* ibid. VI. 1. *nemo est* quin *malit.* ibid. VI. 7. *nemo nostrum est* quin *fecerit.* Verr. IV. 1. *nego ullam gemmam aut margaritam fuisse,* quin (i. e. quam non) *quaesiverit, inspexerit, abstulerit.* Att. I. 1. *Dies fere nullus est* quin *hic Satrius domum meam ventitet.* Q. Fr. III. 3. *de qua aqua et via nihil praetermisi quadam epistola,* quin *enucleate ad te perscriberem.* 2. post verba *dubitandi* et similia, *quin* est affirmandi particula. Att. V. 11. *non dubitabat Zeno,* quin *ab Areopagitis invito Memmio impetrari* non *posset.* Sull. 2. *Hortensius* non *dubitavit,* quin *P. Sullam defenderet.* Flacc. 27. *Quis ignorat,* quin *tria Graecorum genera sint?* 3. *quam quod.* Fin. IV. 13. *nemo est qui aliter dixerit,* quin *omnium naturalium simile esset id ad quod omnia referrentur.* Paullo post: *constat inter omnes — ut simile sit omnium naturale illud ultimum.* 4. *quasi non.* Fam. IV. 7. *Et tu eo te adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non* quin *ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem, ut meum consilium non anteponam tuo.* Att. VII. 26. *ego me decem in civili bello, quoad de pace ageretur, negavi esse, non* quin *rectum esset, sed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit.* 5. *cur non, s. quidni?* Somn. 3. *quid moror in terris?* quin *huc ad vos venire propero?* Fam. VII. 8. quin *tu urges occasionem istam?* 6. *immo.* Fam. VII. 30. quin *hinc ipse evolare cupio.* Leg. I. 19. quin *labebar longius nisi me retinuissem.* 7. *quare non.* Quint. 9. *causae nihil erat,* quin *secus iudicaret de se.*

QUINCUNX. Sen. 17. *ordines arborum in* quincuncem *directi.* i. e. quum hoc modo ponuntur arbores:



movere. Muren. 35. *Ergo ad cenam petitionis causa si quis vocat, condemnetur.* Quippe! *inquit.*

QUIRINALIA, festum in Romuli honorem. Q. Fr. II. 3. 12.

QUIRITARE miserabiliter queri Fam. X. 32. *illi misero* quiritanti: *Civis Romanus sum; respondit. Abi nunc populi fidem implora.* Proprium est in hac re verbum. de quo egit late Schwarz ad Plin Panegyr. 29. p. [illegible] *Ern.*

QUISPIAM. Leg. I. 12. *quod si interesse* quippiam tantulum modo *potuerit, amicitiae nomen occiderit.*

QUISQUE pro *quicunque.* Fin. V. 17. Nunc *autem aliud iam argumentandi sequamur genus, ut non solum quia nos diligamus, sed quia cuiusque partis naturae et in corpore et in animo sua* quaeque *vis sit, illico in his rebus summa nostra sponte moveamur.* 2. *quilibet.* Ac. pr. II. 11. *ut coarguant neminem ulla de re posse contendere atque asseverare, sine aliqua eius rei, quam sibi* quisque *placere dicit, certa et propria nota.* Off. I. 41. *pictores et ii qui signa fabricantur et vero etiam poetae, suum* quisque *opus a vulgo considerari vult.* 3. *aliquis* (Germ. *jemand, irgend jemand*) cum comparativis et superlativis adiectivorum. Rosc. Com. 11. *quo* quisque *est ingeniosior, hoc docet laboriosius.* Orat. I. 26. *ut* quisque *optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, variosque eventus orationis exspectationemque hominum pertimescit.* Fin. II. 25. *optimum* quidque *rarissimum est.* Acad. post. I. 4. *Recentissima* quaeque *sunt correcta et emendata maxime.* 4. cum adiectivis numeralibus certum ordinem repetitionis indicantibus. Fam. V. 2. *tertio* quoque *verbo (bey jedem dritten Worte) orationis suae me appellabat.* Rab. Post 12. *tertio* quoque *verbo excitabantur.* Verr. II. 56. *quinto* quoque *anno Sicilia censetur.* Att. VI. 1. *tricesimo* quoque *die* (solvuntur) *talenta Attica XXXIII.*

QUISQUILIAE proprie purgamenta, metaphorice ponitur pro hominibus nihili. Att. I. 16. *si iudicium est — quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciant, id Talnam, et Plautum, et Spongiam et ceteras huiusmodi* quisquilias *statuere nunquam esse factum.* Sext. 43. *omitto iam Numerium, Serranum, Aelium,* quisquilias *seditionis Clodianae.*

Liv. XXVI. 32. 2. ab initio periodi saepe ponitur, pro *in eo, in qua re, ad id quod attinet*, ut etiam in illo *quod si*. Sed semper refertur ad antecedens aliquid, et transitioni servit. Verr. I. 46. *quod non addidisset esse non arbitror, quae multitudo qui ardo ad Pontum cellam isto praetore adiri sit consueta*. Ibid. IV. 52. *quod tamen nemo suspicari debet tam esse me cupidum*. Caecin. 25. *quod mihi venire in mentem prae[illegible] necesse est, nihil esse in civitate tam diligenter, quam ius civile retinendum*. Coel. 2. *quod quum mihi [illegible] adolescentiam propugnaretis*. N. D. II. 9. *quod quidem Cleanthes — docet — quanta vis insit caloris in omni corpore*. Manutius ad Fam. VIII. 16. [illegible] *quod* [illegible] dici pro *sed*. I. Fr. Gronov. ad Liv. [illegible] *quod* [illegible] et sic alii. Nobiscum facit Perizonius ad Sanct. Minerv. IV. 5. 7. Adde eum laudat Burmannus ad Virg. Aen. II 101. et Drakenborch ad Liv. [illegible] II. 61. 10. — 3. pro *ut* dici putat [illegible] Orat. II. 1. in verbis *quum essemus eiusmodi quod vel pueri sentire poteramus*, sed locus ille est sine dubio corruptus et ceteris locis allatis nihil conficitur." *Ernesti*. Et certe ille quidem: Legendum est *quum erant (illud) eiusmodi quod vel pueri sentire poteramus*: quod a nobis nuper repositum, alii quoque probarunt.

QUOMODO. 1. *qua ratione*. Orat. II. 38. *in hac arte nullum est praeceptum, quomodo verum inveniatur, sed tantum est, quomodo iudicetur*. Rosc. Am. 14. *ille quomodo crimen commenticium confirmaret, non inveniebat; ego res tam leves, qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum*. 2. *ut*. Rosc. Am 5. Postulatio *Ego — brevem postulationem afferre et quomodo mihi persuadeo aliquantum acquirere*. Att. XIII. 2. quomodo *nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet*. Pet. cons. 12. *quum id petitur, quod honeste, aut sine detrimento nostro promittere non possumus, quomodo si quis roget ut contra amicum causam aliquam recipiamus, belle negandum est*. 3. ponitur interrogative. Verr. III. 27. *Etiamne si plus edidisset quam quantum natum esset? Etiam. Quomodo?* 4. est admirantis Lael. 9. quomodo *ut alia omittam mortem filii tulit!*

QUOMODOCUNQUE. Fam. XIV. 24. quo modocunque *res se habet*.

QUONDAM. 1. de longiore quod antecessit temporis intervallo. Manil. 9. *Medea illa ex Ponto* quondam *profugisse dicitur.* Iuv. I. 1. *Crotoniatae* quondam *quum florerent omnibus copiis.* Rosc. Am. 53. *vestrum nemo est, quin intelligat populum Romanum qui* quondam *in hostes lenissimus existimabatur hoc tempore domestica crudelitate laborare.* 2. de breviore quod antecessit tempore. Flacc. 42. *repetit eam, quam ego patri suo* quondam *pro salute patriae spoponderim dignitatem.* Att. X. 4. *is qui nos sibi* quondam *ad pedes stratos ne sublevabat quidem.*

QUOQUOVERSUS *nach allen Seiten.* Phil. IX. 7. *locum sepulchro in campo Esquilino C. Pansa Consul, seu quo in loco videtur, pedes triginta* quoquoversus *assignet.*

QUORSUM s. QUORSUS. 1. de fine s. scopo. Tusc. I. 25. quorsum — *haec spectat oratio?* N. D. III. 25. *vestri hoc confirmant, interpretando* quorsum *quidque pertineat.* 2. *de exitu rei.* Att. III. 24. *verebar,* quorsum *id casurum esset.* Ibid. II. 21. *tanto in odio est omnibus, ut* quorsus *eruptura sint, horreamus.*

QUOT. Att. IV. 8. tot *annos,* quot *habet, designatus consul fuit, me fieri cos. potuit.* Ac. pr. II. 13. *in his quale sit id quod percipi et comprehendi possit,* totidem *verbis* quot *Stoici* (definiunt).

QUOTENUS. Att. XII. 32. *is opinor, ita partes fecit in ripa, nescio* quotenorum *iugerum, ut certa pretia constitueret.*

QUOTIDIANUS. 1. *täglich.* Att. VIII. 22. *non dubito quin tibi odiosae sint epistolae* quotidianae. 2. *alltäglich, gemein.* Pis. 26. *vita* quotidiana *assidua et urbana.* Caecin. 18. *Sermo hercle et familiaris et* quotidianus *non cohaerebit, si verba inter nos aucupabimur.*

QUOTIDIE. Att. V. 7. quotidie *vel potius in dies singulos* (h. e. *quotidie, vel potius in* dies *singulos* quibus ad te scribo) *breviores literas ad te mitto.*

QUOTUS. 1. simpliciter positum i. q. πόσος. Verr. III. 94. *Si ternos denarios qui coegit, erit absolutus, quaternos, quinos, denos denique aut vicenos coget alius. Quae erit reprehensio? in quo primum iniuriae gradu resistere incipiet severitas iudicis?* quotus *erit iste denarius qui non sit ferendus?* (*der wievielste Denar soll es denn seyn, dessen Erpressung für unzu-*

lässig erkannt werden soll.) 2. cum v. *quisque* compositum significat *a*) i. q. quicunque. Her. III. 17. *ne quando perturbatione ordinis impediamur, quo secius quoto quoque loco libebit, — imagines sequi — pessimus*, *b*) in interrogationibus *quotus quisque* ponitur ad paucitatem hominum in aliquo genere significandam. Orat. III. 50. quotus quisque *est qui teneat artem numerorum et modorum?* Tusc. II. 4. quotus quisque *philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, ut ratio postulat? qui disciplinam suam, non ostentationem scientiae, sed legem vitae putet?*

QUOUSQUE *wie lange.* Catil. I. 1. quousque *tandem abutere Catilina patientia nostra?* Att. XV. 25. *permulta mihi de nostro itinere in utramque partem occurrunt.* Quousque? *inquies. Quoad erit integrum. Erit autem usque dum ad navem.*

R.

RABERE *furere.* Div. I. 31. *quid oculis* rabere *visa est* (Cassandra) *derepente ardentibus.*

RABIDE. Tusc. V. 6. *quid illum quem libidinibus inflammatum et* furentem *videmus omnia* rabide *appetentem cum inexplebili cupiditate.*

RABIDUS. Her. IV. 40. *iste aspectu venenato spiritu* rabido. Alia lectio fortasse verior iste aspectu rabido, spiritu venenato. Arat. Fr. *spirans* rabido *de corpore flammam.*

RABIES. Tusc. III. 23. *Hecubam putant propter animi acerbitatem quandam et* rabiem *in canem esse conversam.* ibid. IV. 24. *qui est qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quaerat aliquid, neque eos existimet sine* rabie *quicquam fortiter facere posse?*

RABIOSE. Tusc. IV. 22. *hi* (Aiax et Hector apud Homerum) *collocuti inter se priusquam manum consererent leniter et quiete, nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde* rabioseve *fecerunt.*

RABIOSULUS. Fam. VII. 16. *primas illas* (literas) rabiosulas, *sat fatuas dedisti.*

RABIOSUS. Tusc. IV. 22. *Vide ne fortitudo minime sit* rabiosa, *sitque iracundia tota levitatis.*

RABULA, causarum patronus qui nihil potest nisi clamare vel a *rabie*, vel a *rava* voce et quasi canina

sic appellatus. Orat. 17. *non declamatorem aliquem de ludo, aut* rabulam *de foro — quaerimus.* Orat. I. 46. *Non enim causidicum nescio quem neque proclamatorem aut* rabulam *hoc sermone nostro conquirimus.* Brut. 48. *omnium —* rabularum, *qui et plane inducti, aut inurbani aut rustici etiam fuerunt — solutissimum in dicendo — iudico nostri ordinis Q. Sertorium, equestris C. Gorgonium.*

RADIANS. Arat. fr. *stellae sub pedibus —* radiantis *Aquari.* Orat. 45. radiantis *in vada ponti.*

RADIATUS. Div. I. 22. *orbem flammeum* radiatum *solis liquier*, in versiculis Accii. Orat. III. 40. *oculis postremum lumen* radiatum *rape.*

RADICITUS. N. D. I. 45. *Epicurus ex animis hominum extraxit* radicitus *religionem, quum diis immortalibus et opem et gratiam sustulit.*

RADICULA. Div. II. 66. *Alexandro secundum quietem visus dicitur draco is, quem mater Olympias alebat* radiculam *ore ferre et simul dicere quo illa loci nasceretur, — eius autem esse vim tantam ut Ptolemaeum* (telo venenato vulneratum) *facile sanaret* etc.

RADIUS 1. Strahl. Fin. V. 24. (bona corporis) *ita parvae et exiguae sunt istae accessiones bonorum ut quemadmodum stellae in* radio *solis, sic istae in virtutum splendore ne cernantur quidem.* 2. Geometrae instrumentum ad lineas in tabula pulvere conspersa ducendas. Tusc. V. 23. *humilem homunculum* (Archimedem) *a pulvere et* radio *excitabo.* 3. linea recta a centro circuli ad peripheriam, vel a centro globi ad superficiem ducta, (*der Halbmesser*) Univ. *Globosum cuius omnis extremitas paribus a medio* radiis *attingitur.*

RADIX. 1. proprie arborum et plantarum. *Wurzel.* Fin. V. 11. *Videmus ea quae terra gignit, corticibus et* radicibus *valida servari.* Verr. V. 33. *Nautae fame coacti* radices *palmarum agrestium — — colligebant, et his miseri perditique alebantur.* 2. infima pars montium. Rull. II. 25. *Massici* radices. 3. metaphorice de rebus incorporeis. Off. II. 12. *vera gloria* radices *agit, atque etiam propagatur.* Phil. IV. 5. *Virtus est una altissimis defixa* radicibus, *quae nulla unquam vi labefactari potest.* Cael. 6 *neque umquam ex illo* (Catilina) *delendi huius imperii tam consceleratus impetus exstitisset, nisi tot vitiorum tanta imma-*

nitas quibusdam facilitatis et patientiae radicibus *niteretur.* Tusc. III. 6. *Nos audeamus non solum ramos amputare miseriarum sed omnes* radicum *fibras evellere. Tamen aliquid relinquetur fortasse. Ita sunt altae* stirpes *stultitiae.* Att. X. 11. *ea* (Q. Ciceronis filii vitia) *quae mihi quidem, qui illum amo, sunt his ipsis malis, in quis sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro; non; suas* radices *habent* i. e. propria eius natura nituntur. Fam. VI 6. *Pompeius e robore viret, iis* radicibus; h. e. potentiae fundamentis.

RAMULUS. Div. I 54. *Scriptum est* (Socratem) *quum Critonis sui familiaris oculum alligatum vidisset, quaesivisse, quid esset. Quum autem ille respondisset, in agro ambulanti* ramulum *adductum, ut remissus esset in oculum recidisse, tum Socrates: non enim paruisti mihi revocanti, quum uterer, qua soleo, praesagitione divina.*

RAMUS. Orat. III. 46. *in arboribus non truncus non rami, non folia sunt denique nisi ad suam retinendam conservandamque naturam, nunquam tamen est ulla pars nisi venusta.* Caecin. 21. *Verba si valent — vinces profecto non fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, quae de terra ipsi tollerent — non fuisse armatos eos, qui praetereuntes* ramum *defringerent arboris.*

RANA. N. D. II. 49. ranae marinae *dicuntur obruere sese arena solere, et moveri prope aquam: ad quas quasi ad escam pisces cum accesserint confici a* ranis *atque consumi.* Att. XV. 16. Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranae enim ῥητορεύουσιν.

RANUNCULUS. Div. I. 7. *inest in* — ranunculis *natura quaedam significans aliquid per se ipsa satis certa, cognitioni autem hominum obscurior.* Fam. VII. 18. per iocum: *Ulubris honoris mei causa vim maximam* ranunculorum *se commosse constabat.*

RAPACITAS. Cael. 5. *quis in* rapacitate *avarior* (Catilina)?

RAPAX. 1. sensu proprio. Pis. 17. *crudelis olim furunculus nunc vero etiam* rapax. 2. metaphorice. N. D. III. 8. *Europam Libyamque* rapax *ubi dividit unda.* 3. item pro *appetens, alliciens.* Lael. 14. *nihil est* appetentius *similium sui, nihil* rapacius *quam natura.*

RAPIDE. Leg. II. 3. *Fibrenus — divisus aequaliter duas in partes latera haec aluit*, rapideque *dilapsus cito in unum confluit*. 2. de vehementia orationis. Orat. 37. *alterum genus* (παθητικὸν) *vehemens, incensum, incitatum, quo causae eripiuntur, quod quum* rapide *fertur sustineri nullo pacto potest.*

RAPIDUS. Fin. II. 1. *quum* fertur *quasi torrens oratio, quamvis multa cuiusquemodi* rapiat, *nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem* rapidam *coërceas.*

RAPINA. Pis. 19. *cupiditas caeca praedae ac* rapinarum. Off. II. 15. multi patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo. — *Atque etiam sequuntur largitionem* rapinae. *Quum enim dando egere coeperint, alienis bonis manum afferre coguntur.*

RAPIO 1. sensu proprio. Off. III. 5. *si unus quisque nostrum* rapiat *ad se commoda aliorum, detrahatque quod cuique possit, emolumenti sui gratia societas hominum et communitas evertatur necesse est.* Phil. II. 25. Erat *ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum* rapere *potuisset.* 2. celeriter aliquid capere. Fam. VII. 7. *essedum aliquod* rapias, *ad nosque recurras.* 3. arcessere *ducere.* Att. V. 21. rapit *hominem Postumius Romam* i. e. vocat in ius. Orat. II. 76. *Vita eorum qui ob facinus ad supplicium* rapiendi *videntur.* 4. abducere, *entführen.* Tusc. I. 21. *Ganymedes a diis* raptus. Planc. 12. Plancio obiiciebant aliquando ab eo raptam *esse mimulam* sc. de scena. *Quod dicitur* Atinae *factum a iuvene, vetere quodam in scenicos iure maximeque oppidano.* 5. ad animum translatum *rapere* significat magna vi permovere ad aliquid appetendum. Off. I. 29. *Pars animorum in appetitu posita, quae est* ὁρμὴ *graece, quae hominem huc et illuc* rapit. ibid. II. 10. *quum aliqua his ampla et honesta res obiecta est, totos ad se convertit et* rapit. Catil. I. 10. *ibis tandem aliquando, quo te iam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa* rapiebat. Off. II. 11. *eas res spernit et negligit ad quas plerique inflammati ariditate* rapiuntur. Liv. I. 49. *Rarum est genus eorum, qui se a corpore avocent et ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque* rapiantur. Leg. II. 12. *opinionibus vulgi* rapimur *in errorem.* 6. de vi ac celeritate orationis. Fin. II. 1. *quum* fertur *quasi torrens oratio, quamvis multa cuiusquemodi* rapiat,

nihil tamen teneas. ibid. III. 5. *quum de rebus grandioribus dicas, ipsae res verba* rapiunt. 7. antiqua forma praeteriti. Leg. II. 9. *qui clepserit* rapseritque.

RAPTARE. Tusc. I. 31. *quadriiugo curru* raptari. Sext. 69. de uxore Ciceronis Terentia raptata *coniux,* scil. quum ignominiae causa duceretur ad tabulam Valeriam. Fam. XIV. 2. pr. Dom. 17. *uxor mea, quam vexavistis,* raptavistis, *omni crudelitate laceravistis.*

RAPTIM. Her. IV. 25. *iste se* raptim *domum suam coniicit.* Att. II. 9. *haec scripsi* raptim.

RAPTUS. Verr. IV. 48. raptus *virginis* Proserpinae s. Liberae. Tusc. IV. 34. *quis de Ganymedis* raptu *dubitat quid poetae velint?*

RARITAS. 1. spatiositas. N. D. II. 54. *in pulmonibus inest* raritas *quaedam et assimilis spongii mollitudo.* 2. infrequentia (*Seltenheit*) *temporis ratio et ipsius dicacitatis moderatio et temperantia et* raritas *dictorum distinguet oratorem a scurra.*

RARO. Inv. I. 12. *id evenire vulgo soleat an insolenter et* raro. N. D. III. 27. *Vinum aegrotis quia prodest* raro, *nocet saepissime, melius est non adhibere omnino, quam spe dubiae salutis in apertam perniciem incurrere.*

RARUS. 1. de locis distantibus. Somn. 4. *Vides habitari in terra* raris *et angustis locis.* 2. de rebus quarum non magna est frequentia. Fin. II. 20. *in omni re optimum quidque* rarissimum est. Lael. 21. *omnia praeclara* rara. ibid. 17. *haec duo levitatis et infirmitatis plerosque convincunt, aut si in bonis rebus* (suis) *contemnunt, aut in malis* (amicorum) *deserunt. Qui igitur utraque in re gravem, constantem, stabilem se in amicitia praestiterit, hunc ex maxime* raro *hominum genere iudicare debemus paene divino.*

RATIO. 1. facultas hominis, qua discernitur a bestiis. *die Vernunft.* Off. I. 4. *Inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu movetur ad id solum, quod adest, quodque praesens est se accommodat, paullulum admodum sentiens praeteritum aut futurum. Homo autem quod* rationis *est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, et rebus praesentibus adiungit atque annectit futura, facile totius vitae cursum videt, ad eamque degendam praeparat res ne-*

cessarias. Off. I 23. *exercendum corpus et ita afficiendum est, ut obedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis et in labore tolerando.* 2. Eadem facultas propter praestantiam a Stoicis mundo tribuitur. N. D. II. 8. *quod* ratione *utitur id melius est, quam id quod* ratione *non utitur. Nihil autem mundo melius,* ratione *igitur mundus utitur. Similiter effici potest sapientem esse mundum, similiter beatum, similiter aeternum. Omnia enim haec meliora sunt, quam ea quae sunt his carentia; nec mundo quidquam melius; ex quo efficitur mundum esse deum.* 3. Alii verius in mundo ubique inesse divinae rationis ac sapientiae vestigia docuerunt. Leg. II 7. *Sit hoc a principio persuasum civibus dominos esse omnium rerum ac moderatores deos, eaque quae gerantur eorum geri vi, ditione ac numine, eosdemque optime de genere hominum mereri et qualis quisque sit quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religione intueri, piorumque et impiorum habere rationem. — — Quid est enim verius, quam neminem oportere tam stulte esse arrogantem, ut in se* rationem et mentem *putet inesse, in caelo mundoque non putet? aut ut ea quae vix summa ingenii* ratione *comprehendat, nulla* ratione *moveri putet? Quem vero astrorum ordines, quem dierum noctiumque vicissitudines, quem mensium temperatio, quemque ea quae gignuntur nobis ad fruendum, non gratum esse cogant, hunc hominem omnino numerare qui decet! quumque omnia quae* rationem *habent, praestent iis, quae sint* rationis *expertia, nefasque sit dicere ullam rem praestare naturae omnium rerum,* rationem *inesse in ea confitendum est.* Univ. 9. ratione *et mente divina ad originem temporis curriculum inventum est solis et lunae.* 4. Epicurei autem propter abusum rationis negabant eam beneficio divino hominibus datam. N. D. III. 27. *Sentit domus uniuscuiusque, sentit forum, sentit curia campus, socii, provinciae, ut quemadmodum* ratione *recte fiat, sic* ratione *peccetur; alterumque et a paucis et raro; alterum et semper et a plurimis; ut satius fuerit nullam omnino nobis a diis immortalibus datam esse* rationem, *quam tanta cum pernicie datam. — — Quae enim libido, quae avaritia, quod facinus aut suscipitur nisi consilio capto aut sine animi motu et cogitatione, id est* ratione *perficitur? Nam omnis opinio* ratio *est, et quidem bona* ratio *si vera, mala autem, si falsa est opi-*

opinio. Sed a deo tantum rationem *habemus*; *si modo habemus, bonam autem* rationem *aut non bonam, a nobis. Non enim, ut patrimonium relinquitur, sic* ratio *homini est beneficio deorum data.* 5. ratio inprimis vocatur interdum, ea quae est practica et adhibetur ad regendas cupiditates. Off. I. 29. *duplex est vis animorum atque naturae: una pars in appetitu posita est, quae est ὁρμὴ Graece, quae hominem huc et illuc rapit, altera in* ratione, *quae docet et explanat, quid faciendum fugiendumque sit. Ita fit ut* ratio *praesit, appetitus obtemperet.* Acad. pr II. 8. *Quid? quod si ista vera sunt* (scil. nihil percipi et comprehendi posse) ratio *omnis tollitur, quasi quaedam lux, lumenque vitae? tamenne in ista pravitate perstabitis? Nam quaerendi initium* ratio *attulit, quae perfecit virtutem, quum esset ipsa* ratio *confirmata quaerendo.* Leg. I. 6. *Lex est* ratio *summa insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria. Eadem* ratio *quum est in hominis mente confirmata et confecta lex est* 6. ratio dicitur etiam pro *argumento*, (*Vernunftgrund, Vernunftschluss, Beweis*) Her. II. 18. Ratio *est causa, quae demonstrat verum esse id quod intendimus brevi subiectione.* Rationis *confirmatio est ea, quae pluribus argumentis corroborat breviter expositam* rationem. Verr. II. *Quid habuit argumenti aut* rationis *res, quamob rem ita faceres?* Orat. II. 19. *nostra* confirmare *argumentis ac* rationibus, *deinde contraria refutare.* Orat 14. *noverit orator — argumentorum et* rationum *locos.* 7. omnino etiam pro causa agendi (*Bewegungsgrund*). Verr. III. 84. *Hoc vero quid est? quam habet* rationem *non quaero aequitatis, sed ipsius improbitatis atque impudentiae? Neque enim est fere quidquam, quod homines palam facere audeant in magistratu quamvis improbi, quin eius facti si non bonam, at aliquam* rationem *afferre soleant.* 8. *disciplina* philosophi alicuius. Fin. I. 9. *Epicuri* ratio. Off. I. 41. *Cynicorum* ratio *tota est eiicienda. Est enim inimica verecundiae, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum.* 9. *methodus; ordo.* Off. 1. 2. *omnis quae a* ratione *suscipitur de aliqua re institutio debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id de quo disputetur.* Fin. I. 9. *primum — constituam, quid et quale sit id de quo quaerimus; non quo ignorare vos arbitrer, sed ut* ratione et via *procedat oratio.* Orat. 32. *in omnibus quae* ratione

docentur et via *primum constituendum est quid quidque sit.* N. D. II. 16. *nihil est quod* ratione *et numero moveri possit sine consilio.* Fin. V. 4. Peripatetici, *quum de rerum initiis omnique mundo locuti essent, ut multa non modo probabili argumentatione, sed etiam* necessaria mathematicorum ratione (*nach der streng beweisenden mathematischen Methode*) *concluderent maximam materiam ex rebus per se investigatis ad rerum occultarum cognitionem attulerunt.* 10. *ars, scientia.* Orat. 74. solum — et quasi fundamentum oratoris vides, locutionem emendatam et Latinam, cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut scientiae (*war nicht der Erfolg einer Theorie oder Kunstwissenschaft,*) *sed quasi bonae consuetudinis.* 11. *artificium;* modus aliquis. Rull. II. 7. *Cn Domitius* trib. pl. *tulit, quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat ut minor pars populi* (XVII tribus) *vocaretur; ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur. — Quod per ceremonias* populi *fieri* (i. e. populo concedi) *non poterat,* ratione *assecutus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret populi ad partes daret.* 12. *ratio,* vel *rationes,* pecuniae computatio, item tabulae quibus accepta et expensa referuntur (*Rechnungen*). Phil. V. 6. *pecunia publica cuius* ratio *in aede Opis confecta est.* Flacc. 9. *inferre* rationes *falsas.* Fam. V. 20. *ut apud duas civitates* — rationes *confectas et consolidatas deponeremus.* Verr. V. 24. *civibus suis* rationem *referre debebat.* Pis. 25. ubi Piso inducitur Caesarem alloquens: Rationes *ad aerarium retuli continuo, sicut tua lex iubebat, neque alia ulla in re legi tuae parui. Quas* rationes *si cognoris, intelliges nemini plus, quam mihi literas profuisse. Ita enim sunt perscriptae scite et literate, ut scriba ad aerarium qui eas retulit perscriptis* rationibus *secum ipse caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit:* „Ratio *quidem hercle apparet, argentum οἴχεται*" qui versiculus est e Plauti Trinummo. Att. V. 13. *Ego eam* rationem *Philogeni et permutationis eius, quam tuum fecit, edidi.* Att. V. 21. *Quid opus est? inquam.* Rationes *conferatis; assidunt, subducunt, ad nummum convenit.* Verr. II. 70. *re ac* ratione *coniunctus,* de socio in negotiatione, vel de creditore ac debitore (*in Rechnungsgeschäften verwandt*). Sull. 20. *magna* ratione *cum Mauritaniae rege contracta.* 13. Inde transfertur ad alias res, quae in ta-

bulis consignantur (*Protocolle*). Verr. V. 57. *Cedo rationem carceris, quae diligentissime conficitur, quo quisque die datus in custodiam quo mortuus quo necatus sit.* 14. transfertur etiam ad rerum gestarum, de quibus inquiritur, omninoque vitae actae rationem (*Rechenschaft*). Caecil. 9. Nihil est quod minus ferendum sit, *quam* rationem *ab altero vitae reposcere eum, qui non possit suae reddere* Verr. II. 11. *Semper ita vivamus ut* rationem *reddendam nobis arbitremur* 15 Inde *rationes* dicuntur pro commodis P. Red. ad Quir. 1. *si* rationes *meas vestrae saluti antepesuissem* 16. Universe etiam dicitur pro quolibet *negotio*. Prov. Cons 14. *Nec totam* rationem *Gallici belli prope iam explicatam perturbare atque impedire debemus.* Att IX 1?. *ad eam* rationem *existimabam satis aptam esse personam meam.* 17. item de *proposito* aut *consilio*; aut *conditione* et *statu*. Phil. IV. 6. *nulla cum eo pacis* ratio *esse potest, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla.* Fam. III 5. *tua* ratio *postea est commutata.* Q. Fr I. 1. *ea nostra* ratio est, *ut omnes boni faveant, omnes improbi oderint.* Fam. X. 3. *nunc alia* ratio *est omnium rerum.* 18. *Rationem habere rei* est respectum eius habere, eius curam gerere. Mil. 35. *ex omnibus praemiis virtutis, si esset habenda* ratio *praemiorum, amplissimum esse praemium gloriam.* Off. I. 33 quum *in omnibus quae aguntur ex eo, quo modo quisque est natus — quid deceat exquirimus, tum in tota vita constituenda multo est ei rei* cura *maior adhibenda, ut constare in perpetuitate vitae possimus nobismet ipsis, nec in ullo officio claudicare. Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam; utriusque omnino* ratio habenda est *in deligendo vitae genere, sed naturae magis.* Fam. III. 5. habui rationem *ut tibi consulerem.* Aliud est *rationem habeo cum aliquo, in Verhaltnifs oder Verbindung oder Verkehr mit jemandem stehen.* Sen. 15. Agricolae rationem habent *cum terra, quae nunquam recusat imperium.* Att. I. 3. *cum omnibus Musis* rationem habere *cogito.* Cael. 20. *si qua mulier sit — tui dissimilis, vita institutoque meretricio, cum hac aliquid adolescentem hominem* habuisse rationis, *num tibi perturpes aut perflagitiosum esse videtur?* 19. In arte rhetorica *ratio* dicitur Inv I. 13. *quum omnis quaestio non in scriptione sed in aliqua argumentatione consistit.* Haec dicitur etiam ibid. rationis *con-*

nos aut a nobis petimus unius cuiusque propositionis explanationem. Eius figurae ibidem exempla afferuntur.

RATIOCINATIVUS. Inv. I. 13. *In scripti controversia* quartum genus est, in quo ex eo quod scriptum est, aliud quoque quod non scriptum est invenitur, quod dicitur *ratiocinativum.*

RATIONALIS. Her II. 12. *In causa rationali primum quaeretur, ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut similibus similiter scriptum aut iudicatum sit. Deinde utrum ea res similis sit ei rei, qua de agitur, an dissimilis. Deinde utrum consulto de ea re scriptum non sit, quod noluerit cavere; an quod satis cautum putarit, propter ceterorum scriptorum similitudinem.* Est igitur *causa rationalis* idem quod constitutio legitima ex ratiocinatione, qua de agitur Her. I. 13. De eadem controversia ex ratiocinatione locus est Inv. II. 50.

RATIS. Verr. V. 2. *quum aut navibus aut* ratibus *conarentur accedere.* Tusc. I. 30. *dubitans, circumspectans, haesitans, multa adversa reverens, tamquam* ratis *in mari immenso, nostra vehitur oratio.* Att. IX. 12. *epistola affertur — circumvallatum esse Pompeium,* ratibus *etiam exitus portus teneri.*

RATIUNCULA. Tusc. IV. 19. Peripatetici *multis verbis iracundiam laudant; cotem fortitudinis esse dicunt — leves* autem ratiunculas *eorum qui ita cogitarenti praelium rectum est hoc fieri; convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria:* haec *nullam habent vim nisi ira excanduit fortitudo.*

RATUS. 1. certus. N. D. II. 38. *qui tam certos caeli motus et* ratos *astrorum ordines viderit.* ibid. II. 37. *cernerent* — (siderum) *omnium ortus et occasus atque in omni aeternitate* ratos *immutabilesque cursus.* Somn. 5. *sonus intervallis coniunctus imparibus, sed tamen pro* rata *parte ratione distinctis.* 2. de legibus, decretis, pactis, quae valida et firma sunt Balb. 24. *dubitandum fuit, quin quo in genere iudiciorum praemia* rata essent, *in eodem iudicia imperatorum valerent?* Prov. cons. 19 *cuius* (Clodii) *tribunatus si* ratus est, *nihil est, quod* irritum *ex actis Caesaris possit esse.* Acad. pr. II. 9. *decretum stabile, fixum,* ratum *esse debet.* Caecin. 26 Rata *auctoritas harum rerum a iure civili sumitur.* Flacc. 37. *Si dat tantam pecuniam, nempe iccirco dat, ut* rata *sit emptio.*

RAUCUS. 1. qui vocem obtusam habet (*heiser*). Orat. I 61. *nos raucos saepe attentissime audiri video; tenet enim res ipsa atque causa. At Aesopum si paullum* irrauserit *explodi.* 2. metaphorice. Fam. IX. 2. *nisi ipse rumor iam* raucus *erit factus.*

RAUDUSCULUM. Att. IV. 8. VI. 8. VII. 21. XIV. 14 est paullulum pecuniae. Proprie est particula aeris, pondere libellae s. assis; unde iis temporibus, quo aere rudi utebantur assis locum obtinuit. Salmas. mode usur. p. 26. Valer. Max. V. 6, 3. Olim aera *raudera* dicebantur, ubi vid. Pigh. et reliquos Intt. *Ern.*

RECALESCERE. N. D. II. 10. *quod nostris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione* recalescunt.

RECEDERE. 1. sensu proprio. Phil. VIII. 7. *legati quum ab Antonio — revertissent dixissentque senatui non modo illum e Gallia non* discessisse, *sed ne a Mutina quidem* recessisse. Rosc Am. 39. Recede de *medio; per alium transigam.* 2. pro excedere. Tusc. IV. 17. *a vita* recedere; i. e. suapte voluntate mori. 3. metaphorice. Att. VI. 1. recedere *ab edicto suo.* Caecin. 13. *a verbis* recedis et *aequitate uteris.* ibid. 21. *ut iam longius a verbis* recedamus, *ab aequitate ne tantulum quidem.* Off. I. 12. Hostis *apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc* peregrinum *dicimus. — Id nomen durius* iam *effecit vetustas. A peregrino enim iam* recessit, *et proprie in eo, qui arma contra ferret remansit.* Fam. VIII. 14. *illi amores et invidiosa coniunctio non ad occultam* recedit *obtrectationem, sed ad bellum se erumpit.* Quint. 11. quum *res ab eo, qui eum contraxisset,* recessisset, *et ad heredem pervenisset.*

RECENS. Sen. 20. *omnis conglutinatio* recens *aegre,* inveterata *facile divellitur.* Muren. 7. *Non ex sermone hominum* recentis *sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuae.* Fam. XI. 21. *Segulium negligamus, qui res novas quaerit; non quo* veterem comederit, *nullam enim habuit; sed hanc ipsam* recentem novam *devoravit.* Hic recte distinxit Manutius, *recentem,* quae nuper fuerit, *novam* quae antea numquam fuerit. Ait igitur pecuniam et nuper et primo loco Segulio obtigisse, quum antea prorsus fuerit egenus. Her. II. 3. *alius alio* recentior *est in do-*

lore i. e. minus assuetus dolori. Acad. post. I. 4. recentissima *quaeque sunt emendata et correcta maxime.*

RECENSERE, commemorare, persequi. Att. XVI. 1. *obruis enim,* recenses *multa quae vellem minui.*

RECENSIO. Mil. 27. *aedem Nympharum incendit* (Clodius) *ut memoriam publicae* recensionis *tabulis publicis impressam exstingueret.* Intelliguntur tabulae censoriae in aede Nympharum custoditae. Recensio enim est censorum. De eadem re Cael. 32. *Sex Clodius absolutus — qui aedes sacras, qui censum populi, qui memoriam publicam suis manibus incendit,*

RECEPTACULUM. 1. de rebus corporeis. N. D. II. 54. *alvi natura subiecta stomacho, cibi et potionis* receptaculum. Tusc. I. 22. *corpus quasi vas est aut aliquod animi* receptaculum. 2. de locis Pis 5. templum Castoris fuisse dicitur Pisone consule *arx civium perditorum,* receptaculum *veterum Catilinae militum, castellum forensis latrocinii.* Verr. V. 23 *illud tibi oppidum* receptaculum *praedae fuit; illi homines testes custodesque furtorum; illi tibi et locum furtis et furtorum vehiculum comparaverunt.* Rull II. 33. *Capua* receptaculum *aratorum.* Tusc. V. 40. *Mors aeternum nihil sentienti* receptaculum.

RECEPTATOR. Mil. 19. *latronum occultator et* receptator *locus.*

RECEPTRIX. Verr. V. 62. Verres hanc urbem (Messanam) *delegerat, quam haberet adiutricem scelerum, furtorum* receptricem, *flagitiorum omnium sociam.*

RECEPTUM. Verr. V. 53. *satis est factum promisso nostro ac* recepto (*Versprechen und Zusage*).

RECEPTUS. 1. locus refugii (*Zufluchtsort*). Fam. X. 11. *animadverti* nullum *alium* receptum *Antonium habere nisi in his partibus.* Att. VIII 19. *neque ex oppidis contrahere copias expedit, ne* receptum *amittam.* 2. revocatio militum a dimicatione. Phil. XIII. 7. *irati pugnamus; extorqueri de manibus arma non possunt* receptui signum *aut revocationem a bello audire non possumus.* ibid. XII. 7. quid enim *revocante et* receptui canente *senatu properet dimicare?* 3. idem metaphorice pro avocare. Tusc. III. 15 *vetat ratio intueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias contemplandas, a quibus quum* cecinit receptui, *impellit rursum et invitat ad conspiciendas — voluptates.*

haetenus, ut *recipere causam* dicatur is cui ea ab alio delata sit, *suscipere* qui eam suapte sponte agere instituerit. Orat. II. *offensio vel negligentiae* susceptis rebus *vel perfidiae* receptis. 4. *certe promittere.* Fam. X. 21. *Omnia ei petenti* recepi *et ultro pollicitus sum.* ibid. V. 8. *me ea, quae tibi promitto ac* recipio *sanctissime esse observaturum.* Att. XIII. 1. *Nec ullum genus possessionis est quod malim — cuius festinationem mihi tollis, quoniam de aestate pollicens vel potius* recipis. 5. *recuperare.* Sen. 3. *qui Tarentum* recepit. Orat. II. 67. *Salinatori Maximus, quum Tarento amisso arcem tamen Livius retinuisset, multaque ex ea praelia praeclara fecisset, quum aliquot post annos Maximus id oppidum* recepisset, *rogaretque eum Salinator ut meminisset opera sua se Tarentum* recepisse. *Quidni inquit, meminerim? numquam enim* recepissem, *nisi tu perdidisses.* 6. *recolligere.* Orat. I. 59. *Graeci tragoedi quum egerunt vocem sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum* recipiunt *et quasi quodam modo colligunt.* 7. *se recipere est redire.* Fam. XV. 4. *quum ad hiemem me ex Cilicia* recepissem. Fam. X. 15. *si latro rursus in Italiam se* recipere *coeperit.* 8. „Est et verbum forense. Nam praetor *recipere nomen* dicitur, quum delatum ab aliquo in numerum reorum refert. Fam. VIII. 8. 9. In venditione dicitur pro *praestare* aliquid. Orat. I. 39. *lumina uti tum essent ita* recepit. 10. *excipere* in venditione. Top. ult. *Venditores — rutis caesis* receptis, *concedunt tamen aliquid emptori* etc. quam significationem egregie illustravit Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. c. 10. cf. Gellium N. A. XVII. 11. — 11. gladiatores recipere ferrum dicuntur, quum se iugulari ab adversario patiuntur. Sext. 37. Tusc. II. 17." *Ern.*

RECIPROCARE. 1. de accessu et recessu maris. N. D. III. 10. *quid Chalcidico Euripo in motu identidem* reciprocando *putas fieri posse constantius.* 2. sensu logico est convertere sententiam. Div. I. 6. *Si quidem ista* reciprocantur, *ut et si divinatio sit, dii sint, et si dii sint, sit divinatio.*

RECISUS. Prov. Cons. 13. *Videmus — nationes eas, quae numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare partim* recisas (h. e. parte terrarum suarum multatas) *partim repressas.*

RECOGNOSCERE. 1. *in memoriam revocare.* Tusc. I. 24. *ex quibus effici vult Socrates ut discere nihil aliud sit nisi recordari — docet enim quemvis qui omnium rerum rudis esse videatur bene interroganti respondentem declarare, se non tum illa discere sed reminiscendo* recognoscere. Verr. Act. I. 6. *non videtur haec multitudo* cognoscere *ex me causam voluisse, sed ea, quae scit, mecum* recognoscere. Verr. II 6. *quum istius furtum* recognosceret. Leg. III. 6. *non* recognoscimus *nunc leges populi Romani, sed aut repetimus ereptas aut novas scribimus.* Phil. VI. 6. non *alienum fuit personas quasdam a vobis* recognosci, *ut quibus cum bellum gereremus, possitis taciti iudicare.* 2 *revidere.* Verr. II. 77. *tabulas in foro — exscribo — literae lituraeque omnes assimulatae, expressae de tabulis in libros transferuntur. Haec omnia summa cura et diligentia* recognita (*wieder nachgesehen*) *et collata — sunt.*

RECOLLIGERE reconciliare. Att. I. 5 *scribis si cuius animus in te esset offensior a me* recolligi *oportere.*

RECOLERE. 1. *denuo* colere s. *tractare.* Orat. I. 1. *ad eos artes, quibus a pueris dediti fuimus celebrandas interque nos* recolendas. Arch. 6. *quis me reprehendat, si quantum illi tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia* recolenda *sumpsero.* 2. *recognoscere.* Phil. XIII. 20. *quae si tecum ipse* recolis, *aequiore animo et maiore consolatione moriere.*

RECONCILIARE. 1. recuperare, *restituere.* Verr. Act. I. 1. reconciliare existimationem *iudiciorum amissum.* Att. I. 11. *accedebat hortator assiduus Sallustius, ut agerem quam diligentissime cum Lucceio de vestra vetere gratia* reconcilianda. 2 inprimis in gratiam reducere. Att. VI. 7. *Q. filius animum patris sui sorori tuae* reconciliavit. Sull. 17. *Videsne ut excipiam te ex improborum subita gratia et* reconciliem *bonis omnibus.* Mil. 8. *ne videretur infirmior fides* reconciliatae *gratiae.* Fam. I. 9. *tibi sum auctor, ut quibus rebus possis, eum tibi ordinem* (publicanorum) *aut* reconcilies *aut mitiges* Dom. 50 reconciliare *in gratiam.*

RECONCINNARE. Q. Fr. II. 6. *tribus locis aedifico, reliqua* reconcinno.

RECONDERE 1. Inv. II. 4 *gladium in vaginam* recondidit. Oecon. fr. *qui tectis* reconderet *atque*

dicitur fecisse rursus *ex sene adolescentulum*; ubi tamen Plautus *Peliam* cum *Aesone* permutavit, quem Medea dicitur recoquendo ex sene adolescentem fecisse.

RECORDARI. Orat. III. 22. *quum omnes gradus aetatis* recordor *tuae*. Tusc. I. 7. *tu si meliore memoria es, velim scire ecquid de te recordere*. Arch. 1. *Quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam*. Fam. V. 17. *quum animi tui magnitudinem diligentius essem mecum* recordatus. Planc. 25. *huius meriti in me* recordor. Pis. 6. *ipse cum aliquo dolore flagitiorum suorum* recordabitur. Tusc. V. 5. *prudentia ipsa hoc videt non omnes bonos esse etiam beatos; multaque de M. Atilio Q. Caepione, M? Aquillio* recordatur. Ligar. 12. *spero te — qui oblivisci nihil soles nisi iniurias — te aliquid de huius illo quaestorio officio cogitantem etiam de aliis quibusdam quaestoribus reminiscentem* recordari.

RECORDATIO. Brut. 76. *Praeteritorum* recordatio *est acerba et acerbior exspectatio reliquorum*. Sen. 3. *Conscientia bene actae vitae multorumque benefactorum* recordatio *iucundissima est*. Orat. I. 2. *mihi repetenda est veteris cuiusdam memoriae non satis explicata* recordatio. Prov. cons. 12. *Ultimi temporis* recordatione *et proximi memoria*. Fin. I. 17. *Sapientes bona praeterita grata* recordatione *renovata delectant*. Att. XII. 19. recordationes *fugio quae quasi morsu quodam dolorem efficiunt*. Fam. V. 13. *Erimus in omnium rerum desperatione fortes, ut tu tamen idem hortaris et praecipis: das enim mihi iucundas* recordationes *conscientiae nostrae, rerumque earum, quas te inprimis auctore gessimus*.

RECREARE. 1. de corpore. Inv. II. 51. *ille leviter saucius facile est ex vulnere* recreatus. Att. II. 23. *ambulare* recreandae *voculae causa*. 2. de animo. Planc. 1. *conspectus vester reficit et* recreat *mentem meam*. Att. VII. 22. *bonorum animi* recreati, *improbi Romae quasi perculsi*. Catil. III. 3. *ille quum vix se ex magno timore* recreasset. Verr. V. 62. *Gavius, qui — ex illo metu mortis ac tenebris, quasi suae libertatis et odore aliquo legum* recreatus, *revixisset*. 3. de populis et de re publica. Prov. Cons. 2. *Macedonia ita vexata est, ut vix possit se diuturna pace* recreare. Q. Fr. I. 1. *complures dirutas ac paene desertas urbes per te esse* recreatas. Fam. VI. 10. *res publica reviviscat et* recreetur.

Rosc. Am. 47. *In hoc bello non recreatus neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est.*

RECRUDESCERE. de animi doloribus. Fam. IV. 6. *nunc hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quae consanuisse videbantur,* recrudescunt.

RECTA scil. via. Off. III 20. *ceteri quidem alius alio Marius a subselliis* in Rostra recta. Catil. I. 9. recta *perge in exsilium.*

RECTE 1. linea recta vel perpendiculari. Fin. I. 6. *sive aliae atomi declinabant, aliae suo nutu* recte *ferantur, hoc erit quasi provincias atomis dare, quae* recte *quae oblique ferantur.* 2. vere, probe. Att. IX 19 recte *augurari*s *de me, bene enim tibi cognitus sum.* 3. iure, legibus convenienter. Top. 4. recte *accipere;* h. e. modo legitimo, ut venditione, testamento. Phil III. 15. *aliquem* recte *atque ordine exque re publica fecisse et facere.* Div. II. 35 *tabernaculum* recte *captum.* Contrarium est *vitio captum.* 4. de constantia in argumentando. Div. II. 17 *Epicurus circuitione quadam deos tollens,* recte (*nach richtiger Schlussfolge, Folgerichtig*) *non dubitat divinationem tollere*

RECTIO. Fin. V. 4. *quum tertia* (philosophiae) *pars bene vivendi praecepta quaereret, ea quoque est ab iisdem* (Peripateticis) *non solum ad privatae vitae rationem, sed etiam ad rerum publicarum* rectionem *relata.* ibid. IV. 21. *omnium rerum publicarum* rectiones — *perscripsimus* (Platonici).

RECTOR. Div. I. 14. *navium* rectores. Orat. I. 48. *qui quibus rebus utilitas reip. pararetur augereturque teneret. iisque uteretur, hunc reip.* rectorem *et consilii publici auctorem esse habendum.* Somn. 2. *civitatum* rectores *et conservatores.* Fin. IV. 3. *cognitio naturae affert — iustitiam, quum cognitum habeas, quod sit summi* rectoris *et domini numen, quod consilium, quae voluntas.* N. D. II. 36. *philosophi debuerunt intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac divina domo, sed etiam* rectorem *et moderatorem et tamquam architectum tanti operis tantique muneris.*

RECTUS. 1. *gerade, senkrecht.* Tusc. I. 17. *persuadent mathematici — eam naturam esse quatuor omnia gignentium corporum, ut quasi partita habeant inter se et divisa momenta; terrena et humida suopte*

nutu et suo pondere ad pares angulos in terram et in mare ferantur, reliquae duae partes una ignea, altera animalis, ut illae superiores in medium mundi locum sua gravitate ferantur et pondere, sic hac rursum rectis lineis in caelestem locum subvolent. 2. *aufrecht.* Fin. III. 16. *Si fingamus esse quasi finem et ultimum, ita iacere talum* ut rectus *assistat, qui ita talus erit iactus ut* rectus cadat, *praepositum quiddam habebit ad finem.* 3. *in gerader Richtung.* Rab. Post. 17. *hic eos aliud nihil orat, nisi ut* rectis oculis *hanc urbem sibi intueri atque in hoc foro vestigium facere liceat.* 4. *von richtiger Beschaffenheit.* Univ. 8. *orbis* rectus *et immutatus.* 5. *recht.* Fam. V. 19. rectissima *quae sunt, ea maxime conducunt.* Att. XIII. 20. *in omni vita sua quemque a* recta *conscientia transversum unguem non oportet discedere.* Her. III. 2. Rectum *est quod cum virtute et officio fit.* Parad. III. 1. *si benefacta* recte *facta sunt, et nihil* recto rectius, *certe ne bono quidem melius quidquam inveniri potest.* 6. *richtig, fehlerfrey.* Orat. III. 50. *omnes tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione quae sint in artibus ac rationibus* recta *ac* prava *diiudicant.* 7. *schlicht.* Brut. 75. *Caesaris commentarii nudi sunt et* recti, i. e. non magnopere ornati, sed tamen sine vitiis.

RECUBARE. Orat. III. 17. (*philosophia Epicurea*) — *in hortulis quiescet suis, ubi vult, ubi etiam* recubans *molliter et delicate nos avocat a rostris, a curia.*

RECUMBERE. Orat. II. 71. *M. Lepidus quum ceteris in campo exercentibus in herba* recubuisset, vellem hoc esset, *inquit* laborare.

RECUPERARE. Muren. 23. *consumpta replere erepta* recuperare. Rosc. Am. 49. *experrecta nobilitas armis atque ferro remp.* recuperavit. Phil II. 44. *res publica, quae se adhuc tantummodo ulta est, nondum* recuperavit. Att. XV. 13. videtur resp. *ius suum* recuperatura. Verr. III. 14. *quae potest esse controversia, quum is, qui petere debet aufert, et quum is non quantum debetur sed quantum commodum est, aufert! ille autem unde ablatum est iudicio suum* recuperare *nullo modo potest?* Orat. III. 28. *placeatne a Carthaginiensibus captivos nostros redditis suis* recuperari. Att. I. 9. *eius voluntatem, quae fuerat erga te* recuperare *non*

poteram. ibid. IX. 8. *tentemus si possumus omnium voluntates recuperare.*

RECUPERATOR est iudex in causa privata ad quem de re pecuniaria aut possessione quacunque certatur. Caecil. 17. Caecin. 1. et ibi Hotomannus Quod autem contra hanc definitionem affert Hotomannus, recuperatores etiam de iniuriis cognovisse, non tam de facto, quam de aestimatione iniuriae pecuniaria iudicabant. Sic ap. Tacit. Ann. I. 74. absoluto iudicio de repetundis ad recuperatores itum. Ubi vid. Gronov. Vid. Salmas. mod. usur. p. 794. et Budaeus ad Pandect. p. 376. Fuisse autem e centumviris recuperatores, inde patet, quod quae causae apud recuperatores actae sunt apud Ciceronem. Or. I. 48. centumvirales dicuntur. Itaque iudices provinciales, qui *recuperatores* dicuntur, ut Verr. III. 13. 60. iudicant ea, quae Romae centumviri, ut bene monet Nordkerk. de lege Petron. § 18. *Ern.*

RECUPERATORIUS. Inv. II. 20. *Quum ad vim faciendam quidam armati venissent, armati contra praesto fuerunt, et cuidam equiti Romano quidam ex armatis resistenti gladio manum praecidit. Agit is cui manus praecisa est* iniuriarum. *Postulat is quicum agitur a praetore exceptionem:* EXTRA QUAM IN REUM CAPITIS PRAEIUDICIUM FIAT. *Hic is qui agit iudicium purum postulat. Ille quicum agitur exceptionem addi ait oportere. Quaestio est excipiendum sit an non? Ratio: non enim oportet in* recuperatorio iudicio *eius maleficii de quo inter sicarios quaeritur praeiudicium fieri.* — Verr. III. 11. est exemplum *iudicii recuperatorii* in provincia.

RECURRERE. 1. sensu proprio. Mil. 10. *illi qui erant cum Clodio gladiis eductis* recurrere *ad rhedam.* 2. celeriter redire; vel etiam simpliciter redire. Att. II. 12. *puerum ad me statim iussi* recurrere. ibid. XV. 6. *Noli me tam strenuum putare ut ad Nonas* recurram. 3. de motu planetarum. Horteus. fr. *omnibus planetis in eundem* recurrentibus *locum.* N. D. II. 19. *solis annuos cursus spatiis menstruis luna consequitur. — Neque solum eius species ac forma mutatur tum crescendo, tum defectibus in initia* recurrendo, *sed etiam regio, quae tum est aquilenta tum australis.* 4. recurrere dicitur pro *evadere.* Leg. I. 23. *Idem quum caelum, terras maria rerumque omnium naturam* per-

perspexerit, eaque unde generata, quo recurrant, quando quomodo obitura — videris.

RECUSARE. 1. Att. XV. 1. *ea conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus.* P anc. 2. *nihil de poena recusabo.* Off. III 27. *sententiam ne diceret recusavit.* 2. recusare in iure est aliquid quod adversarius postulat denegare. Caecin 28. *ostendi id verum, id aequum, id utile omnibus esse, spectari quo consilio, qua sententia, non quibus quaque verbis esset actum Tu me ad verbum vocas? Non ante venio, quam recusaro;* (*ehe ich dagegen protestirt habe*). — *Quoniam satis recusavi; venio tum quo vocas.*

RECUSATIO. 1. *Weigerung.* Phil. VII. 4. *omnes sine ulla recusatione, summo etiam studio nomina dant.* 2. in iure, *Protestation.* Cluen 55 *Si quis apud me te T. Atti, reum velit facere, clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri Neque haec tua recusatio confessio sit captae pecuniae, sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio.* 3. Item in iudicio privato *recusatio* opponitur *petitioni*. Inv. I 6. *Iudiciale genus* (orationum) *est, quod positum in iudicio habet in se accusationem et defensionem* (*Anklage und Vertheidigung*) *aut petitionem et recusationem* (*Klage und Einrede*).

REDAMARE. Lael. 14. *Animus virtute praeditus, qui vel amare, vel ut ita dicam redamare possit.*

REDARGUERE refellere, refutare. Cluent 23. Redargue me *si mentior* Partit. 9 *in confirmando nostra probare volumus; in reprehendendo redarguere contraria.* N. D. III. 36. *improborum prosperitates redarguent vim omnem vim deorum* Tusc. II 2. *philosophia nascatur Latinis quidem literis — eamque nos adiuvemus, nosque ipsos redargui refellique patiamur.*

REDDERE 1. *wiedergeben* Att. XIII. 13 Hesiodus *eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore si possis.* Q. Fr. I. 1, 7. *cogebantur Sullam homines quae per vim et metum abstulerant* reddere. 2. *wieder herausgeben.* Fin. II 18. *Sex. Peducaeus — quum sciret nemo, eum rogatum a C Plotio, equite Romano splendido, Nursino, ultro ad mulierem venit. eique nihil opinanti viri mandatum exposuit, hereditatemque reddidit.* 3. *übergeben, überbringen.* Att. I. 13 *puer tuus mihi literas abs te reddidit.* 4. *auf etwas verzichten.* Sall. 30. *Ego non modo nihil mihi*

assumo, *in quo quispiam repugnet*, *sed etiam si quid ab omnibus conceditur, id* reddo *atque remitto.* 5. *gegeneinandersetzen.* Orat 48 *sive paribus paria* redduntur, *sive opponuntur contraria.* 6. *zurückgeben* Vatin. 3. quod quidem ego tibi reddo tuum (*und hiermit gebe ich dir deinen Anfall zurück*) *Nam ut tu, me carum esse dixisti senatui populoque Romano non tam mea causa, quam reip.: sic ego te quamquam sis omni civitate atque immanitate teterrimus, tamen dico esse odio civitati non tam tuo, quam reip. nomine.* 7. *efficere.* Verr. II. 34 *domum exornatam et instructam iste* reddiderat *nudam et inanem.* Brut. 9. (Demetrius Phalereus) *primus inflexit orationem et eam mollem teneramque* reddidit. 8. *restituere.* Att. IV. 3. *Clodius omnes Catilinas Siciniosque* reddidit. 9. *aufopfern.* Verr. V. 54. *quod reliquum vitae viriumque fames fecerat, id ferro potissimum* reddere *volebant.*

REDEMPTIO. 1. „Verr. Act. I. 6. Redemptio est huius iudicii facta grandi pecunia. Pis. 36 redemptiones *reorum.* Sunt corruptiones iudicum, quas quis pro pecunia suscepit, et redemptio iudicii s. rei fit, si quis pollicetur pecunia accepta se iudices corrupturum, operam suam in corrumpendis iudicibus vendit." *Ern.* 2. *redemptio* est publicanorum, quum vectigalia publica redimunt. Prov. Cons. 5. *videtis* non temeritate redemptionis *aut negotii gerendi inscitia sed avaritia, superbia, crudelitate paene afflictos iam atque eversos publicanos;* ubi *temeritas* redemptionis est, quum inconsulte vectigalia nimis magno pretio conduxerunt.

REDEMPTOR. 1. *ein Unternehmer,* operis alicuius faciendi conductor s. manceps. Div. II. 21. Redemptor *qui columnam illam de — Torquato conduxerat faciendam.* Verr. I. 55. *in illis columnis dico esse quae a tuo* redemptore *commotae non sunt.* Phil. IX. 7. *ut eam basim statuamque faciendam — locent, quantique locaverint tantam pecuniam* redemptori *attribuendam solvendamque curent.* 2. *ein Lieferant*, i. e. qui pro certa pecunia merces quasdam praebendas, et apportandas recepit. Inv. II. 31. *quum apud Lacedaemonios lex esset, hostias nisi ad sacrificium quoddam* redemptor *praebuisset, capitale esset, hostias is, qui redemerat, quum sacrificii dies instaret, in urbem ex agro coepit agere. Tum subito magnis commotis tempestati-*

bus fluvius Eurotas — ita magnus et vehemens factus est, ut eo traduci victimae nullo modo possent. Redemptor *suae voluntatis ostendendae causa, hostias constituit omnes in litore, ut qui trans flumen essent videre possent. — Tamen quidam capitis arcessierunt.*

REDHIBERE; est recipere, quod erat venditum, propterea quia improbatum est ei deterius repertum quam venditor dixerat. Off. III. 23 *In mancipio vendendo ea vitia dicenda sunt, quae nisi dixeris,* redhibeatur *mancipium iure civili. Ern.*

REDIGERE 1. *colligere* Rull. II. 36. redigere *pecuniam ex vectigalibus.* Caecil. 17. redigere *pecuniam ex rebus venditis.* Phil. XIII. 5. *decrevistis tantam pecuniam Pompeio quantam ex bonis patriis in praedae dissipatione inimicus victor* redegisset. 2. *exigere, accipere.* Rosc Com. 17. redigere *pecuniam* (*eintreiben, eincassiren*) scil. a debitore. 3. *redigi in potestatem* dicuntur populi victi, qui subiiciuntur. Balb. 2. *populi quos subegimus, atque in ditionem nostram* redegimus. Phil. IV. 5. *maiores nostri bellicosissimas gentes in ditionem huius imperii* redegerunt. 4. item singuli hostes, vel hostium imperatores. Off. III 20. *C. Marius Iugurtham dixit se* redacturum *in P. R. potestatem.* 5. transfertur ad quodcunque imperium, quo aliquis coercetur. Rull. II. 27. *tu populi Rom. vectigalibus atque omnibus copiis ipsum populum Rom. coerceas? opprimas?* redigas *in istam decemviralem ditionem atque potestatem?* 6. dicitur pro *reducere.* Or. 3 *quicquid est de quo ratione et via disputetur id est ad ultimam sui generis formam speciemque* redigendum. Her. IV. 1. *omnia in arte scribenda* redigit *in singulas rationes praeceptionis.* 7. denique refertur ad ordinem, ad quem sententiae aut verba revocantur. Her. III. 9. redigere *inventa in ordinem.* Orat. 61. redigere *in quadrum numerumque sententias.*

REDIMERE. 1. dicitur de mancipe, qui aedificium exstruendum conducit; ei opponitur *locare.* Verr. I. 54. *Si pupillo opus* redimitur. ibid. *ne liceat pupillo opus* redimere. ibid. 56. *qui* redemerit, *satisdet.* etc. 2. *pecunia data* se aut alium aliqua *molestia liberare.* Verr. I. 11. *qui istum eripiendum* redemerunt. ibid. III. 20. redimere *pericula sua.* ibid 56. redimere *conentur rem confessam;* unde et metaph. Fam. II. 16. *acerbitatem a re publica privatis incommodis* redimere.

3. compensare. ibid. X. 8. *non praeteritam culpam videri volo redemisse;* (*das vorige Versehen wieder gut machen*) Vid. Burm. ad Ovid. Her. XVII. 49. *Ern.* 4. redimere *litem* occurrit Rosc. Com. 12. *Haec universa causa ducitur utrum Roscius cum Flavio de sua parte, an de tota societate fecerit pactionem. Nam ego Roscium si quid communi nomine tetigit, confiteor praestare debere societati. Societatis* (scil. inquit Saturius patronus Fannii Chaereae) *non suas lites* redemit (Roscius) *quum fundum a Flavio accepit.* Recte ad h. l. Passeratius. Aliud est *redimere iudicium* Verr. Act. I. 6. i. e. suscipere corrumpendos iudices. Sed *redimere litem*, est litis periculum certa mercede pacta in se recipere, quod qui faciunt dicuntur *redemptores litium.* 5. Orat. pro Scauro fr. *Fibri* redimunt *se ea parte corporis propter quam maxime expetuntur.* Vid. *Fiber.*

REDIMICULUM. Verr. III. 33. *haec civitas mulieri* redimiculum *praebeat. Redimiculum* est vel frontis vel colli ornamentum, ein *Stirnband* oder *Halskette.*

REDIMIRE. Gall. fr. Redimitus *coronis.* Catil. II. 5. *Sertis* redimitis *unguentis obliti.* Tusc. III. 18. *si quem tuorum afflictum maerore videris, huic acipenserem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis? — sertis* redimiri *iubebis et rosa?* Somn. 6. *terra quasi quibusdam* redimita *et circumdata cingulis.*

REDINTEGRARE. 1. repetere. Her. II. 30. *Enumeratio est per quam colligimus et commonemus quibus de rebus verba fecerimus, ut renovetur,* non redintegretur *oratio* i. e. non ad verbum repetatur. ibid. IV. 28. Interpretatio est, *quae non iterans idem* redintegrat *verbum, sed id commutat, quod positum est alio verbo, quod idem valeat.* 2. *renovare.* Inv. I. 52. *auditoris memoria* redintegrabitur: (*das Gedächtniss wird aufgefrischt*). 3. *instaurare.* Fam. XI. 9. *ne bellum nobis* redintegrare *possit Antonio sibi coniuncto.* Hic nihil opus est, quod Ernestio visum *redintegrare* neutraliter positum esse arbitrari.

REDINTEGRATIO, *repetitio.* Her. IV. 28. *vehementer auditorem commovet eiusdem* redintegratio *verbi.*

REDITIO. Verr. I. 6. *celeritas* reditionis.

REDITUS. Somn. 4. *solis* anfractus *aditus* reditusque. Att. XV. 5. *qui porro noster itus*, reditus, *incessus inter eos.* Att. XVI. 7. *quam valde ille reditu et*

potius reversione mea laetatus (über meine Zurückkunft, oder vielmehr Wiederkunft).

REDIVIVUS. In aedificatione dicuntur rediviva, eae partes materiae quae ex aedificio destructo vel collapso adhibentur ad novum aedificium (alte Baustücke). Verr. I. 56. utrum existimatis minus operis esse unam columnam efficere ab integro novam, nullo lapide redivivo, an quattuor illas reponere. Nemo dubitat quin multo maius sit novam facere. Et paullo post: qui etiam ad extremum adscripserit: REDIVIVA SIBI HABETO. Quasi quidquam redivivi ex opere illo tolleretur, ac non totum opus ex redivivis constitueretur.

REDOLERE. 1. sensu proprio. Phil. II. 25. In coetu populi Romani negotium publicum gerens, magister equitum cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum et totum tribunal implevit. 2. metaphorice. Sext. 10. Ita domus eius (Pisonis) fumabat, ut multa eius sermonis (quo scil. nihil esse praestabilius otiosa vita et plena et confecta voluptatibus dictitare solebat) indicia redoleret. Brut. 21. orationes redolentes antiquitatem. Orat. II. 25. definitio (in oratoribus) genere ipso doctrinam redolet exercitationemque paene puerilem. Brut. 82. mihi quidem ex illius (Demetrii Phalerei) orationibus redolere ipsae Athenae videntur.

REDOMITUS. Sull. 1. impuri atque perditi cives redomiti atque victi. Edd. complures habent edomiti.

REDUCERE. 1. sensu proprio. Off. III. 22. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum. Att. IV. 6. Philoxeno ignosco qui reduci in carcerem maluit, quam ut laudaret scil. quae sibi laudanda non viderentur. 2. metaphorice. Rab. Post. 8. Si me Cn. Pompeii auctoritas in gratiam non reduxisset, nunc tam ipsa fortuna reduceret. Att. VIII. 15. sume hanc curam — ut Caesarem et Pompeium perfidia hominum distractos rursus in pristinam concordiam reducas. Her. II. 30. ordine, quicquid erit dictum referemus, ut auditor si memoriae mandaverit, ad id quod ipse meminerit, reducatur. Her. III. 12. vox, quae varie tractata est reducitur in quendam sonum aequabilem et constantem.

REDUCTIO. Fam. I. 7. Sctum nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit.

REDUCTUS. Fin. V. 30. ista producta et reducta, προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα (Vid. Ind. Graec.) 2. Rab. Post. 17. *Possum nominare multos reductos testes liberalitatis tuae, quod saepe audivi patri tuo, qui id fecisset, magno adiumento in periculo capitis fuisse.* Hunc locum in quo Graevius negat se scire, qui sint *reducti*, sic interpretor: possum adducere multos testes tibi, quos tu quum aere alieno concidissent et solum vertissent, reduxisti, restituisti, aere alieno ipsorum tua liberalitate dissoluto, quod quum et pater tuus fecisset, ei opem tulit in iudicio capitis, adeoque tibi etiam prodesse debet. Sic *reductio regis Alexandrini.* Fam. I. 7. est restitutio in regnum. *Exsules reducti* pluribus locis apud Ciceronem occurrunt. Patricii et Manutii interpretationem recte Graevius reiecit. Non enim quadrat. *Ern.*

REDUNDANS. Brut. 13. *Asiatici oratores non contemnendi quidem nec celeritate nec copia, sed parum pressi et nimis redundantes.* ibid. 91. (Apollonius Molo) *dedit operam — ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam impunitate et licentia reprimeret, et quasi extra ripas diffluentes coerceret.* Orat. II. 21. (Sulpicius erat) *oratione rebus et concitata, (quod erat ingenii) et verbis effervescentibus et paullo nimium* redundantibus *(quod erat aetatis).*

REDUNDANTIA. Orat. 30. *ipsa illa pro Roscio iuvenilis* redundantia h. e. nimia sententiarum, acuminum ornamentorumque omnium copia quae et *luxuria* dicitur. *Ern.*

REDUNDARE. 1. superfluere de fluminibus, lacubus, mari. N. D. II. 45. *Mare quum supra terram sit medium tamen terrae locum expetens conglobatur undique aequabiliter neque* redundat *unquam neque effunditur.* Div. II 32. *si lacus Albanus* redundasset, *isque in mare fluxisset Romam perituram, si repressus esset, Veios.* 2. de quocunque liquido, quod superfluit vel effluit. Catil. III 10. *omnis hic locus civium sanguine* redundavit. Verr. IV. 11. *Crux civis Romani sanguine* redundat. 3. de eo cuius alicubi magna multitudo aut frequentia est. Pis. 11. *Campus splendidissimorum hominum — optimorum civium — multitudine* redundat. Orat. II 54. *perpetua Curiana* (Crass.) *contra Scaevolam defensio tota redundavit hilaritate quadam et ioco.* Ligar. 5. *acerbissimo luctu* redundaret *ista victo-*

ria. 4. de iis quae in aliqua re nimia sunt et superflua. Tusc. IV 10. *quem pituita redundat aut bilis.* N. D. I. 33. *Tum deus non digito uno redundat, sed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus.* Orat. II. 19. *verborum delectationem in quibus neque abesse quidquam decet, neque redundare.* Orat. 31. *rebus quem pertrahebat genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, partiatur ac dividet.* Orat. III. 8. *neque in Antonio deerat hic ornatus orationis, neque in Crasso redundabat.* 5. redundare etiam dicitur pro superesse. Parad. VI. 3. *in meo tamen vectigali detractis cupiditatibus aliquid etiam redundabit* (bleibt noch etwas übrig). 6. item ex aliqua re oriri, provenire. Verr. I 39. *hinc illae extraordinariae pecuniae redundarunt.* Or. 1. ... 7. ad aliquem vel in aliquem redundare dicitur aliquid, quod ad eum pertinet, in eum incidit vel recidit. Lael. 21. *accipiunt saepe vitia amicorum quam in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundet infamia.* Catil. I 12. *Verendum mihi non erat ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiae mihi in posteritatem redundaret.* Muren. 85. *sed quid tandem fiet, si haec elapsa de manibus nostris, in eum annum, qui consequitur, redundarint.*

REDUVIA particula cutis quae circa ungues digitorum se resolvit (Niednagel). Rosc. Am. 44. *Intellego me errare, qui quum capiti Sex. Roscii mederi debeam, reduviam curem.*

REDUX de eo qui ab exsilio revocatus est. Mil. 37. *quid me reducem esse voluistis?*

REFELLERE *refutare.* Tusc. II. 2. *neque ipsos refellere et refelli patiamur.* ibid. *Et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus.* Fin. II. 25. *Ita vivunt quidam* (Epicurei) *ut eorum vita refellatur oratio. Atque ut ceteri existimantur dicere melius, quam facere, sic hi mihi videntur facere melius quam dicere.* Ligar. 5. *at humanitate et misericordia vendendo salutis civis calamitosi consilium esse vellemus, tamen hominis non debet in tanto discrimine et periculo civis refellere et coarguere nostrum mendacium.*

REFERCIRE. 1. *implere.* Tusc. II. 3. *Eadem dicuntur a multis, ex quo libris omnia referserunt.* Sest. 35. *Meministis corporibus civium Tiberim compleri,*

[illegible] referri. Rab. Post. 16. *Subjungam Postumi* [illegible]. 2. [illegible], [illegible] D. [illegible] [illegible] *referret in* [illegible] *sua* [illegible]. N. D. I. 43. [illegible], *veritas* [illegible]. Vid. [illegible].

REFERRE 1. respondere. Caecin. 21. *ego tibi refero.* Quinct. [illegible] quod a [illegible] relatum [illegible] vid. Graevius. 2. [illegible] *referre* [illegible] *gratia* [illegible] *referre* [illegible] consuetudo [illegible]. Dom. [illegible] *referre* h. e. iterum ad [illegible]. 3. [illegible]. Verr. III. 66. *referre* [illegible]. 4. in rationibus saepe dicitur [illegible], pro *referre in tabulas rationum.* Flacc. 19. [illegible] *publico referunt*, h. e. pecuniam in rationes referunt tamquam consumptam in opere aliquo publico. 5. item de [illegible] pro *referre in tabulas publicas*, in aerarium, quod erat ad aerarium. Fam. XII. 1. [illegible] *referuntur.* et Rosc. Com. 19. — 6. de rationibus quae apud aerarium deponantur. Verr. I. 39. III. 79. — 7. item de aliis rebus quarum memoria litteris publicis mandatur, registrieren. Sull. 15. *me aliter ac dictum sit in tabulas publicas retulisse.* ibid. *qui his* [illegible] *ad* [illegible] *fidem defuisse putet.* 8. *se referre* est [illegible]. N. D. III. 14. [illegible] *se ad* [illegible]. 9. *Referre* dicitur etiam ad aliquem qui ei aliquid deliberandum, examinandum, iudicandum, decernendum, iubendumve proponit. Tusc. I. 16. *ad oculos* [illegible] *referre.* Phil. II. 9. *ecquid ad eum de rep. retulisti?* Dom. 16. *ad se quem aliquid referre.* Catil. I. 8. *refer ad Senatum.* Manil. 19. Cicero praetor dicit *se ad senatum relationem* de re aliqua, quod erat consulum. Est autem de egressione relationis intelligendum ut vidit Graevius, quum senatores ius haberent non solum sententiam dicendi de eo, de quo interrogati essent, sed etiam de alia re, de qua relatum a Coss. non esset. — Cluent. 49. *referre ad populum* pro quo Graevius *perferre* maluit, male mea sententia. Nam primo exempla allata huc non quadrant; deinde ex analogia linguae *referre ad populum* aeque dici potest ac *ferre*, tertio sic est etiam Dom. 19. *quot modis doceo, legem istam quam vocas non esse legem? quid si etiam pluribus de rebus uno sortitu* retulisti? Quem locum Graevius intactum reliquit. Manutius tamen hic quo-

quo malebat referri. Formulae in SCtis ap. Fam. VIII. 8. ad senatum populumque referre, nihil praeter, quia per [illegible] referre dici potest. Sed aliunde [illegible] ut [illegible] Ducker. ad Liv. VIII. 17. e Valerio Max. affert IX. 10. 1. de Tusculanis ad populum de Tusculanis referre, ubi tamen [illegible] mallebat ferre. Sed [illegible] est tamen etiam apud [illegible] III. 21. 5. Livius XXXII. 10. [illegible] [illegible] ad [illegible] ibid. 12. [illegible] [illegible] ad [illegible]. In quibusdam ab illorum referre [illegible] videri [illegible] pro [illegible], [illegible] apud Liv. XXXIX. 44. in compluribus libris. Add. XXXVII. 55. XLIV. 4. et ibi Drakenborch. Refer huc, quae idem Gronovius dicit pro [illegible] formula ferre sententiam, [illegible] de [illegible] sermo est Verr. II. 8. — 4. Quae [illegible] sententiam [illegible] referre. Merito dubitant de hac scriptura viri docti, et aut ferre ut Hotom. et Graev. aut efferre, ut Manut. [illegible] censent. [illegible] Oper. 15. [illegible] referre scil. in iudicium, ut de eo [illegible] iudicetur. 13. N. D. I. 12. referre in numero deorum. 16. Verr. I. 7. [illegible] diligentiae refert. — Ire.

REFERT interest. Att. XIV. 1. magni refert quid hic velit. Q. Fr. I. 1. parvi refert abs te ipso. Orat. III. 55. refert etiam qui audiant, senatus, an populus, an iudices. Fam. V. 20. [illegible] refert. Divin. II. 17. [illegible] referre ex quo [illegible] caeli primum spiritum duxerit. ibid. 21. [illegible] quid refert id [illegible]? Phil. II. 12. quid refert utrum voluerim fieri an gaudeam factum? Div. II. 36. [illegible] quid refert?

REFERTUS plenus. Verr. IV. 57. Verres [illegible] plenam domum, villas refertas! Manil. 8. erant domicilia regis omnibus rebus ornata atque referta. Tusc. V. 7. [illegible] refertus [illegible] fortunae. Pis. 4. [illegible] erat [illegible] omni Italia cuncta refertam. Verr. III. 27. [illegible] refertum [illegible] aerarium populi Romani [illegible] fuit. 2. Idem cum Genitivo Att. IX. 1. urbem refertam esse optimatum audio. Font. 1. referta negotiatorum provincia. Orat. II. 37. referta quondam Italia Pythagoreorum fuit. Planc. 41. (Dyrrhachium) quam veni[illegible], cognovi id quod audieram refertam esse Graeciam

sceleratissimorum hominum, quorum impium ferrum ignesque pestiferos meus ille consulatus e manibus extorserat.

REFERVERE fervere. Rosc. Com. 6. refervens *crimen (eine noch so erhitzte oder glühende Anklage) in purissimam vitam collatum statim concidit et exstinguitur.*

REFERVESCERE defervescere. Brut. 91. *Contentio nimia vocis reciderat, et quasi* referverat *oratio (hatte sich abgekühlt).*

REFICERE „1. *sanare.* Att. VII. 3. *Tironis* reficiendi *spes.* 2. restituere. Sext. 6. reficere *salutem communem.* 3. Planc. 18. ne reficere *necessariis suis suam tribum possint.* Si Cicero ita scripsit, sensus est is, quem Manutius tribuit: conficere tribum suam necessariis, qui antea suam nobis confecerant; nisi vero ipsum *reficere est conficere*, ut in illo Verr. III. 50. infra, quamquam nec ibi est simpliciter conficere. Sed vix dubito quin verum sit, quod ex Erfurt. Cod. reposuit Graevius *conficere.* 4. Verr. III. 50. *Illico delectetur, quod tanto sibi plus mercedis ex fundo* refectum *sit.* Paradox. VI. *ante quam tibi ex tuis possessionibus tantum* reficiatur. In quibus *reficere* esse videtur pro *conficere*, quod de eadem re dicitur, ut et *efficere.* Sed est, ut vere dicam, *reficere* nihil aliud in his quidem locis nisi *conficere pecuniam* ex aliqua re, in qua pecuniam tuam collocaris, ut non tam accipias, quam recipias pecuniam. Sic plane est ap. Varronem R. R. I. 2. 8. reficere *sumptum et impensum*, ubi fortasse in sequentibus *sumptus* pro *fructus* rescribendum. Sunt tamen alii loci in quibus simpliciter est *conficere.* Vid. Gron. ad Liv. XXXV. 1." *Ern.*

REFIGERE de legum tabulis quae tolluntur, ideoque de legibus ipsis quae abrogantur. Phil. XIII. 3. *Acta Antonii rescidistis, leges* refixistis. ibid. XII. 5. *Num* figentur *rursus eae tabulae, quas vos decretis vestris* refixistis? Fam. XII. 1. *cuius acta* refigere *debebamus eius etiam chirographa defendimus.*

REFLARE. 1. sensu proprio. Att. VI. 7. *Etesiae valde* reflant. 2. metaphorice. Off. II. 6. *magnam vim esse in fortuna — quis ignorat? Nam et quum* prospero flatu *eius utimur, ad exitus pervehimur optatos, et quum* reflarit, *affligimur.* Tusc. I. 49. *Portum potius paratum nobis* (morituris) *et perfugium putemus. Quo*

utinam velis passis pervehi liceat! Sin reflantibus ventis reiiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est.

REFLATUS. Att. XII. 2. *hic rumores tamen Murcum periisse naufragio — et naves delatas in Uticam reflatu hoc.*

REFLECTERE. Sull. 16. *Nonnumquam animum ad ulciscendum orationem tuam revoca et reflecte.* Orat. I. 12. *tum qui naturas hominum — causasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur penitus perspexerit, dicendo quod volet perficere non poterit.*

REFORMIDARE. Tusc. V. 30. *a qui illum* [Theophrastum] [illegible] *et reformidant.* Phil. XIV. 2. *refugit animus eaque dicere reformidat quae L. Antonius in Parmensium liberis et coniugibus effecerit.* Tusc. I. 46. *ita tetra sunt quaedam ut ea fugiat et reformidet oratio.* Rosc. Am. 50. *facile pateret — vel apud Catilinam videret, quorum etiam nunc ii, quibus causa dicenda est, nomen ipsum reformidant, pro Sex. Roscio dicere.*

REFORMIDATIO. Partit. 4. *in suasione* (orator sibi proponet) *aut spem, aut reformidationem deliberanti.*

REFRACTARIOLUS contentiosus. Att. II. 1. *Demosthenes se — ab hoc refractariolo iudiciali genere abiunxerat.*

REFRAGARI adversari. Phil. XI. 9. *de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo videar.* Muren. 23. *tota illa lex accusationis tuae, si haberes nocentem reum fortasse armasset, petitioni vero* (scil. consulatus) *refragata est.*

REFRENARE. Div. II. 2. *quod enim munus reip. afferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem? His praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda ac coercenda sit.* Cael. 31. *Semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius a gloria, quam incitandi fuerunt.* Parad. V. 1. *cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrenet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat avaritiam, ceteras animi labes repellat, tum incipiat aliis imperare.* Phil. XI. 2. *Brutus Antonium invadentem in Galliam a progressu arcuit, a reditu refrenavit* i. e. cohibuit. Verr. III. 57. *Grave*

crimen est hoc — praetorem P. R. socios habuisse decumanos — (Hic Verres) Iam antea in cella sedens praetor — nihil [illegible], quum eius animum ad persequendum non [illegible] gratia tardaret, sed conscientia sceleris avaritiaeque suae refrenaret.

REFRICO. 1. neutrali forma de morbis aut vulneribus quae recrudescunt. Att. X. 19. *crebro refricat lippitudo.* 2. active, vulnus aliquod irritare, (*eine Wunde wieder aufreissen*) quo sensu saepius metaphorice ponitur. Flacc. 23. *Civitas* (Tralianorum) *erat Flacco Castriciano nomine irata — invita solverat Castricio pecuniam. Hinc totum odium, hinc omnis offensio. Quam quum vidisset Laelius esse iratos et illud Castricianum vulnus dicendo refricuisset, exsiluerunt principes.* Fam. V. 17. *Vereor ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum.* Att. V. 15. *Appii vulnera* (scil. quae ille proconsul provinciae inflixerat) *non refrico, sed apparent nec occuli possunt.* Sull. 1. *quum civis publicae pericula aut mala, atque animum memoria refricare coeperat.* Rull. III. 2. *ne refricare obductam iam reip. cicatricem viderer.* Orat. II. 48. *eorum dolorem, qui lugebant suos oratione refricabam.* 3. omnino pro renovare. Caec. 30. *Ergo ut audiretur Vettii nomen in causa, ut illa vetus Afrania fabula refricaretur, idcirco [illegible] et [illegible] causa est renovata.*

REFRIGERARE. [illegible] Com. 6. *Ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur.* N. D. II. 9. *refrigerato et exstincto calore occidimus ipsi et exstinguimur.* N. D. I. 10. *si mundus est deus, dei membra partim ardentia, partim* refrigerata *dicenda sunt.* Ibid. II. 46. *stellarum quae errare dicuntur tantus est concentus ex dissimillimis motibus ut quum summa Saturni refrigeret, Martis incendat, his interiecta Iovis illustret et temperet.* Fam. V. 10. *me frigus Dalmaticum, quod illinc eiecit, etiam hic refrigeravit.* 2. *ab aestu recreare.* Sen. 16. *ad quem* (agrum) *fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. Ubi enim potest illa aetas aut calescere vel apricatione melius vel igni, aut vicissim umbris aquisque* refrigerari *salubrius?* 3. metaphorice. Fam. III. 8. refrigerato *iam sermone hominum.* Verr. Act. I. 10. *defensa ac* refrigerata *accusatione.*

REFRIGERATIO. *Abkühlung.* Sen. 15. refrigeratio *aestate et vicissim aut sol aut ignis hibernus.*

REFRIGESCERE sensu metaphorico. 1. non amplius agi, omitti. Q. Fr. II. 4. quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit. Fam. XV. 19. Caesarem putabant moleste laturum, verebantur ne hasta refrixisset, i. e. ne lucrum ex auctione bonorum Pompeianorum Sullae morte aut nulla [illegible] imminueretur. De eadem re Fam. IX. 10. [illegible] ferre (Sullae mortem) unum vereor ne hasta Caesaris refrixerit. 2. Plane [illegible] refrixit [illegible] ita ut ante [illegible], [illegible] pateat. Opponitur calere. 3. consistere. Div. II. [illegible] in brevi tertius refrixerunt. 4. de candidato dicitur, quum spem petendi honoris amittit. Att. IV. 18. Memmius autem dirempta coitione, invito Calvino, refrixerat. Q. Fr. III. 2. Scaurus refrixit. Ibid.

REFRINGERE. Muren. 8. quasi ego tanta intervalli claustra nobilitatis refregissem, h. e. ad consulatum homini novo patefecissem, quem ad honorem nobilitas sibi soli aditum patere putabat.

REFUGERE. 1. recedere. N. D. II. 47. [illegible] a bestiis et [illegible], ut [illegible] sint et a pestiferis et venenatis refugiant [illegible]. Div. V. [illegible] quis est enim, aut quotus quisque cui mors cum appropinquet, non refugiat timido sanguen atque exalbescat metu, ex Ennio. Tusc. III. [illegible] refugiens animus [illegible] ex poeta tragico. 2. recusare aliquid, declinare. Caecin. 8. [illegible] refugit. Fam. X. [illegible] nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. 3. abhorrere ab aliquo, abstinere. Att. I. 1. ab instituto nostro paene jam [illegible] consuetudine longe refugit. ibid. XII. [illegible] refugio a te admonendo. Sext. [illegible] ne recordatione mei nomen a [illegible] fortibus refugiatis. Ibid. XIV. 4. vel qui omnino [illegible] reformidat dicere. Fam. VI. [illegible] semper [illegible] et timide, non [illegible] me ipse, sed paene refugiens [illegible]. Deiot. 11. Nonne quum esset productus et [illegible] fuisset refugit ad legatos?

REFUGIUM. Off. II. 8. Regum, populorum, nationum portus erat et refugium senatus.

REFULGERE. N. D. II. 44. fervidus ille Canis stellarum luce refulget. Ex Arateis.

de finibus bonorum et malorum. Leg. I 21. *Ex hac non rerum sed verborum discordia controversia nata est de finibus, in qua quoniam usucapionem XII tabulae intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem ab hoc acuto homine non sinemus nec Mamilia lege singuli, sed ex iis* (scil. XII tabb.) *tres arbitri fines regemus.* 2. de homine. Somn. 8. *animus qui regit et moderatur corpus.* Cael. 6. *versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac flectere.*

REGERERE oratione opponere. Cassius. Fam. XV. 19. *pro quo tibi proxime epistola tot rusticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas.*

REGIA. 1. *regis domus.* Fin. III. 16. *nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem.* 2. *Regia* dicitur Romae ea quae fuerat Anci Martii sedes in via sacra. Mil. 14. *nuper [illegible] ad scutis me ad regiam paene confecit.* 3. Att. X. 3. *[illegible] te aiunt in regia, nec reprehendo, quippe quum ipse istam reprehensionem non fugerim.* Caesaris domum insidiose *regiam* vocat, innuitque Atticum cum Caesare congressum, quod ipse quoque fecerat.

REGIE *despotice.* Verr. VII. 48. *quae regie seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius praetermittam.*

REGIFICE. Tusc. III. 19. *o Priami domus — vidi ego te — auro ebore instructam* regifice; ex Ennii Andromacha

REGINA. 1. sensu proprio. Att. XIV. 8. reginae (*Cleopatrae*) *fuga mihi non molesta.* ibid. 20. *de regina velim, atque etiam de Caesare illo* h. e. de regina (Aegypti Cleopatra) velim scire quid sit, atque etiam de Caesare illo, quem dicunt C. Caesaris ex Cleopatra filium. Eum Cleopatra Caesarionem appellare solebat. De eadem Att. XV. 15. Reginam *odi: me iure facere scit. — Superbiam ipsius* reginae, *quum esset trans Tiberim in hortis sine magno dolore commemorare non possum.* 2. metaphorice. Orat. II. 44. *oratio quae recta a bono poeta dicta est flexanima atque omnium rerum* regina versus. Ex Pacuvii Hermiona. Off. III. 6. *Iustitia omnium est domina et regina virtutum.*

REGIO. 1. sensu proprio de parte definita orbis terrarum. N. D. I. 10. *Terrae maximas regiones inhabitabiles videmus.* Manil. 18. *quae civitas umquam*

in suspicionem regni appetendi. Fam. XII. 1. non regno sed rege liberati sumus; interfecto enim rege (C. Iul. Caesare) regios omnes nutus tuemur. 2. ipsa regio, quae sub regis potestate est. Div. I. 15. Deiotarus a rege tetrarchiae regno pecuniaque multatus est. 3. metaphorice pro quavis alia ditione. Orat. I. 10. nisi hic in tuo regno essemus i. e. in tuo praedio. 4. item pro principatu rerum. N. D. I. 23. abuteris ad omnia atomorum regno atque licentia. Fam. IX. 18. regnum forense. Att. I. 1. regnum iudiciale. Utrumque de eo qui in foro et in iudiciis excellit. 5. nimia potentia. Sull. 7. se regnum meum ferre non posse. Verr. Act. I. 12. regnum iudiciorum.

REGREDI. 1. sensu proprio retroire. Att. VIII. 12. commoveri noli si audieris me regredi. Off. I. 10. Q. Fabius Labeo arbiter Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datus, cum utrisque separatim locutus est, ut ne cupide quid agerent, ne appeterent, atque ut regredi, quam progredi mallent. 2. de regressu ad superiora tempora. Verr. I. 42. an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo praetor alius futurus est, in illum quo alius praetor fuit regredietur? Fat. 15. similiter superiora repetentem regredi infinite licet.

REGRESSUS. N. D. II. 20. Maxime sunt admirabiles motus earum quinque stellarum quae falso vocantur errantes. Nihil enim errat, quod in omni aeternitate conservat progressus et regressus, reliquosque motus constantes et ratos.

REGULA. 1. sensu proprio. (Richtschnur, Lineal). Acad. pr. II. fr. si id crederemus non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis. 2. metaphorice de legibus cogitandi in dialecticis. Brut. 41. habere regulam, qua vera et falsa iudicarentur. Fin. I. 19. si stabilem scientiam rerum tenebimus, servata illa, quae quasi delapsa de caelo est ad cognitionem omnium, regula ad quam omnia iudicia rerum dirigentur, numquam ullius oratione victi sententia desistemus. 3. de norma artis oratoriae. Brut. 74. expurgandus est sermo, et adhibenda, tamquam obrussa, ratio, quae mutari non potest nec utendum pravissima consuetudinis regula. Opt. gen. or. 7. quorum (Aeschinis et Demosthenis) orationes (in causa Ctesiphontis contrarias) si expressero — erit regula ad quam eorum dirigantur orationes, qui Attice volunt dicere. 4. de lege iuris et virtutis.

reflantibus ventis. 3. *differre.* Q. Fr. II. 3. *legationes in Idus Febr. reiiciebantur.* 4. ad alium allegare. Verr. III. 60. *Romam reiectas causas.* Fam. X. 16. *nihil huc reicias.* Ita 1. 20. *Q. Scaevola augur quum de iure praediatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium et Cascellium praediatores reiiciebat.* 5. *repudiare, improbare.* Leg. I. 19. *deligere bona et reiicere contraria.* Fin. I. 2. *qui Ennii Medeam spernat aut reiiciat.* Div. II. 42. *Panaetius qui unus e Stoicis astrologorum praedicta reiecit.* 6. Forense est *reiicere iudices.* Nempe quum prima iudicum sortitio a praetore facta est, utraque pars habet potestatem reiiciendi iudices ex eo numero, quos putet aut inimicos sibi, aut cupidos aut non satis integros esse. Hinc dicuntur *reiecti iudices.* Verr. II. 3. *apud Siculos qui privatus a privato petit aut populus a privato senatus ex aliqua civitate, qui iudicet datur* quum *alternae civitates* reiectae *sunt.* h. e. a binis, nempe ab utraque parte. Sic Vatin. 11. *alternis consilia* reiicere. Verr. III. 60. reiiciendi *potestatem facere.* Hinc fit ut consequens pro antecedente dicatur, sive pro tota actione iudicum sorte et *reiectione* deligendorum. Verr. III. 32. praeterea conventus honestus Syracusis multi equites Rom. viri primarii, ex quo copia recuperatores reiici oporteret qui aliter iudicare non possent. ibid. 29. *recuperatores* reiicere, *quod adversus edictum feceris* non frustra Graevius suspicatur: *recipe.* Non magis recte sollicitat locum Verr. II. 11. *quid praetor? iubet recuperatores* reiicere. *Decurias scribamus. Quas decurias? de cohorte mea* reiicies *inquit.* — *Ern.*

RELANGUERE. Att. XIII. 41. *quod* relanguisse *se dicit,* i. e. fuisse paene placatum haud amplius iratum. Sic ep. 39. *hic* (Q. Cicero pater) *cum* languescit

RELATIO. 1. est consulum quum de re aliqua ad senatum referunt. Pis. 15. *quis audivit non modo actionem aliquam aut* relationem *sed vocem omnino aut querelam tuam?* scil. quod deprehensus esset aliquis cum ferro ad Pompeium interimendum collocatus. Fam. VIII. 11. *Marcellus adhuc nihil retulit de successione provinciarum Gallicarum et in Kal. Iun. — eam distulit* relationem. 2. Relatio criminis Inv. I. 11. *quum aliquo iure factum dicitur, quod alius ante iniuria lacessierat.* ibid. II. 26. Relatio criminis *est, quum reus*

id, quod sequitur confessus, alterius se inductum peccato iure fecisse demonstrat. 3. Orat. III. 54. inter figuras verborum Cicero commemorat *relationem.* Quintilianus IX. 3, 97. ubi totum hunc locum exscripserat, „*relationem*, inquit, *quid accipi velit mihi non liquet. Nam si* ὑπαλλαγήν, *aut* ἐπάνοδον, *aut* ἀντιμεταβολήν *dicit, de omnibus locuti sumus. Sed quidquid est, neque hoc neque superiora in oratore* (cap.) *repetit.*"

RELATOR qui ad senatum refert. Att. VIII. 24. *incipiam sperare consilio senatus, auctore te, illo* (Lentulo cos.) relatore *Pompeium et Caesarem coniungi posse.*

RELATUS. 1. *repetitus.* Caecil. 22. *Consuetudo longo intervallo repetita ac* relata. 2. illatus. Sull. 15. *quum scirem ita indicium in tabulas publicas* relatum. 3. *oppositus.* Orat. II. 65. *verba* relata *contraria;* est figura verborum, cuius ibi exempla afferuntur. 4. retributus. Scaur. fr. *eas sibi inimicitias non susceptas, sed* relatas.

RELAXARE. 1. *aliquantum exsolvere, liberare.* Sen. 22. *quum se corporis vinculis plane* relaxarint. Fam. VII. 1. *si his occupationibus me* relaxaro, *nam ut plane exsolvam non postulo.* Orat. I. 52. *Isocrates se ipse tantum quantum aetate suo* cedebat, relaxarat *a nimia necessitate numerorum.* Div. II. 48. *Peripatetici quidam — censent esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiunt, si aut furore divino incitatus animus, aut somno* relaxatus, *solute moveatur ac libere.* Brut. 5. relaxa *modo paullum animum* (scil. occupationibus) *aut plane si potes libera.* Hortens. fr. *quaero non quibus rebus intendam animum, sed quibus* relaxem *et remittam.* 2. *imminuere, remittere.* Leg. I. 4. *sic tu a contentionibus quibus summis uti solebat, quotidie* relaxes *aliquid.* 3. *recreare* Off. I. 34. relaxare *animum et dare se iucunditati* Phil. II. 16. *homines, quamvis in turbidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt interdum animis* relaxantur. 4. *dissolvere.* Partit. 6. *constructio verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus* relaxetur. 5. *relevare.* Ac. pr. II. 17. Idem *contingit insanis ut et incipientes furere sentiant, et dicant aliquid quod non sit id videri sibi, et quum* relaxentur *sentiant.* 6. de alvi et intestinorum natura. N. D. II. 54. *alvus — tum adstringitur tum* relaxatur. ibid. 55. *quemadmodum reliquiae cibi*

depellantur tum adstringentibus se intestinis, tum relaxantibus *haud sane difficile dictu est.*

RELAXATIO. Orat. II 6. *otii fructus est non contentio animi sed* relaxatio. Fin. II. 29. de dolore ex Epicureorum sententia: Si gravis dolor brevis — *si longus levis, dat enim intervalla et* relaxat. *Primum non saepe; deinde quae est ista* relaxatio, *quum et praeteriti doloris memoria recens est, et futuri atque impendentis torquet timor?*

RELEGARE. 1. sensu iudiciali, exsilio multare. Sext. 13. *Lamiam in concione lege* relegavit, *edixitque ut ab urbe abesset millia passuum CC.* 2. *amandare.* Off. III. 31. *L. Manlium — M. Pomponius trib. pl. — criminabatur, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus ab hominibus* relegasset *et ruri habitare iussisset.* Rosc. Am. 15. *pater Sex. Roscii* (inquit Erucius accusator ut odii causam ostenderet) *hunc in praedia rustica* relegarat. Att. II. 11. plane relegatus *mihi videor postea quam in Formiano sum.*

RELEGATIO. Rosc. Am. 15. *quid vis Eruci! tot praedia tam pulcra tam fructuosa Sex. Roscius filio suo* relegationis *ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? — An* amandarat *hunc sic ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam? ut commodis omnibus careret? Quid? si constat hunc non modo colendis praediis praefuisse, sed certis fundis, patre vivo frui solitum esse! tamenne haec attenta vita et rusticana* relegatio *atque* amandatio *appellabitur?*

RELEGERE. N. D. II. 28. *qui omnia quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, et tamquam* relegerent, *sunt dicti* religiosi *ex* relegendo.

RELEVARE. 1. *erleichtern.* Catil. II. 3. *uno mehercule Catilina exhausto* relevata *mihi et recreata resp. videtur.* Flacc. 17. *Huius mors te ex aliqua parte* relevavit, *edacem enim hospitem amisisti.* Q. Fr. I. 4. *si* relevare *potes communem casum misericordia hominum, scilicet incredibile quiddam assequeris.* 2. *mindern.* Inv. I. 17. *cibi satietas atque fastidium aut subamara aliqua re* relevatur, *aut dulci mitigatur.* 3. *aufrichten, trösten.* Att. III. 10. *haec eo scripsi ut potius* relevares me *quod facis, quam aut castigatione aut obiurgatione dignum putares.* 4. *überheben.* Catil. I. 13. *videbimur ad breve quoddam tempus cura et metu esse* relevati. 5. Facete luditur Att. I, 13. ambiguitate verborum in tabella-

Verr. IV. 51. *tanta religione obstricta tota provincia est, tanta superstitione ex istius facto* (quod Verres Cereris et Victoriae simulacra deripuisset) *mentes omnium Siculorum occupavit, ut quaecunque accidant publice vel privatim incommoda, propter eam causam sceleris istius evenire videantur.* 7. *superstitio.* Div. II. 51. religiones *suscipere* ibid. religiones *depellere.* Dom. 40. *homo* religionibus *deditus.* 8. *obligatio quaecunque ad aliquid omittendum, cuius respectu rebus quibusdam sanctitas inest, propter quam eas violare nefas est: unde et pro dubitatione et scrupulo in rebus agendis.* Verr. I. 16. *si nullam* religionem *sors habet.* Caecil. 14. religio *sortis.* Verr. III 58. religio *societatis.* Rosc. Am. 24. *magnam* religionem *possidet paternus sanguis.* Inv. II. 56. *fundus summae* religionis. Att. XII. 36. *posteritas habet* religionem. Catil. III. 6. *ut quae* religio *C. Mario non fuerat ea nos religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur.* N. D. I. 1. 4. *rem in religionem venisse populo* (das Volk habe sich ein Gewissen darüber gemacht). Vid. Gron. ad Liv. X. 37. extr. 9. *summa in quacunque re diligentia, ne quid minus recte fiat.* Fam. XI. 29. religio *in consilio dando.* Caecin. 2. *iudicandi mora et* religio. Orat. 8. *eorum* religioni (*ihrem feinen zartlichen Geschmacke* qui sc. nihil nisi rectissima probabant) *quum serviret orator.* Brut. 8. religio *oratoris* ibid. religio *nimia.* 10. *difficultas, obiectio* (*Bedenklichkeit*). Orat. 11. *hac ego* religione non sum *ab hoc conatu repulsus.* — *Ern*

RELIGIOSE, *gewissenhaft.* Fam. XIII. 17. *faciam, quod faciunt ii qui* religiose *et sine ambitione commendant.*

RELIGIOSUS. 1. de hominibus deum colentibus. N D. II. 28. *qui omnia quae ad cultum deorum pertinerent diligenter retractarent, et tanquam relegerent, sunt dicti* religiosi, *ex relegendo.* 2. de hominibus bona fide agentibus et conscientiam recti coluentibus (*gewissenhaft*). Verr. IV. 3. *homines integri, innocentes,* religiosi. Caecin 10. *in testimonio* religiosus. Flacc. 10. *oratio minime in testimoniis dicendis* religiosa. ibid. 9. *qui praesentem, qui nullo impediente fallebant, eos urgente Laelio in absentem timidos ac* religiosos *fuisse putemus.* 3. de hominibus veritatis studiosis. Brut. 11. *auctor rerum Romanarum* religiosissimus. 4. de hominibus severe et subtiliter de arte

iudicantibus. Orat. 9. *Ad Atticorum aures teretes et religiosas qui se accommodant, ii sunt existimandi Attice dicere.* 5. de hominibus superstitiosis. Fam. I. 7. *quemadmodum homines* religiosi *Sibyllae placere dixerunt.* Fin. II. 7. *reperimus asotos* — ita *non* religiosos *ut edant de patella.* 6. de rebus sanctis aut sacrum aliquid efficientibus. Dom. 48. *dedicatio est* religiosa. Att. IX. 5. religiosus *dies.* Rab. Perd. 3. *loca* religiosa. Planc. 35. religiosa *altaria.* Manil. 22. *quod fanum putatis in illis terris magistratibus* religiosum, *quam civitatem sanctam, quam domum satis clausam ac munitam fuisse?*

RELINQUERE. 1. *verlassen.* Caecin. 18. *rem et causam et utilitatem communem non* relinquere *solum sed etiam prodere.* 2. *hinterlassen.* Arch. 12. *An quum statuas et imagines non animorum simulacra sed corporum studiose multi summi homines* reliquerunt, *consiliorum* relinquere *ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus?* Quint. 4. *heredem testamento* relinquere. Fam. II. 16. *filio meo — satis amplum patrimonium* relinquam *in memoria nominis mei.* Brut. 1. *prudentiae tuae triste desiderium nobis* reliquerat. 3. *zurücklassen.* Att. VI. 3. *videaturne aut pietatis esse meae fratrem* (in provincia) relinquere, *aut diligentiae nugarum* aliquid (i. e. homines inutiles) relinquere. Fam. II. 15. *si Quintum fratrem* reliquissem, *dicerent iniqui non me plane post annum ex provincia decessisse, quoniam alterum me* reliquissem. 4. *übrig lassen.* Rull. I. 6. *ne libertatis quidem retinendae spes* relinquatur. Verr. III. 48. *multis non solum granum ullum, sed ne paleae quidem ex omni fructu atque ex annuo labore* relinquerentur. Quint. 15. *vita turpis et misera ne morti quidem honestae solum* relinquit. 5. *auf etwas beruhen lassen, überlassen.* Caecil. 4. *hoc non modo in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cuiusquam* relinquo, *me omnibus patronis esse praepositum.* ibid. 8. *in quo quid eniti, aut quid efficere possim, malo in aliorum spe* relinquere, *quam in oratione mea ponere.* 6. *übergehn.* Prov. cons. 2. omitto *iuris dictionem* in libera civitate *contra leges et SCta, caedes* relinquo, *libidines praetereo.* 7. *hingehn lassen.* Verr. I. 33. relinquere *iniurias suas* scil. *inultas;* iniurias sibi factas haud persequi. Caecin. 5. *quis est, qui vim armatis hominibus factam* relinqui *putet oportere?* Verr. I. 33. *cur causam*

populi Romani deseruisti ac perdidisti? cur iniurias tuas coniunctas cum publicis reliquisti? 8. *Relinquitur* i. q. reliquum est Flacc. 34. relinquitur *illud quod vicerant non destiti.* 9. alias *relinquitur* etiam significat i. q. conclusione efficitur Inv. I. 9. relinquitur *ergo ut omnia tria genera sint causarum.* Div. II. 5. *ita* relinquitur *ut ea fortuita divinari possint, quae nulla nec arte, nec sapientia provideri possunt.*

RELIQUIAE. 1. *residua.* Fam. IX. 16. *magnae* reliquiae *cenarum.* 2. *reliquiae cibi*, sunt excrementa. N. D. II. 9. *Cleanthes negat ullum esse cibum tam gravem quin is die et nocte concoquatur: cuius etiam in* reliquiis *inest calor iis, quas natura respuerit.* ibid. 55. *quemadmodum* reliquiae cibi *depellantur tum adstringentibus se intestinis tum relaxantibus haud sane difficile dictu est.* 3. de mortui ossibus et cinere. Leg. II. 22. *C. Marii sitas* reliquias *apud Anienem dissipari iussit Sulla victor.* 4. de residuis fortunae. Sull. 1. *in his pristinae fortunae* reliquiis *miseris et afflictis.* Quint. 15. *cuius bona ex edicto possidentur — de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur* (scil. quibus auctio publica eius bonorum indicitur) — *de quo homine praeconis vox praedicat et pretium conficit, huic acerbissimum vivo videntique funus indicitur, si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exsequias cohonestandas, sed bonorum emptores ut carnifices, ad* reliquias *vitae lacerandas et distrahendas.* 5. de imaginibus per somnium in animo renovatis. Div. II. 67. (in animis dormientium) *multa omnibus modis confusa et variata versantur, maximeque* reliquiae *earum rerum moventur in animis et agitantur de quibus vigilantes aut cogitavimus aut egimus.* 6. de iis quae agenda supersunt. Sen. 6. *ut avi* reliquias *persequare:* ita hortatur Cato maior Scipionem Aemilianum qni postea Africanus iunior appellatus est, ut quod avus Africanus maior imperfectum reliquisset, efficiat, Carthaginem scil. prorsus deleat. Fam. VI. 8. reliquiae *Asiaticae negotiationis;* in quibus colligendis Cicero Caecinam P. Servilio commendat Fam XIII 65.

RELIQUUS 1. *ubrig.* Off. I. 18 *addendo deducendoque videre, quae* reliqui *summa fiat.* Prov. cons. 4. *quod fanum in Achaia, qui locus aut lucus in Graecia tota tam sanctus fuit, in quo ullum simulacrum, ullum ornamentum* reliquum *sit.* 2. *kunftig.* Q. Fr. I, 1, 34.

non de reliqua *et sperata gloria laboramus, sed de parta dimicamus.* Sext. 71. rogatus sententiam (de Cicerone exsule) L. Cotta dixit — *magna rerum perturbatione impendente declinasse me paululum et spe* reliquae *tranquillitatis* praesentes *fluctus tempestatemque fugisse.* 3. in rationibus reliqua dicuntur, residua, quae a debitoribus exigenda sunt (*ausstehende Reste*). Att. XVI. 3. *maxime me angit ratio* reliquorum *meorum.* ibid. VI. 1. *accepisse se* reliqua *mea Camillus scribit.* Fam. II. 13. *publicanis superioris lustri* reliqua *conservaram.* 4. *nihil reliqui facere* est i. q. nihil relinquere. Verr. III. 48. *neque eos appellere, a quibus omne frumentum eripuit et quibus nihil non modo de fructu, sed ne de bonis quidem suis* reliqui *fecit.* Fam. III. 13. *quis ad me non perscripsit — te — nullum onus officii cuiquam* reliquum *fecisse* h. e. nulla officia aliis reliquisse, omnibus te ipsum fructum esse. Verr. V. 34. *quod* reliquum *vitae virtutemque fames fecerat, id ferro potissimum reddere volebant.*

RELUCERE. N. D. II. 42. *stella* relucet.

REMANERE. 1. aliis discedentibus manere. Fam. VI. 3. *aut eorum qui* discesserint, *aut eorum qui* remanserint. Catil. I. 3. *quum tu discessu ceterorum, nostra tamen, qui* remansissemus *caede contentum esse dicebas.* 2. *perdurare.* Manil. 18. *Rhodiorum — usque ad nostram memoriam disciplina navalis et gloria* remansit. Tusc. I. 31. *Fac ut isti volunt animos non* remanere *post mortem.* Rosc. Am. 10. *in qua muliere etiam nunc — quasi exempli causa vestigia antiqui officii* remanent. 3. de significatione in aliquo verbo haerente. Off. I. 12. Hostis *apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc* peregrinum dicimus. — *Quamquam id nomen durius iam effecit* vetustas. *A peregrino enim iam* recessit, *et proprie in eo qui arma contra ferret* remansit.

REMANSIO. Q. Fr. III. 1, 5. *tuam* remansionem *etiam atque etiam probo.* Ligar. 2. *profectio* (Ligarii in provinciam Africam) *certe animum tuum non debet offendere. Num igitur* remansio? *Multo minus. Nam* profectio *voluntatem habuit non turpem;* remansio *etiam necessitatem honestam.*

REMEARE, refluere. N. D. II. 46. *humore consumpti neque terra ali posset, neque* remearet *aer.*

REMEDIUM. 1. *medicamentum.* Phil. XIII. 11. *Veneficam appelles eum qui tuis veneficiis remedia invenerit.* N. D. II. 50. *Dictum est, pantheras, quae in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo quum essent usae non morerentur.* 2. metaphorice quodvis subsidium ad avertendum aut levandum malum quodcunque. Fam. V. 12. remedium *incommodorum.* Sull. 23. *secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo* remedio atque *allevamento permanere.* Verr. V. 10. *temporibus hibernis ad magnitudinem frigorum et ad tempestatum vim ac fluminum praeclarum sibi hoc* remedium *comparat.* ibid. III. 56. *non perpeterere ut homines iniuriae tuae* remedium *morte ac suspendio quaererent, nisi ea res ad quaestum et ad praedam tuam pertineret.* Cluent. 55. *sine iudiciorum* remediis *salvi esse non possumus.* ibid. 36. *ad omnia confugi, quantum ego assequi potui* remedia ac perfugia *causarum,* scil. argumenta quibus etiam minus firmae causa defendi possent. Caecil. 22. *Hoc* remedium *est, aegrotae ac prope desperatae reipublicae.*

REMEX. 1. sensu proprio. Att. XIII. 21. *arbitrabar sustineri remos, quum inhibere essent* remiges *iussi. Id non esse didici heri quum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim* sustinent, *sed alio modo* remigant. 2. per comparationem. Orat. II. 10. *hesterno sermone unius cuiusdam operis* — remigem *aliquem aut* baiulum *nobis oratorem descripserat.*

REMIGARE. 1. sensu proprio. Att. XII. 21. Vid. *Remex.* 2. per comparationem. Tusc. IV. 4. *utrum mavis statim nos vela facere, an quasi e portu egredientes paullulum* remigare. Sensus est utrum malit statim copiose et late disputari, non vero ante adhuc aliquamdiu subtiliter rem se persequi, quemadmodum qui portum egrediuntur non statim vela dant, sed leniter progrediuntur. Id autem fit remigando. Ceterum probat Bouhierius lectionem Leid. codicis, *statim nos vela facere tamquam egredientes e portu, an paullulum remigare.* Subituros portum sine velis navigare scio, egressos non item. Vid. REMUS. *Ern.*

REMIGATIO. Att. XIII. 21. *Inhibitio* remigum *motum habet et vehementiorem quidem* remigationis *navem convertentis ad puppim.*

REMIGIUM. Tusc. V. 39. *quae pugna, quae acies, quod* remigium, *qui motus hominum, qui ferarum*

non ita expictus est (ab Homero), *ut quae ipse non viderit, nos ut videremus effecerit?*

REMIGRARE. 1. Fam. IX. 18. *Romam tibi* remigrandum *est.* Tusc. I. 49. *si quid tale acciderit — ut exeamus e vita — emitti nos e custodia et levari vinculis arbitremur, ut aut aeternam et plane in nostram domum* remigremus *aut omni sensu molestiaque careamus.* 2. pro *redire.* Tusc. V. 21. *atque ei ne integrum quidem erat ut ad iustitiam* remigraret. 3. metaphorice pro convertere se ad sectam philosophorum. Ac. post. I. 4. *quid ergo? Antiocho id magis licuerit* remigrare *in domum veterem e nova, quam nobis in novam e vetere?*

REMINISCI. Sen. 20. *sic mihi persuasi — homines scire pleraque ante quam nati sint, quod iam pueri, quum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum arripere videantur, sed* reminisci *et* recordari. Tusc. I. 24. *Socrates —* docet, *quemvis qui omnium rerum rudis esse videatur, bene interroganti respondentem declarare, se non tum illa discere, sed* reminiscendo recognoscere. Ligar. 12. *spero — te aliquid de huius* (T. Ligarii) *quaestorio officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam* quaestoribus reminiscentem recordari. Hoc loco vocabulum *quaestoribus* delendum videtur. Cur enim Caesar alios quaestores recordaretur? Monetur potius ut de T. Ligarii quaestorio in eum officio cogitans etiam de aliis quibusdam (eiusdem T. Ligarii) officiis recordetur.

REMISSE. 1. leniter. Cael. 14. remisse *leniter urbane agere cum aliquo.* Orat. III. 26. *agere versum leniter,* remisse, *non actuose.* Verr. IV. 35. *iste nihilo* remissius, *atque etiam vehementius instabat.* Rosc. Am. 5. *omnes hanc quaestionem te praetore, de manifestis maleficiis — haud* remissius *sperant futuram.* 2. *minus severe.* Off. III. 29. *qui ista* remissius *disputant.*

REMISSIO. 1. de animi moderatione. Fam. V. 2. *si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria* remissio *animi et dissolutio.* Orat. II. 17. *tum ad* remissionem *animi, tum ad tristitiam contorquendus.* 2. requies (*Erholung*). Orat. II. 6. *ad omnem animi* remissionem *ludumque descendere.* 3. mitigatio. Orat. II. 53. remissio lenitatis in oratione. Brut. 91. remissio et moderatio *vocis.* Orat. I. 61. *Demosthenes una continuatione verborum binas contentiones vocis et* remis-

siones *continebat.* 4. imminutio. Lael. 21. *Tales amicitiae sunt* remissione *usus elevandae.* Cat. IV. 6. remissio *poenae.* Fam. VII. 26. *senescentis morbi* remissio. 5. relaxatio. Off. I. 41. *superciliorum* remissio *aut contractio.*

REMISSUS. 1. *finitus.* Tusc. I. 44. remissa *vita humana.* E poeta. 2. *levis.* Verr. III. 29. remissior *aestimatio.* 3. *lenis, facilis.* Att. XVI. 15. *utrum* remissior *essem, an summo iure contenderem.* 4. *comis hilaris.* Cael. 6. remissus — *severus.* 5. Sext. 55. remissius *dicendi genus* opponitur *forensi, contentioso.* Versatur enim in eo oratio plerumque in narrando, aut docendo, philosophi more, quorum mollior est sine asperitate et vehementia oratio.

REMITTERE. 1. sensu proprio retro mittere. Att. VII. 22. *mulieres Romam* remittebam. ibid. IX. 11. *Demetrii librum de concordia tibi* remisi. 2. *dimittere.* Cluent. 2. *opinionem iam mente ante comprehensam libenti animo* remittere. 3. *diminuere* (*nachlassen*). Phil. VIII. 6. remittere *iracundiam.* Brut. 55. *ad infirmitatem laterum perscienter contentionem* remittere. Orat. 18. *intendere et* remittere *sonum vocis.* Verr. III. 35. remittere *de summa.* Phil. I. 5. remittere *aliquid de severitate cogendi.* 4. condonare, (*erlassen, schenken*). Fam. V. 10. meam *animadversionem et supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem,* remitto *tibi et* condono. Orat. I. 58. *in qua tibi* remittunt *omnes istam voluptatem* (*sie schenken dir dieses Vergnügen*) *et ea se carere patiuntur.* Fam. XI. 20. *de exercitu Pansae legionem mihi Caesar non* remittit. 5. concedere, *einräumen.* Ac. pr. II. 33. *Sed tibi aut concedendum est ita esse aut memoriam mihi* remittas *oportet.* 6. *auf etwas verzichten.* Sull. 30. *Sed etiam si quid ab omnibus conceditur id reddo atque* remitto. Phil. VIII. 8. *provinciam* remitto, *exercitum depono.* 7. *relaxare.* Leg. II. 15. *varius canendi sonus tum* remittit *animos, tum contrahit.* Hortens. fr. *quaero non quibus intendam animum rebus sed quibus relaxem ac* remittam.

REMORARI. Manil. 14. *hae res, quae ceteros* remorari *solent illum non retardarunt.* Her. I. 16. *Ratio quae continet defensionem, sine qua ne parva quidem dubitatio potest* remorari *damnationem.* Catil. I. 2. num unum *diem postea L. Saturninum mors et reip. poena* remorata *est?*

REMOTE. N. D. I. 31. *Stellae eundem orbem tenentes aliae propius a terris, aliae* remotius — *eadem spatia conficiunt.*

REMOTIO. Inv. II. 29. Remotio criminis *est, quum eius intentio facti, quod ab adversario infertur, in alium aut in aliud dimovetur.*

REMOTUS. 1. de locis solitariis. Verr. V. 31. *cum eo sene et ab arbitris* remoto *loco.* Fam. VII. 20. *opportunum videtur — habere perfugium — tuam domum tuesque agros eaque* remoto, *salubri amoeno loco.* 2. de distantia temporis. Inv. I. 26. *iam diu gesta et a memoria nostra* remota. 3. *amotus.* Rosc. Am. 44. *ego haec a Chrysogono mea sponte* remoto *Sex. Roscio, quaero.* Verr. V. 31. remoto *atque ablegato viro.* 4 *seiunctus.* Verr. III 84 *defensio* remota *ab utilitate reip., et seiuncta a voluntate legis.* Inv. II. 54. *hoc a brevitate praecipiendi* remotum *est.* ibid. 22. *naturae iura — neque in hoc civili iure versantur, et a vulgari intelligentia* remotiora *sunt.* Orat. 9. *sermo a forensi strepitu* remotissimus. 5. *alienus, abhorrens.* Att. XIV 12. *Vestorius homo* remotus *a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus.* Fam. V. 4. *si quisquam fuit umquam* remotus *et natura et ratione atque doctrina ab inani laude et sermonibus vulgi ego profecto is sum.* 6. *sepositus, omissus.* Fam. VII. 11. remoto *ioco.* N. D. II 39. remota *subtilitate disputandi.* 7. Fin. III. 16. *remota* latine a Cicerone appellantur, quae Stoici *ἀποπροηγμένα* dicunt.

REMOVERE. 1. *auferre.* Rosc Am. 8. *Multa palam domum suam auferebat, plura clam de medio* removebat. 2 *abducere.* Fam. XVI. 12 *accepimus conditiones, sed ita, ut* removeat *praesidia ex iis locis, quae occuparit.* 3. *tollere, eiicere.* Orat. II. 76 *argumenta quae levissima sunt — secerni arbitror oportere, atque ex oratione* removeri. 4. Removere se (*sich zurückziehn*). Off. I 20. *multi — a negotiis publicis se* removerunt, *ad otiumque perfugerunt.* Lael. 21. *ab amicitia Q. Pompeii meo nomine se* removerat — *Scipio.* Orat 2. *me opifices quidem se artibus suis* removerunt. Att. IV. 8. *quid sit, quod se a me* removit, *si modo* removit, *ignoro.*

REMUNERARI. 1. Fam. XV. 13. *fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad* remunerandum *nihil suppetat praeter voluntatem.* Brut. 15. *ut a te ipso sumerem aliquid*

ad me reficiendum teque remunerandum *si non pari at grato tamen munere.* Fam. IX. 8. *ut possem te remunerari, quam simillimo munere.* 2. Activum *Remunerare* occurrit de Pet. cons. 9. et or. in Sen. post. Red. 12.

REMUS. Acad. fr. *maris unda, quum est pulsa* remis *purpurascit.* Acad. post. II. 7. *neque vero hoc loco exspectandum est, dum de* remo inflexo — *respondeam.* ibid 25. *tu autem te negas* infracto remo *commoveri.* Nempe his locis tangitur exemplum, quo utebantur Academici ut compluribus aliis, ad impugnandam sensuum veritatem, quod scil. remi pars extra mare recta, ea quae in mari esset fracta videretur. Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. I. 14. sect. 119. Ἡ αὐτὴ κώπη ἐνάλιος μὲν κεκλασμένη, ἔξαλος δὲ εὐθεῖα. Lucret. IV. 439. *Nam quaecumque supra rorem salis edita pars est Remorum recta est, et recta superne guberna. Quae demersa liquore obeunt refracta videntur omnia converti sursumque supina reverti; et reflexa prope in summo fluitare liquore.* Orat. I. 33. *concitato navigio, quum remiges* inhibuerunt (Cicero scribendum esse vidit *sustinuerunt.* Att. XIII. 25.) *retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum intermisso impetu, pulsuque* remorum. 2. metaphorice. Tusc. IV. 5. *dialecticorum* remis *orationem propellere*, est initium facere a subtiliore disputatione, more dialecticorum. Vid. *Remigare.*

RENASCI. Att. IV. 2. *qui mihi pennas inciderant, volunt easdem* renasci. Loquitur de opibus et fortunis suis exsilii tempore per Clodii iniuriam imminutis; queriturque Tusculanum et Formianum valde illiberaliter aestimata esse. Simili ratione Fam. I. 7. ait de se ipso loquens: *quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi: evolare altius certe noluerunt.* Tusc. I. 23. *principium extinctum nec ipsum ab alio* renascetur, *nec ex se aliud creabit.*

RENAVIGARE. Att. XIV. 16 *post in haec Puteolana et Cumana regna* renavigaro. locose sic loquitur de praediis maritimis ad quae phaselo accessurus erat.

RENES. Tusc. II. 25 *Heracleotes Dionysius quum ex* renibus *laboraret* (*litt an Steinschmerzen*) *ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa quae antea de dolore ipse sensisset*, scil. malum non esse dolorem. N. D. II. 55. *humores qui ex* renibus *profunduntur.*

RENOVARE. Rull. II. 13. *colonias deducere novas*, renovare *veteres.* N. D. II. 23. *templum Honoris*

renovatum. ibid. 46. *vaporibus altero* renovataeque *stellae.* 2. de memoria. Muren. 7. memoriam *prope inter mortuam generis sui virtute* renovare. Quint. 22. *Nolo eam rem commemorando* renovare *cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere.* Orat. III. 1. *acerba sane recordatio veterem animi curam molestiamque* renovavit. 3. de animi attentione. Inv. II. 15. *animus aut* renovatur *ad ea quae restant, aut omnibus iam dictis exsuscitatur.* ibid. I. 17. *animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu* renovatur. 4. *repetere.* Acad. post. I. 3. *dum me ambitio — dum reip. non solum cura, sed quaedam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat, haec inclusa habebam; et ne obsolescerent,* renovabam, *quum licebat, legendo.* 5. instaurare, de institutis et negotiis quibuscunque. Fam. IV. 7. renovare *bellum.* Att. I. 11. *operam.* Fam. XII. 28. *amicitiam.* Div. II. 3. *studia.* Prov. cons. 8. *ne instauratas maximi belli reliquias ac* renovatas *audiamus.* 6. *se renovare.* Muren. 15. *Expulsus regno tandem aliquando* (Mithridates) tantum *tamen consilio atque auctoritate valuit, ut se rege Armeniorum adiuncto novis opibus copiisque* renovarit.

RENOVATIO. N. D. II. 46. renovatio *mundi.* Brut. 71. *Marcellus — laudandus est, qui — consoletur se quum conscientia optimae mentis, tum etiam usurpatione et* renovatione *doctrinae.* Fam. XI. 18. renovatio *timoris.*

RENUERE. 1. *recusare.* Cael. 11. *qui nullum convivium* renuerit. 2. *negare.* Rab. Post. 13. dixerunt (Graeci testes) hic modo *nobiscum ad haec subsellia quibus superciliis* renuentes *huic decem millium* (talentorum) *crimini, quod erat Gabinio obiectum.*

RENUNTIARE. 1. *referre nuntium aut responsum.* Phil. VI. 6. *quum legati* renuntiarint, *quod certe* renuntiabunt *Antonium non esse in vestra potestate.* Div. II. 34. *nunc imperant pullario, ille* renuntiat. 2. nuntiare (*etwas melden*). Verr. Act. I. 7. renuntio *tibi te hodiernis comitiis esse absolutum.* 3. *einem etwas aufsagen.* Verr. II. 36. *Verres vehementer Sthenio infensus hospitium ei* renuntiat, *domo eius emigrat.* 4. *entsagen.* Orat. I. 53. *pedem nemo in illo iudicio supplosit; credo ne Stoicis renuntiaretur,* qui scilicet motus animorum et perturbationes in sapientem cadere negabant.

5. *re-*

5. *renuntiare* aliquem dicuntur praecones, quum eum consulem, praetorem, aedilem esse electum pronuntiant. Verr. V. 15. *Is quum [illegible] praetor* renuntiatus. ibid. II. 52. *eo modo [illegible]* renuntiatus *est.* Idem dicitur de iis qui e centuria cui [illegible] qui plurima suffragia tulerit declarant. Ita narrat de Orat. II. 64. *M. Scipionem quum ex centuria sua renuntiaret Acidinum consulem, praecoque dixisset* Dic de L. Manlio, *respondisse. Virum bonum egregiumque civem esse arbitror.* Manil. 1. *praetor primus centuriis cunctis* renuntiatus *sum.* 6. *renuntiare* significat etiam prodere aliquid dicendo *[illegible]*. Verr. Act. I. 6. renuntiata *est tota [illegible]*.

RENUNTIATIO, *der Bericht.* Verr. I. 34 *rem gestam renuntiarat* — renuntiationemque *eam, quae erat in tabulas publicas relata tolli iusserat.* 2. Planc. 6. renuntiatio *suffragiorum.* Muren. 8. Quum Sulpicius iactasse, quem secum Murena quaesturam petisset, se factum esse priorem quaestorem, respondet Cicero: *neque hoc quemquam vestrum fugit, quum multi pares dignitate fiant, unus autem primum solus possit obtinere, non eundem esse ordinem dignitatis et renuntiationis, propterea quod* renuntiatio *gradus habeat,* (i. e. alius primo, alius secundo, tertio loco renuntietur) *dignitas autem sit persaepe eadem omnium.*

REPAGULUM. Div. I. 34. *In templo Herculis valvae clausae* repagulis *subito se ipsae aperuerunt.* Verr. IV. 43. *convulsis* repagulis *effractisque valvis demoliri signum — conantur.* 2. metaphorice. Verr. V. 15. *in praetura tibi numquam venit in mentem non tibi idcirco fasces, et secures, et tantam imperii vim, tantamque ornamentorum omnium dignitatem datam, ut earum rerum vi et auctoritate, omnia* repagula *iuris, pudoris et officii perfringeres.* N. D. III. 26. *ille transversa mente mihi hodie tradidit* repagula, *quibus ego iram omnem recludam.* Ex Poeta tragico.

REPANDUS, incurvus, inflexus. N. D. I. 30. *calceoli* repandi *Iunonis,* quorum scil. speciem conspicere licet in numis, qui Iunonem referunt, et in Gorianis monumentis in Museo Etrusco. *Ern.*

REPARARE, recuperare. Verr. III. 86. *perdere id quod alio praetore* reparare *posset.*

REPASTINATIO. Sen. 15 *quid agri [illegible]* repastinationesque *proferam.* Repastinari proprie dice-

batur ager, auctore Verrio apud Festum, cuius natura mutatur fodiendo, quum aut silvester excodicatur, aut lapis mollitur frangendo.

REPELLERE. 1. Caecin. 12. *homines inermes — armis, viris, terrore periculoque mortis* repellere, *fugare et avertere.* Sext. 17. *vim vi* repellere. 2. *arcere.* Orat. I. 11. repelli *oratorem a gubernaculis civitatum et excludi ab omni doctrina.* 3. removere. Off. I. 38. *clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adiuncta, ut et severitas adhibeatur et contumelia* repellatur — *Rectum est autem etiam in illis contentionibus, quae cum inimicissimis fiunt — tamen gravitatem retinere, iracundiam* repellere.

REPENDERE. Orat. II. 67. narratur quid Scaevola Septumuleio Anagnino responderit, *cui pro Gracchi capite erat aurum* repensum.

REPENS. Tusc. III. 14. in versibus ex Euripidis Theseo a Cicerone in Latinum conversis: *ne me imparatum cura laceraret* repens.

REPENTE. Sull. 27. *ex multis ab adolescentia collectis perditorum hominum vitiis* repente *tanta ista importunitas inauditi sceleris exarsit.* ibid. paullo post *ex magnis et diuturnis et iam desperatis reip. morbis ista* repente *vis erupit.* Orat. I. 59. *vox et gestus subito sumi et aliunde arripi non potest, iuris utilitas ad quamcunque causam quamvis* repente *vel a peritis vel de libris depromi potest.* Caecil. 17. repente e vestigio, *ex homine tamquam aliquo Circaeo poculo factus est Verres.* Off. I. 33. *amicitiam magis* decet sensim *dissuere, quam* repente *praecidere.*

REPENTINO. Quint. 4. *moritur in Gallia Quintius, et moritur* repentino.

REPENTINUS. 1. Tusc. III. 19. o poëtam egregium! — *Sentit omnia* repentina *et nec opinata esse graviora.* Off. I. 8. *Leviora sunt, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea quae meditata et praeparata inferuntur.* Orat. II. 55. *quae fuit illa, quanta vis quam inexspectata, quam* repentina! Rull. II. 22. *unde iste amor tam* improvisus *ac tam* repentinus. Verr. III. 75. *omnia quae dicimus rationibus populorum non interpositis neque perturbatis, neque* repentinis, *sed certis,* institutis, *ordine relata atque confecta sunt.* Inv. II. 9. *si dicamus idcirco aliquem Caldum vocari, quod temerario et* repentino *consilio sit.* 2. de hominibus novis subito

ad honores evectis. Brut. 69. *ignoti homines et* repentini quaestores *celeriter facti sunt.*

REPERIRE. Brut. 2. *arma sunt ea sumpta quibus illi ipsi, qui didicerant eis uti gloriose, quemadmodum salutariter uterentur non* reperiebant. Verr. III. 46. *mihimet iucunda ratio et via* reperiunda *est, qua ad Apronii — ingentem immanemque praedam possim pervenire.* Fam. X. 15. *nostrae sollicitudinis hic finem* reperiemus. Cael. 19. *tu M. Clodio nulla luxuries* reperietur, *nulli sumptus* — Flacc. 38. *hoc vel maxime moliuntur, ut vestrae quoque mentes vestra iudicia, vestrae sententiae optimo cuique infestissimae atque inimicissimae* reperiantur.

REPETERE. 1. disputando vel narrando aliquid arcessere. Leg. I. 6. *alte et a capite* repetis *quod quaerimus* ibid. repetam *stirpem iuris a natura.* Orat. 5. *Video hanc primam ingressionem meam non ex oratoriis disputationibus ductam, sed ex media philosophia* repetitam. Fin. I. 20. in veterum fabulis *tam multis tamque variis ab ultima antiquitate* repetitis *tria vix amicorum paria reperiuntur, ut ad Orestem pervenias profectus a Theseo.* Inv. I. 49. *Remotum est, quod* ultra quam satis est petitur — *Huiusmodi est illa quoque conquestio* utinam ne in nemore Pelio securibus caesa accidisset abiegna ad terram trabes: *longius enim* repetita *est, quam res postulabit.* Her. II. 22. *Vitiosa expositio est, quae nimium longe* repetitur. Orat. III. 24. *quorsum spectat haec tam longa, tam alte* repetita *oratio.* Fam. XIII. 29. *Exspectare te arbitror haec tam longe* repetita *principia quo spectent.* 2. *nachholen.* Fin. V. 19. *praetermissa* repetimus, *inchoata persequimur.* 3. *wiederholen.* N. D. I. 7. *sed ut hic qui intervenit — ne ignoret, quae res agatur, de natura agebamus deorum. — Quamobrem Vellei, nisi molestum est* repete, *quae coeperas.* Inv. I. 1. *quum res ab nostra memoria propter vetustatem remotas ex literarum monumentis* repetere *instituo.* Q. Fr. I. 2. *si omnium mearum literarum praecepta* repetes. Caecil. 22. *Haec maiorum consuetudo longo intervallo* repetita *atque relata.* 4. *reposcere.* Her. II. 13. *quod argentario tuleris expensum a socio eius recte* repetere *possis.* Cluent. 42. *quid mea promissa* repetis? Cluent. 57. *rationem* repetere. 5. „*vindicare sibi ereptum* aliquid et iniuriam factam *iudicio persequi.* Caecil. 5. repetere *ius suum.* ibid. *pecuniam ex lege* repetere. Sext. 26. nullis

alium praeficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam (durch Wiederdrehn) mundi motum regat atque tueatur.

REPONERE. 1. *rursus imponere.* Sext. 27. hunc (Tigranem) *Cn. Pompeius — erexit, atque insigne regium, quod ille de suo capite abiecerat* reposuit. 2. *collocare.* N. D. II. 49. *Grues in tergo praevolantium colla et capita* reponunt. 3. in alterius loco ponere. Fam. VII. 18. *non puto te meas epistolas delere ut* reponas *tuas.* Her. IV. 26. *correctio est, quae tollit id quod dictum est, et pro eo quod magis idoneum videtur* reponit. Att. XII. 7. *si in libris tuis Aristophanem* reposueris *pro Eupoli.* 4. in numerum aliquem referre. Opt. gen. or. 6. *ipsum Isocratem — in numero* (oratorum forensium) *non* repono. N. D. II. 21. *hanc in stellis constantiam — non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Quae quum in sideribus inesse videamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero* reponere. Sext. 68. *imitemur nostros Brutos — innumerabiles alios qui hanc remp. stabiliverunt, quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero* repono. Inv. I. 26. *quae propter vetustatem obsoleverunt, ut incredibilia videantur, et iam in fabularum numerum* reponantur. 5. *asservare.* N. D. II. 62. *neque — demetendi percipiendique fructus, neque condendi ac* reponendi *ulla pecudum scientia est.* 6. *rependere, retribuere.* Att. XIII. 13. *Ergo haec ad Varronem transferantur Catulo et Lucullo alibi* reponemus. 7. simpliciter pro *ponere.* Tusc. V. 12. *in se ipso spem omnem* reponet *sui.* Sull. 33. *in vestra humanitate totam causam* repono.

REPORTARE. 1. sensu proprio. Verr. IV. 28. *statuerunt id secum in Syriam* reportare. 2. *reducere.* Att. IV. 16. *exercitum a Britannia* reportabant. 3. *deferre, deportare.* Rull. II. 22. *si est aequum praedas ac manubias suas imperatores non in monumenta urbis conferre, sed ad decemviros tamquam ad dominos* reportare. 4. consequi, obtinere. Manil. 3. *ab aliquo victoriam* reportare. Verr. V. 49. *ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solatium vult* reportare. Leg. III. 8. *Nihil praeter laudem bonis atque innocentibus neque ex hostibus, neque a sociis* reportandum.

REPOSCERE. Lael. 9. *propensiores ad bene merendum, quam ad* reposcendum *esse debemus.* Verr. III. 1. *Legem sibi ipsi dicunt innocentiae, continentiae;*

virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitae reposcunt.

REPRAESENTARE est proprie in re pecuniaria pecuniam statim solvere atque adeo praenumerare, ante diem solvere. Att. XII. 25. *dum a Faberio* repraesentabimus. ibid. 29. *si qua etiam iactura facienda sit in* repraesentando. ibid. 31. vid. Gron. Sest. p. 30. 2. hinc dicitur pro facere aliquid ante tempus citius quam debeas, aut constitutum sit. Att. XVI. 2. *mihi videntur etiam istorum animi incendi ad* repraesentandam *improbitatem suam* h. e. citius demonstrandam, quam ante constituerant. Fam. V 16. *neque exspectare temporis medicinam, quam* repraesentare *ratione possumus.* In hoc loco male negatur in Lexico Fabri vis anticipandi inesse, quum *repraesentare* idem sit, quod ante dixerat *anteferre consilio.* Fam. XVI. 14. *dies promissorum adest* (h. e. non longe abest) *quem etiam* repraesentabo, *si adveneris* h. e. etiam ante libertas dabitur, quam promiseram. Phil. II. ult. *quin etiam corpus libenter obtulerim, si* repraesentari *morte mea libertas civitatis potest* h. e. si mors mea efficere potest, ut eo citius libertas restituatur civitati. 3. Sext. 11. *quod ipsum templum* repraesentabat *memoriam consulatus mei* h. e. praesentem animis faciebat, instaurabat. *Ern.*

REPRAESENTATIO, *baare Zahlung.* Att. XII. 31. XII. 29. Fam. XV. 24. Vid. *Repraesentare.*

REPREHENDERE. 1. *retro, abducere.* Ac. pr. II. 45. *revocat virtus vel potius* reprehendit *manu.* 2. *revocare.* Verr. III. 20. *quod erat prudentia praetermissum, id quaestu ac tempore admonitus,* reprehendisti. 3. vituperare. Fam. V. 12. *quum* reprehendes *ea, quae vituperanda duces.* Orat. 8. *in hoc ipso* (Demosthene) — reprehendit *Aeschines quaedam et exagitat.* 4. *accusare.* Cluent. 36. de P. Popillio ut T. Gutta, qui causam de ambitu dixerant, accusati ab iis qui erant ipsi ambitus condemnati: *quos ego non iccirco esse arbitror in integrum restitutos, quod planum fecerint illos ob rem iudicandam pecuniam accepisse; sed quod iudicibus probarint, quod in eodem genere, in quo ipsi offendissent alios,* reprehendissent *se ad praemia legis venire oportere.* Verr. III. 96. *ergo id volumus populum Rom. — nationesque exteras existimare, si senatores iudicent hoc certe unum genus infinitae pecuniae per summam iniuriam cogendae nullo modo posse* reprehendi. 5. *refellere.*

Cael. 27. *quem quomodo illi* reprehenderent? N. D. I. 11. *Xenophanes qui mente adiuncta, omne praeterea quod esset infinitum deum voluit esse de ipsa mente ita* reprehenditur *ut ceteri.* 6. *corrigere, emendare.* Dom. 33. *si se collegisset, temeritatem atque iniuriam suam restitutione mea* reprehendisset.

REPREHENSIO. 1. vituperatio. Phil. XII. 10. *culpae* reprehensio *et stultitiae* vituperatio. Off. I. 40. *Pericles quum — casu formosus puer praeteriret dixissetque Sophocles: o puerum pulcrum Pericle! Atenim praetorem Sophocle decet non solum manus sed etiam oculos abstinentes habere. Atqui hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset iusta* reprehensione *caruisset.* Fin. I. 1. *incurrere in varias* reprehensiones. 2. refutatio. Inv. I. 42. Reprehensio est *per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur aut elevatur* Fin. I. 8. *dissentientium inter se* reprehensiones *non sunt* vituperandae. 3. Orat. III. 25. possumus *iudicare — ornatam, festivam, sine intermissione, sine* reprehensione (h. e. *ita ut se numquam orator* reprehendat s. *coerceat*) *sine varietate, non posse in delectatione esse diuturna.*

REPREHENSOR. 1. *vituperator.* Planc. 3. reprehensores *comitiorum.* Opt. gen. or. 6. Huic *labori nostro duo genera* reprehensorum *opponuntur.* Acad. pr. II. 3. *restat unum genus* reprehensorum, *quibus Academiae ratio non probatur.*

REPRESSOR. Sext. 69. Milonem appellat *exstinctorem domestici latrocinii,* repressorem *caedis quotidianae;* quia Clodii furores represserat. cf. c. 44.

REPRIMERE. 1. *alicuius impetum cohibere.* Div. II. 33. *quae dicta Veientium si lacus Albanus* redundasset *isque in mare fluxisset, Romam perituram,* si repressus *esset, Veios.* Hinc per translationem: Brut. 91. *dedit operam ut nos nimis redundantes, et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia* reprimeret. Sext. 44. *accusat* (Clodius) *eum* (Milonem) *qui aliqua ex parte eius furorem exsultantem* repressit. Catil. I. 12. *Hoc uno interfecto intelligo hanc reip. pestem paullisper* reprimi, *non in perpetuum* comprimi *posse.* Manil. 5. *cuius* (Pompeii) *adventu ipso ac nomine — impetus hostium* repressos *esse intelligunt,* ac retardatos. 2. de studio quodam, quod cohibetur. Fin. I. 1. *difficilem quandam temperantiam postulant in eo*

(philosophiae studio) *quod semel* admissum *coërceri reprimique non potest.* Att. VII, 13. *fuga quae parabatur repressa est.* 3. *aliquantum supprimere.* Cael. 30. *Maturitas non extinxit illa quidem, sed repressit vetustas.* Fam. III, 8. *Nos ego sermones lacessivi numquam, sed non valde repressi.* 4. *retardare.* Att. X, 9. *dubitabat enim nemo quin Caesar itinera repressisset.* 5. *abstinere, continere.* Sest. 55. *vix odium suum a corpore repressissent.* Verr. V, 29. *a praesenti periculo tuo se repressit populus Romanus.*

REPROBARE, improbare, reiicere. Fin. I, 7. *confirmat illud vel maxime, quod ipsa natura ut ait ille* (Epicurus) *asciscat et* reprobet *id est voluptatem et dolorem. Ad haec et quae sequamur et quae fugiamus refert omnia.*

REPROMISSIO, actio repromittendi, ein Gegenversprechen. Rosc. Com. 13. *veniat tibi in mentem repromisisse Fannium Roscio si quid a Flavio exegisset, eius partem dimidiam, sed omnino exegisse nihil. Quid? tu non exitum exactionis, sed initium* repromissionis *spectare debes?*

REPROMITTERE, *restipulari, vicissim promittere.* Brut. 5. *Non mehercule tibi* repromittere *istuc quidem ausim.* Rosc. Com. 13. Repromittis *tu abhinc triennium Roscio. Quid? Recita istam* restipulationem *clarius.*

REPUDIARE reiicere, aspernari. Corn. fr. 1. *populus legem hanc flagitabat, illam* repudiabat. Quint. 14. *conditionem aequissimam* repudiare. Orat. 3. *eloquentia forensis spreta a philosophis et* repudiata. Phil. III. 10. *Cretam omnino provinciam neglexit; quam item magno animo et constanti C. Caesetius* repudiavit. Orat. III, 1. Crassus deploravit casum atque *orbitatem senatus, cuius ordinis a consule* (L. Philippo) — *tanquam ab aliquo nefario praedone diriperetur patrimonium dignitatis; neque vero esse mirandum, si quum suis consiliis rempublicam profligasset, consilium senatus a republica* repudiaret. Cluent. 71. *Orat vos Avitus — ne se matri, cuius vota et preces a vestris mentibus* repudiare *debetis — condonetis.* Orat. 61. *genus hoc orationis neque toto* assumendum *est ad causas forenses, neque omnino* repudiandum. Fam. V, 9. Vatinius ait: *non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti.* Quint. 11. *conditionem aequissimam* repudiare. Font. 17. *cavete,*

ne periculosum superbumque est, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si dei aspernarentur, haec salva esse non possent. Caecil. 11. *custodem repudiat fides nostra* i. e. fides ita nata est, ut custode nihil opus sit. Verr. I. 15. *quod istum praetorem a quo M. Marcelli tutoris in causa pupilli Iunii et oratio et voluntas et auctoritas repudiata est.* Verr. III. 70. Minime tu eos *quorum frumentum improbasti. Sed ab iis, quos repudias, exigis tantum pecuniae, quantum ad eum numerum frumenti satis sit, quem iusseras imperare.* Off. I. 25. *iracundia omnibus in rebus repudianda est.* Paullo ante dixerat: *prohibenda autem maxime est ira in puniendo.*

REPUDIATIO. Muren. 4. *repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit.*

REPUERASCERE. 1. sensu proprio. Sen. 23. *si quis deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repuerascam et in cunis vagiam, valde recusem.* 2. metaphorice, ad puerorum lusus descendere. Orat. II. 6. *Scaevola narrabat, — socerum suum Laelium semper fere cum Scipione solitum rusticari, eosque incredibiliter repuerascere esse solitos, quum rus ex urbe tamquam e vinculis evolavissent, — conchas eos et umbilicos — legere consuesse et ad omnem animi remissionem ludumque descendere.*

REPUGNANS. Off. I. 31. *nihil decet, ut aiunt, invita Minerva, id est adversante et repugnante natura.* Orat. II. 40. commemorantur *argumenta ex repugnantibus.* Eorundem mentio fit Top. 11. item c. 4. ubi exemplum affertur argumenti a repugnantibus.

REPUGNANTER. Lael. 25. *monere et moneri proprium est verae amicitiae, et alterum libere facere non aspere, alterum patienter accipere, non repugnanter.*

REPUGNANTIA. Top. 13. postquam dixerat Cicero locum dialecticorum proprium esse *ex consequentibus et antecedentibus, et repugnantibus*, sequitur *quem tripartito igitur distribuatur locus hic in consecutionem, antecessionem et repugnantiam.* Off. III. 7. *Panaetius in hoc defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit, sed ea quae viderentur utilia, — Itaque non ut aliquando anteponeremus utilia honestis, sed ut ea sine errore diiudicaremus, si quando incidissent, induxit eam quae videretur esse, non quae esset* repugnantiam. Off. III. 4. *nec id quod vere honestum est fas est cum utilitatis* repugnantia

remque tollit omnem. Off. II. 2. *oblectatio animi requiesque curarum.*

REQUIESCERE. 1. de corpore. Div. I. 46. *audivi — Caeciliam Metelli quum vellet sororis suae filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum. — Quum virgo staret et Caecilia in sella sederet — puellam defatigatam petisse a matertera, ut sibi concederet paullisper, ut in eius sella* requiesceret. Tusc. I. 44. *neque sepulcrum habeat portum corporis ubi — corpus* requiescat *a malis.* 2. de animo. Att. I. 18. *domesticarum sollicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo — atque hi non sunt permolesti, sed tamen insident et urgent, et nullius amantis consilio aut sermone* requiescunt. Orat. II. 58. requiescam *in Caesaris sermone tanquam in aliquo peropportuno deversorio.* ibid. I. 1. *initium* requiescendi.

REQUIRERE. 1. *postulare.* Tusc. V. 8. *qui beatus est, non intellige quid* requirat, *ut sit beatior.* Fam. I. 7. *non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam iucundum* requiri. 2. *desiderare, vermissen.* Q. Fr. I. 2. *successorem habes perblandum, cetera valde illius adventu tua* requirentur. Parad. 1. *in quo equidem maiorum nostrorum saepe* requiro *prudentiam.* Manil. 2. *quibus armorum et pacis ornamenta et subsidia belli* requiretis. Orat. 10. *desiderium quo conficior, congressus vestros, consuetudinem victus, doctissimos sermones* requirens *tuos.* 3. *reprehendere.* Muren. 29. *In M. Catone haec bona, quae videmus divina et egregia ipsius scito esse propria, quae nonnunquam* requirimus, *ea sunt omnia non a natura, sed a magistro.*

RERI. Off. II. 9. *illos in quibus eas virtutes esse* remur, *a natura ipsa diligere cogimur.* Ac. post. I. 7. *quintum genus* (initiorum s. elementorum), *e quo essent astra mentesque, singulare — Aristoteles quoddam esse* rebatur.

RES. 1. *de re familiari pecuniaria.* Off. II. 11. *iis etiam qui emunt, vendunt* — iustitia ad rem gerendam (*zu ihren Geschäften*) *necessaria est.* Sen. 7. *non male gerentes patres familias.* Rab. Post. 2. *in pluribus provinciis eius versata res est.* Quint. 11. *quum res ab eo, quicum contraxisses, recessisset.* 3. *causa, commodum.* Phil. II. 2. *contra rem alicuius venire*, de eo qui in iudicio aliquem quacunque ratione oppugnat.

tyrannos necaverunt. Quae ego vidi Athenis? quae alia in urbibus Graeciae, quae res divinas tabulas institutas vera? quae templa, quae sacra? Pergit ad immortalitatis et religionis ac memoriam consecravit. 10. *Res domestica* opponitur *publicae*. Fam. IV. 14. *quaerimur in re domestica ... in publica ...tatis.* 15. *Res rustica* (*Landwirthschaft*). Quint. 5. *res rustica bene culta et fructuosa.* Verr. III. 98. *res rusticas non ratio, neque labor, sed res temperatissima venit temperatura quae maxima tuetur.* 16. *Res militaris* (*das Kriegswesen*). Font. 15. *rei militaris studia apud iuventutem obsoleta sunt.* Verr. V. 50. *non ego ... ex re militari, non ... eorum ... tota dies oportere.* 17. *Res iudicatae* (*richterliche Entscheidungen, abgemachte Rechtssache*). Sull. 22. *Caecilius, quo id praeiudicarent, ... quae res iudicatas ... olebat ... Sulla ... Status enim reip. maxime rebus iudicatis continetur.* Phil. XI. 6. qui (Flavius Vopiscus) *nunc nihil aliud agere videtur, nisi ut intelligamus, illius ... res iudicatas irritas fecisse bene et e republica iudicatae.* Nempe lege Pompeia hic damnatus erat, a Caesare autem restitutus cum aliis, excepto Milone, qui eadem lege fuerant damnati. Phil. II. 3. *sublata erat de foro fides, perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum.* Muren. 12. Cicero ICtos ridet, quod per tot annos etiam nunc statuere non potuerint *rem an litem dici oporteret.* 18. *res suas sibi habere iubebatur uxor*, quoties maritus faciebat divortium. Phil. II. 28. *Frugi factus est.* (Antonius) *illam suam* (amicam, mimam Cytheridem s. Volumniam) *suas res sibi habere iussit ex duodecim tabulis, claves ademit, exegit. Quam porro spectatus civis, quam probatus, cuius ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum mima fecit divortium.* Exagitat Antonium, quasi cum concubina illa mima illa et liberta quasi cum uxore legitima transegerit.

RESALUTARE. Phil. II. 41. *Insequenti — obviam ei* (Antonio) *processerant, ut illum tanquam si esset consul salutarent. Incredibile dictu, tamen inter omnes constabat, neminem esse* resalutatum.

RESARCIRE. 1. sensu proprio. Cael. 16. *discidit vestem?* resarcietur, ex Terentii Adelphis I, 2. 2. metaphorice. Fam. I. 9. *in meis damnis ex auctoritate senatus* resarciendis.

RESCINDERE. 1. aperire locum obstructum: Rull. II. 1. *me perlongo tempore — primum hominem novum consulem fecistis, et eum locum, quem nobilitas praesidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat me duce* rescidistis. 2. de actis, legibus, pactionibus, consiliis, usurpatum est *irritum facere, tollere, dissolvere.* Att. I. 1. rescindere *constituta ab alio.* Verr. I. 45. *solus tu inventus es, cui non satis fuerit corrigere* voluntates *vivorum, nisi etiam* rescinderes *mortuorum.* Leg. II. 12. *quid maius est, si de iure quaerimus, quam posse* (quod est augurum) *a summis imperiis et summis potestatibus comitiatus et concilia vel instituta dimittere vel habita* rescindere. Verr. II. 26. *fecerat haec egregie primo adventu Metellus, ut omnes istius* (Verris) *iniurias, quas modo posset* rescinderet *et irritas faceret.* ibid. 57. *nisi mature Laelius in Siciliam venisset cum literis, minus XXX diebus Metellus totam triennii praeturam tuam* rescidisset. Phil. XIII. 3. *acta Antonii* rescidistis, *leges* refixistis. Prov. cons. 5. (Gabinius publicanorum) *pactiones sine ulla iniuria factas* rescidit. Sull. 22. *res iudicatas videbatur voluisse* rescindere.

RESCIRE vel RESCISCERE. Off. III. 23. quaerit (Hecato) *si quis adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis,* quum id rescierit, *soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis.* Fam. VIII. 12. *id postquam* resciit, *incanduit.*

RESCRIBERE. 1. *literis respondere.* Att. I. 8. *ut epistolae tuae* rescriberem *aliquid.* ibid. III. 15. *serius ad tuam epistolam, cui ego statim* rescripseram *redditae sunt meae literae.* ibid. XIII. 23. *antemeridianis tuis literis heri statim* rescripsi; *nunc respondebo vespertinis.* Fam. IX. 1. rescribam *tibi ad omnia quae quaeris.* 2. in tabulis notare, s. acceptum referre. Att. XVI. 2. *quum videas, quantum* de iure *nostro decesserimus, qui de residuis* CCCC HS CC *praesentia solverimus, reliqua* rescribamus. H. l. *rescribere* significat *syngrapham* dare, vel per mensae *scripturam reddere,* (nostri: *durch Wechsel oder Assignation zahlen*). Potest etiam *rescribere* simpliciter dici pro in codicem referre ut residuum debiti (*sich in Rest oder zur Last schreiben lassen*).

RESCRIPTUS. Tusc. IV. 2. *cantus fuisse* rescriptos *vocum sonis et carmina.* Si sana lectio est, de

qua dubitant viri docti; vid. Beier. ad h. l. sensus hic est: cantuum illorum certos modulos factos esse, signisque expressos quod nos vocamus compositiones. I. Fr. Gronovius corr. *descriptos*. Alius (Pantagathus) *notis* pro *sonis*. — *Ern.*

RESECARE. 1. de corporibus, partes aliquas abscindere. Div. II. 96. *Illudne dubium est, quin multi quorum linguae sic inhaererent, ut loqui non possent, eas scalpello resectas liberarentur.* Pis. 19. *Regulus quem Karthaginienses resectis palpebris illigatum in machina vigilando necaverunt.* 2. de aliis rebus quibus aliquid quod nimium est demitur. Tusc. V. [illegible] (Peripatetici) *nimia resecari volunt, naturalia relinqui.* ibid. [illegible] *haec ita disputant, ut resecanda esse fateantur* (i. e. amovenda ea quae sunt in perturbationibus nimia) *evelli penitus dicant nec posse nec opus esse.* Catil. II. 5. [illegible] *poterunt quacunque ratione sanabo. Quae resecanda erunt non patiar ad perniciem civitatis manere.* Att. I. 18. [illegible] *resecando libidinem et coercenda iuventute.* Verr. III 89. *Velis autem aliorum audaciae et libidini aliqua ex parte resecare.* 3. ad vivum resecare, translatione sumpta a medicis non vitiosas partes solum sed sanas quoque et integras resecantibus, dicitur Verr. III 50. quum Verres aratoribus non solum tertias quinquagesimas frumenti, praeter legitimas decimas sed [illegible] annuorum accessionem imperasset. *Numerus debet aratori — [illegible] de frumento. Quasi habere velit te praetore quod vendat. De eo* igitur erat aliquid resecandum, (id est, de frumento ad sementandam et alendam aratoris familiam necessario erat aliquid vendendum) *ut esset unde [illegible] ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur.* 4. ad vivum resecare, est in disputando aliquid nimis premere et urgere, nimis subtiliter persequi (*etwas allzugenau nehmen*). Lael. 5. *Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse, neque id ad vivum* reseco, *ut illi qui haec subtilius disserunt.*

RESECTUS. Leg. II. 22. *neque necesse est edisseri a nobis, — quemadmodum os* resectum *terra obtegatur, quaeque in porca contracta iura sint.* H. l. alii legebant *os rejectum*; alii ut Manutius *receptum*, Davis. *exceptum*. Verum autem vidit Lambinus, qui ex Festo coniecit legendum esse *os resectum*. Ita scilicet antiquus ille Grammaticus: *Membrum abscindi mortuo di-*

cebatur, quum digitus eius decidebatur; ad quod servatum iusta fierent reliquo corpore combusto. Recte igitur Goerenzius Lambinum secutus locum ita explanat: Videtur auctor eum ritum tangere, quo a cadavere igne cremando digitus rescindebatur, qui reliquo corpore combusto terrae mandaretur, quoque demum ritu sepultura compleretur. — Idem etiam in peregre mortuis observabatur, ut digitus rescissus ad familiam deportaretur, et ad eum iusta fierent; qui vero hunc ritum vel servare non potuisset, vel in eo observando peccasset, ei *porca contracta* erat.

RESERARE aperire. Phil. VII. 1. reserare *exteris gentibus Italiam.* Off. II. 15. *nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita* reseranda, *ut pateat omnibus.*

RESERVARE. 1. *aufbewahren, erhalten.* Planc. 5. *si te temporibus aliis* reservasti, *ego quoque et resp. ad ea te tempora revocavi ad quae tu te ipse servaras.* Flacc. 42. *nomen clarissimum reip.* reservare. Sext. 22. *ille vitam suam ad reip. statum* reservavit. 2. *aufsparen, aufbehalten.* Orat. I. 52. *Philosophorum libros* reservet *sibi ad huiuscemodi Tusculani requiem atque otium.* Att. I. 17. *hoc in congressum nostrum* reservabo. Muren. 21. *eiusmodi candidatorum amici — suam operam et gratiam iudicio et accusationi* reservant. 3. *verschieben, aussetzen.* Cael. 24. *pro dii cur interdum — praesentis fraudis poenas in diem* reservatis. Prov. cons. 20. *inimicitias in aliud tempus* reservare. Sull. 28. *quod ad tempus existimationis partae fructus* reservabitur? Verr. Act. I. 11. reservare *fructum laudis in alia tempora.* 4. *vorbehalten.* Orat. 48. *usum loquendi populo concessi, scientiam mihi* reservavi. Verr. III. 36. reservare *sibi integrum.*

RESIDERE. 1. sensu proprio *sich niedersetzen.* Rosc. Am. 21. *ita neglegens esse coepit, ut quum in mentem veniret ei,* resideret, *deinde spatiaretur.* Fin. III. 3. resideamus *si placet.* 2. *einstürzen.* Pis. 33. *si montes* resedissent, *amnes exaruissent.* 3. *an einem Orte bleiben, sich aufhalten.* Att. XI. 6. *in oppido aliquo mallem* resedisse. Mil. 19. *cur neque ante occurrit* (Milo), *ne ille* (Clodius) *in villa* resideret, *nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset?* 4. *bleiben, fortdauern.* Balb. 8. *si ea lex, quam nos haberemus eadem in populo aliquo tanquam in fundo,* resedisset. Catil. I. 13. *periculum* resi-

residebit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus. 6. übrig bleiben, zurück bleiben. Harusp. 5. *sin scrupulus vel tenuissimus residere aliquis videbitur.* Deiot. 8. *neque unquam te placatum tamen, ut nullas resedisse in te simultatis reliquias senserit.* Att. XIV. 15. *ne quid* [illegible] *residere in* [illegible] *arbitretur.* Tusc. I. 33. *in corpore* [illegible] *vel* [illegible] *animo vel* [illegible] *nullum residere sensum.* Cat. I. 5. *Si te interfici iussero, residebit in rep. reliqua coniuratorum manus.* [illegible] Att. I. 16. [illegible] *residerat, facilius possum existimare, quam scribere.* Sen. 17. *quorum non in sententia solum sed etiam in nutu residebat auctoritas.* Q. Fr. I. 1, 12. *Res gestae in quibus nulla potest residere inertiae suspicio.* 7. auf etwas beruhen. Fam. XII. 5. *etiam nunc residet spes in virtute tua.* 8. *nachlassen, abnehmen, besänftigt werden.* Tusc. III. 12. *quum tamen animus resedisset.* Fr. lib. de suis consil. ap. Boeth. *Quum vinolenti adolescentes — mulierum pudicae fores frangerent admonuisse tibicinam — ut spondeum caneret, Pythagoras dicitur. Quod quum illa fecisset, tarditate modorum et gravitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.* Fam. VIII. 2. *Marcelli impetus resederunt non inertia, sed, ut mihi videbatur, consilio.*

RESIDERI quieti dari, *zur Ruhe gebracht werden.* Leg. II. 22. *residentur mortui,* quem ad locum vide quae notavit Goerenzius.

RESIDUUS. Cluent. 36. *pecuniae residuae sunt publicae,* quas aliquis retinuisse et in suum usum retinuisse dicitur, ideoque reus fit de peculatu. Fam. I. 9. *quam illud odium, quod ego effugisse me omne arbitrabar, residuum tamen, insciente me, fuisset.* Fam. X. 11. *capio nullam residuam sollicitudinem esse.* Verr. III. 97. *quid potest esse in calamitate residui?* i. e. quae potest esse residua.

RESIGNARE. 1. signum, quo obsignata est epistola aperire. Att. XI. 9. *nam quod literae resignatae sunt, habet opinor eius signum Pomponia,* quo scil. illae iterum obsignari possint. 2. tollere, irritum facere, imminuere. Arch. 5. *quum Gabinii quamdiu incolumis fuit levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset.*

RESILIRE. Rosc. Am. 29. *scopulum offendis eiusmodi, ut non modo abhoc crimen resilire videas,*

verum omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligitis.

RESIPERE saporem quendam referre. Sensu metaphorico N. D. II. 17. *Epicurus minime resipiens patriam* i. e. Athenas, minime redolens Atticam urbanitatem praesertim in locis.

RESIPISCERE. 1. *respirare*: recipere se. Sext. 38. *quum esset exanimatus* (Sestius graviter vulneratus) *primumque resipuisset.* 2. Att. X. 5. *vix aliquando te auctore, resipui* i. e. rectius sapere didici.

RESISTERE. 1. *consistere, remanere, stehn bleiben.* Tusc. V. 28. *beata vita resistet extra fores carceris.* Att. II. 2. *negavit se umquam cum Curione restitisse* scil. colloquendi causa. 2 resurgere. Muren. 55. *nihil est tam unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus.*

RESONARE. 1. sensu proprio. N. D. II. 59. *Plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis, quae ad nervos* resonant *in cantibus.* ibid. 57. *quocirca et in fidibus testudine* resonatur *aut cornu.* Oecon. 1. *ex eiusmodi rerum concordia ipsis canentibus amicum quiddam et dulce* resonat. Div. II. 14. *nervos in fidibus aliis pulsis* resonare *alios.* Tusc. I. 40. quum *venenum obduxisset* (Theramenes) *reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret, quo sono reddito arridens, Propino,* inquit, *hoc pulchro Critiae.* Xenoph. Hellen. II. 3, 24. Τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτὸν Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ. Valer. Max. III. 2. ext. 6. *Nec Theramenis quidem Atheniensis in publica custodia mori coacti, parva mentis constantia, in qua triginta tyrannorum iussu porrectam veneni potionem non dubitanter hausit, quodque ex eo superfuerat iocabundus illisum humo clarum edere sonum coegit. Renidensque servo publico, qui eam tradiderat, Critiae inquit, propino; vide igitur ut hoc poculum ad eum continuo perferas.* Imitatus scil. est lusum illum qui κότταβος dicebatur, de quo nuper copiosius egit *G. E. Grodleck* in libro *antiquarische Versuche erste Sammlung.* Brut. 46. *in vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam et* resonat *urbanius.* 2. metaphorice. Tusc. III. 2. *Gloria virtuti* resonat *tamquam imago* (*ist gleichsam der Wiederhall der Tugend*). Q. Fr. I. 1, 14. *Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiae virtutibus est datum celebritate refertissimum — natura autem*

ita resonans ut usque Romam significationes vocesque referantur. Attende quae sequuntur.

RESPECTARE. Sen. 23. *animus* (Catonis) *non me deserens, sed respectans, in ea profecto loca discessit, quo mihi ipsi cernebat esse veniendum.* Sest. 5. *Verum haec ita praetereamus ut tamen intuentes et respectantes relinquamus.* Planc. 18. *neque hoc Oppiis nostris interdictum est, ne observent tribules suos — ne par ab iis munus in sua petitione* respectent.

RESPECTUS. Div. I. 32. Remex quidam vaticinatus erat — *conscensionem in naves cum fuga fugientiumque miserabilem respectum incendiorumque conspectum* idque ita accidisse narratur his verbis: *nauta ad* — *respicientes fluctuantes contrarios, quos reliquerant milites, quos sequi noluerant videbant.* Phil. V. 18. quod (Caesar) respectum *ad senatum et ad bonos non haberet, eam sibi patefecit viam ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset.* 2. perfugium. Phil. X. 4. respectus *pulcherrimus et praesidium firmissimum reip.* Phil. XI. 11. *nos ut* respectum *haberemus ex urbe.*

RESPERGERE. Phil. III. 2. *M. Antonius Brundisii — centuriones quosdam iugulari iussit, quorum ante pedes eius morientium sanguine os uxoris respersum esse constabat.* Orat. III. 3. *pontificis maximi sanguine simulacrum Vestae* respersum. Verr. V. 38. *quum praetoris nequissimi inertissimique oculos praedonum remi respergerent.*

RESPICERE. 1. sensu proprio retro aspicere. Div. I. 24. *Hannibali ducem illum* (in somnio visum) *praecepisse ne* respiceret, *illum autem id diutius facere non potuisse, elatumque cupiditate respexisse.* 2. de recordatione praeteritorum temporum. Tusc. V. 2. *tam longe retro* respicere *non possunt.* Arch. 1. *quoad longissime potest mens mea* respicere *spatium praeteriti temporis.* 3. *curare aliquid, eius rationem habere.* Rab. Post. 15. *Caesarem in tanta fortuna sua aliena* respicere *magnum est.* Verr. III. 54. *saltem populi Romani commoda* respicite, *si sociis prospicere non laboratis.* Fin. II. 24. *ne tum quidem te respicies, et cogitabis sibi quemque natum esse.* 4. *succurrere.* Att. I. 13. *nisi quis nos deus* respexerit. Fam. X. 11. *si modo remp.* respicere *velit.* Att. VII. 1. *nisi idem deus, qui nos melius quam optare auderemus Parthico bello liberavit,* respexerit *remp.* 5. se *respicere* (*sich eines bessern besinnen*) est

iure respondere, ut est etiam Legg. I. 4. Att. IV. 1. *Pontifices* responderunt. 2 *respondere* dicitur de litigantibus in foro, petitore, accusatore et reo, quum adsunt die dicta (*wenn sie im Termin erscheinen*). Verr. I. 1. *Verrem non responsurum* [illegible] Verr. II. [illegible] Att. IV. 16. 3. etiam in delectu militari *respondere* dicuntur qui militiam non detrectant. Hinc ductum videtur illud, quum pedes quibus numeri causa utimur dicit Orat. III. 49. *respondentes non vocatos*. 4. Hoc verbo Cicero etiam utitur ad exprimendum Graecorum ἀντιστροφεῖν. Orat. 32 *Rhetoricam* respondere *ex altera parte dialecticae* (*Gegenstück*). Nam sic expressit illud Aristotelis Rhetor. I. 1. ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ. 5 *pare praestare, praestare, referre*. Att. IV. 3 *re* [illegible] *Quinti fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, ne plane exhaustus esset*, respondemus. Att. XVI. 7. *providi et cui quid debeatur, ut sit unde par pari* respondeatur. 6. *solvere ad diem constitutum*. Att. XVI. 11. *fit saepe, ut ii, qui debent, non* respondeant *ad tempus* (*nicht zur bestimmten Zeit zahlen*). Vid. Gronov. Obs. II. 4. 7 *resistere, repellere*, item parem esse ad resistendum. Catil II. 11. *urbes, coloniae, et municipia* respondebunt Catilinae tumulis silvestribus. Att. IV. 10. *ut possim tibi aliquid respondere*. — *Ern.*

RESPONSIO. Balb 16. *Erat accusatoris interpretatio indigna* responsione, *qui ita dicebat* comiter *esse* communiter.

RESPONSITARE. Leg I. 4. (Sentio) *summos fuisse in civitate nostra viros, qui* (ius civile) *interpretari populo et* responsitare *soliti sint*.

RESPONSU, supinum. Cluent. 60. Habetis *quae in totam vitam de moribus A. Cluentii — annos octo meditati accusatores collegerant; quam levia genere ipso, quam falsa re, quam brevia* responsu.

RESPONSUM. Att. VII. 16. *Haec ex illius ad nostra* responsa responsis *intelligentur*. Muren. 13. Responsa *atque decreta* ICtorum. Catil. III. 4. responsa *haruspicum*.

RESPUBLICA tribus modis dicitur *primo* de universa civitate aut imperio, quod ubi est reddi potest *der Staat, die Republik*; *deinde* de singulis eius partibus. Rei publicae partes autem commemorantur commode ab ipso Cicerone Sext. 46. *religiones, auspicia*

potestates magistratuum, senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iurisdictio, fides, provinciae, socii, imperii laus, res militaris, aerarium. Tertio dicitur de quacunque actione, negotio, quod publicae utilitatis causa suscipitur, aut quocunque modo ad remp. pertinet. Primae significationis exempla dare supervacuum fore. Alterius haec sunto. 1. *leges.* Verr. I. 2. rempublicam *[illegible] consilio [illegible].* Sermo enim est de lege de pecuniis repetundis et de iudicio ex ea. 2. *magistratus potestas.* Verr. I. 12. *ad remp. accedere.* Nam hoc de iis dicunt Latini, qui quaestores fiunt, aut potestatem aliquam consequuntur primum, quae magistratuum esse solet. Vid. Ibid. V. 18. Rosc. Am. 1. Orat. II. 15. 3. *bellum, res militaris.* Manil. 21. remp. *bene gerere.* Fam. X. 11. remp. *ex vestra sententia administrare* h. e. *vincere.* cf. ibid. 17. XII. 11. 4. *victoria.* [illegible] 2. *tempore de* republ. *locutus.* 5. *aerarium, pecunia publica.* Phil. II. 3. reliquias *reip. dissipare.* Verr. I. 15. remp. *administrare*, de quaestore. ibid. V. 22. *de* republ. *detrahere.* 6. provincia. Fam. XIII. 68. *si ad me de* republ. id est de statu provinciae, de institutis tuis familiariter scribes. 7. *libertas publica:* XI. 13. *bonam spem de summa* republ. *vos habere volumus.* ibid. X. 5. *unus est per tot annos* republ. *divexata cursus reip. bene gerendae ad gloriam.* 8. *securitas publica.* Rosc. Am. 49. *Itaque nobilitas recuperavit* rempublicam. Tertii generis exempla haec sunt. Caecin. 20. *absit reip. causa* h. e. legationis aut belli gerendi causa. Verr. II. 55. respublica *administrari non poterat* h. e. exactio et solutio tributi. Milon. 15. reipubl. *partem suscipere*, de caede Clodii. Balb. 20. a republica *bene gerenda h. e. a fortibus viris civitate donandis.* Phil. V. 16. resp. *saepe bene gesta;* v. c. restitutione Sex. Pompeii, bello civili exstinguendo. cf. de altera et tertia significatione Gronov. ad Liv. VIII. 31. — Pis. 32. *Caesarem non eadem de* republ. *sensisse, quae me, scio.* Verr. I. 14. *quod de* republ. *sensit.* Haec formula capienda est de partibus quas quis in republ. sequitur, utrum scil. popularis sit, an cum optimatibus faciat. Muren. 11. republica *perfrui possumus* h. e. omnibus commodis, quae iure, lege, etc. civis Romani sunt. cf. Dom. 57. *Ern.*

RESPUERE, *aspernari, repudiare.* Orat. III. 25. *Gustatus quod valde dulce est aspernatur ac* respuit. Partit. 5. *quod auditorum aures* respuunt, *immutandum est.*

Planc. 17. *quid diceres? sequestremne Plancum? respuerent aures, nemo agnosceret, repudiarentur.* Sull. 28. *Catilina contra remp. conspiravit. Cuius aures umquam* hoc respuerunt *conatum eius hominis neque a pueritia non solum intemperantia et scelere sed etiam consuetudine et studio in omni flagitio, stupro, caede versatum?* Muren. 35. *hostilibus armis, sed cum victo, vita, moribus, civitas quem* respuit. N. D. II. 6. *cibi in reliquiis inest color ut quos natura respuerit.* Caecin. 20. *Etenim iuris et hominum prudentium consilium et auctoritas* respuat *hanc defensionem, et pro nihilo putet.* Fat. 20. *quum attribuit* (Epicurus) *nullam causam, quae istam declinationem* (atomorum) *efficeret, tamen aliquid sibi dicere videtur, quum id dicat, quod omnium mentes aspernantur ac* respuant. Cael. 16. *illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum non potes, calcitrat,* respuit, *non putat tua dona esse tanti.*

RESTARE. 1. *remanere.* Att. VIII 3. ex restitero. Off. III. 30. *maluerunt in patria Regulum* restitisset. 2. *relinqui, superesse.* Q. Fr. III. 1. *nihil ei* restabat *praeter balnearia.* Att. VIII. 3. *unum etiam* restat *amico nostro ad omne dedecus* ut Domitio *non subveniat.* 3. de iis quae in disputatione aut oratione supersunt. Inv. II. 56. *quid nobis ex eo genere* restet, *et quare* restet *[illegible] videtur.* Off. III 3. *qui e divisione tripartita duas partes absolverit huic necesse est* restare *tertiam.* N. D. II. 16. *Aristoteles — omnia quae moventur aut natura moveri censuit, aut vi, aut voluntate — Quae autem* natura *moverentur haec aut pondere deorsum, aut levitate in sublime ferri: quorum neutrum astris contingeret, propterea quod eorum motus in orbem circumque ferretur. Nec vero dici potest* vi *quadam maiore fieri ut contra naturam astra moveantur. Quae enim potest* maior *esse?* Restat *igitur ut motus astrorum sit voluntarius.*

RESTILLARE. Att. IX. 7. *literae mihi quiddam quasi animulae* restillarunt.

RESTINCTIO. Fin. II. 3. restincta *sitis stabilitatem voluptatis habet, illa autem voluptas ipsius* restinctionis *in motu est.*

RESTINGUERE. 1. de igne. Rosc. Com. 6. *ignis in aquam coniectus continuo* restinguitur *et refrigeratur.* Top. 12. restinctus *ignis.* Catil. III. 1. *urbis templis, delubris, tectis ac moenibus subiectos prope iam*

ignes circumdatosque restinximus. 2. de siti. Fin. II. 3. restincta *sitis*. 3. de variis animi motibus ac studiis. Fin. I. 13. *in tranquillitate viri potest omnium cupiditatum ardore* restincto. N. D. II. 59. *hac* (e loquendi vi) *cupiditates iracundiasque* restinguimus. Orat. I, 51. *eorum mentes, qui audirent aut inflammare dicendo, aut inflammatas* restinguere. Att. XIII. 14. *sermunculum omnem aut* restinxeris, *aut sedaris*. Or. 2. *Nec ipse Aristoteles ceterorum studia* restinxit.

RESTIPULARI. Rosc. Com. 13. est vicissim ab eo aliquid stipulari, qui a nobis aliquid stipulatus est v. c. in sponsione quam Quintius cum Naevio facit hic stipulatur a Quintio *Spondesne te tantum summam pecuniae daturum, tamquam poenae loco, si bona tua ex edicto possedi?* Quintius respondet: *Spondeo*. Sed deinde sibi Quintius similiter a Naevio stipulatur: *Spondesne te — — si non possedisti*. Hac est *restipulari*. *Ern*.

RESTIPULATIO fit quum restipulamur. Rosc. Com. 13. Repromittis tu abhinc triennium Roscio? Quid? Recita istam restipulationem clarius, (h. e. recita quid Roscius a Fannio restipulatus sit) — Quid enim restipulatio clamat? QUOD A FLAVIO ABSTULERO PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME SOLUTURUM SPONDEO. Haec verba continent Fannii repromissionem; postquam Roscius ita restipulatus erat: *Spondesne* te quod a *Flavio abstuleris eius partem dimidiam mihi soluturum?*

RESTITUERE. 1. *reddere*. Hortens. fr. *ut ea sibi ratio vera* restituat, *quae consuetudo vitiosa detraxerit*. Verr. IV. 33. *pollicetur sibi magnae curae fore, ut omnia civitatibus, quae cuiusque fuissent*, restituerentur. 2. *compensare*. Rab. Post. 16. *videtis hos quasi sumptos dies ad labefactandum illius* (Rabirii) *dignitatem, ex qua illi nihil retrahi potest, quod non aut fortiter ferat, aut facile* restituat. 3. *reconciliare*. Att. I. 8. *tibi de nostro amico placando aut etiam plane* restituendo, *polliceor*. Att. XV. 4. *nescio quid ab eo literarum ut me sibi* restituerem; (*dass ich mich wieder mit ihm aussöhnen sollte*). 4. *revocare ab exsilio*. Mil. 14. *quae fuisset igitur causa* restituendi *mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi*. 5. *instaurare*. Cael. 16. *effregit fores*, restituentur. Rosc. Am. 22. Restitue *nobis aliquando veterem illam tuam calliditatem*. 6. „restituere est etiam verbum iuris et *a*) significat aliquem reducere in

eum locum, fundum, aedes, unde vi deiectus est. Caecin. 13. 22. *eum facturum* restituere, h. usurpatur, quum is qui restituere iubetur a praetore negat sed eiecisse. Nam id facit, quum dixit: *restitui*. Quem enim eum non deiecit, et mansit in possessione is qui restitui iubetur, idem est, ac si deiectus ante post restitutus esset. Caecin. 19. 29. 32. — [illegible]. Verr. II. 25. [illegible] restituta *sunt* h. e. res iudicatae sublatae et ii qui iudicio damnati erant in integrum restituti sunt." *Ern.*

RESTITUTIO revocatio ab exsilio. Pis. 15. *de me senatus ita decrevit, Cn. Pompeio auctore, et eius sententiae principe, ut si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur: usque vero eo de me senatus auctoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius, quam mihi salus restitutioque perscripta.* Rull. II. 4. *rerum iudicatarum infirmationes*, restitutio *damnatorum.*

RESTITUTOR. Mil. 15. *P. Lentulus — patronus illius publici consensus* (de me ab exsilio revocando) restitutor *salutis meae.*

RESTRICTE. 1. *genau.* Leg. II. 18. *cetera non tam* restricte *praefinio.* 2. *knauserig.* Fin. II. 13. *nec tamen est id tam parce, tamque* restricte *faciant, intellige.* Lael. 16. *Haec quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum et datorum. Ditior mihi et affluentior videtur esse vera amicitia nec observare* restricte, *ne plus reddat quam acceperit.*

RESTRICTUS, *parcus*, *tenax.* Off. II. 18. *Propensior benignitas esse debebit in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate. In his tamen qui se adiuvari volent ut altiorem gradum ascendant,* restricti *omnino nullo modo esse debemus, sed in deligendis idoneis iudicium et diligentium adhibere.* Planc. 22. *quum convenit nondum cognita populi voluntate, hos quos iam tunc coniunctos fuisse dicis, iacturam suarum tribuum, quo vos adiuvaremini fecisse, eosdem, quum iam essent experti, quid valerent,* restrictos *et tenaces fuisse.* Fam. III. 8. *nostra* (liberalitas) *si angustior — non debent mirari homines, quum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim* restrictior. Att. X. 11. *an existimas illum in isto genere* (in dissolvenda pecunia debita) *lentulum aut* restrictum? *Nemo est minus.*

fecit; verum fecit non improbum, quamquam fuit ipse. Itaque verba *quare in hoc* (scil. Metello debitore) *illi cum nummarium non retexeris* significant: nihil opus est ut ex arca tua pecuniam depromas ad lacunam illius pecuniae — Metello tibi debitae — resarciendam; numerabitur enim tibi ab herede Metelli. Similiter Germani dicerent: *in diesem Falle darfst du nicht den Beutel ziehen.* Quod addit *in aliis esto cautior*, hoc sensu additum est: etiamsi ista pecunia a Metello tibi debita, quod tu vereri videris, haud periit, tamen in aliis huiusmodi debitoribus diligentius tibi caveas.

RETENTIO 1. deductio de pecunia solvenda. Att. XIII. 23. *ista retentione omnes ait uti Trebatius.* Poterant enim, Gronovius inquit, solvere aestimatione ex lege Caesaris, et deducto summae, quod in usuras solutum erat, sic ut quarta pars crediti periret Sueton. Jul. c. 42. Bosius putabat agi de mercede quam conductores domus alicuius Ciceronianae solvere debebant; quod scilicet Caesar inquilinis mercedem unius anni, quae quingentas drachmas non excederent remiserat teste Dione Cassio lib. XLII. 2. *Retentio assensionis* in schola Academicorum est ἐποχή. Acad. pr. II. 18. *opinatione et perceptione sublata sequitur omnium assensionum retentio.* ibid. 18. *ex his illa necessario nata est* ἐποχή. *id est assensionis retentio.* Att. XIII. 21. semper *Carneades* προβολὴν *pugilis et retentionem aurigae similem facit* ἐποχῇ.

RETEXERE. 1. sensu proprio. Ac. pr. II. 29. *eadem illa ars* (dialectica) *quasi Penelope telam retexens tollit ad extremum superiora.* 2. metaphorice *retractare, mutare.* Phil. II. 13. *iam retexam orationem meam.* Fam. XI. 28. *an quod adolescens praestiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc aetate praecipitata commutem ac me ipse retexam.* Fin. V. 28. *haeret in salebra. Cupit enim dicere: Nihil posse ad beatam vitam deesse sapienti. — Audeo dicere, inquit. — Non potest* (scil. fieri) *nisi* retexueris *illa. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse nemo potest, quamvis sit sapiens.* Orat. II. 38. (dialectici) — *ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus, et multa quaerendo reperiunt non modo ea, quae iam non possint ipsi dissolvere sed etiam quibus ante exorsa et potius detexta prope* retexantur. 3. *irritam facere.* ibid. XI. 14. *die tuo natali victoria nuntiata in multa secula vide-*

bamus remp. liberatam. Novi timores **retexunt** *superiora.* Verr. II. 6. *omnia erant Metelli eiusmodi ut totam praeturam Verris retexere videretur;* sed ut Ernestius recte exposuit, rebus iudicatis infirmandis, censu aliter habendo, decumis aliter vendendis.

RETICENTIA. 1. silentium. Phil. XIV. 12. *vestra virtus nec oblivione eorum qui nunc sunt, nec* **reticentia** *posterorum insepulta esse poterit.* 2. de eo qui aliquid tacendo celat, *d. e. Verschweigung.* Off. III. 16. *a maioribus etiam* **reticentiae** *poena est constituta. Quidquid enim esset in praedio vitii, id statuerunt si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, praestari oportere.* Ibid. *Sed huiusmodi* **reticentiae** *iure civili omnes comprehendi non possunt.* 3. Reticentia Orat. III. 53. est figura rhetorica, gr. **ἀποσιώπησις** quam Orat. 40. his verbis commemorat: *ut aliquid* **reticere** *se dicat.* cf. Quintilian IX. 2, 54. Aquila Rom. de figuris sententiar. pag. 147. ed. Ruhnken. *Aposiopesis,* **reticentia.** *quando inter loquendum supprimimus ea, quae dicturi videbamur, quod aut turpia, aut invidiosa, aut aliqua nobis gravia dictu visa sunt — Interdum etiam utimur hac figura quasi ad alia properemus.*

RETICERE. 1. finem dicendi facere. Orat. II 57. *Hic quum Sulpicius* **reticuisset,** *quasi vero, inquit Crassus* etc. Her. III. 23. *Etiam intervallis longioribus uti convenit. Recreatur enim vox spiritu, et arteriae* **reticendo** *conquiescunt.* 2. tacendo praetermittere. Q. Fr. I. 2. *nihil nec temere dicere nec astute* **reticere** *debeo.* Phil. I. 12. *non possum de utriusque vestrum errore* **reticere.**

RETICULUM. Verr. V. 11. **Reticulum** *ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae.* Idem appellatur fasciculus. Tusc. III. 18. fasciculum *ad nares admovebis, incendes odores?*

RETINERE. 1. sensu proprio. Att. XIII. 14. *nisi iam profecti sunt* **retinebis** *homines.* 2. *conservare.* Fin. I. 1. *veritus ne movere hominum studia viderer,* **retinere** *non possem.* Balb. 13. *sui quemque iuris et dimittendi et* **retinendi** *esse dominum.* Her. III. 5. **retinere** *fortitudinem.* Lael. 19. **retinent** *caritatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt.* Quint. 18. *id egit ut amicos observantia, rem parsimonia* **retineret** — Fam. I. 7. *virum excellentem* (Pompeium) — *non nihil suspicantem — te ab se abalienatum, illa epistola* **reti-**

nuisti; i. e. eius amicitiam confirmasti. Verr. III. 6. *contumaciae quam hic in perditis rebus* retinet. Off. III. 29. (de Regulo) *qui* retinendi *officii causa cruciatum subierit voluntarium.* 3. tenere aliquid quod reddendum erat sive quod alienum est. Cluent. 36. de *iis rebus quae ille quum acceperat nomine tutelae* retinuit, *atque suppressit.* Flacc. 35. *queritur gravis, locuples, ornata civitas, quod non* retinet *alienum, spoliatam se dicit, quod id non habet, quod eius non fuit.* 4. delectando attinere. Fam. V. 12. *Multam casus* nostri *tibi varietatem in scribendo suppeditabunt, plenam cuiusdam voluptatis, quae vehementer animos hominum in legendo* retinere *possit.* ibid. *ordo ipse annalium mediocriter nos* retinet *quasi enumeratione fastorum.*

RETORQUERE. Catil. II. 1. *Catilina* retorquet *oculos profecto saepe ad hanc urbem.*

RETRACTARE. 1. de cogitatione. Att. VIII. 9. *augere dolorem* retractando. N. D. II. 28. *qui omnia quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter* retractarent, ubi etiam pro *tractare* dictum videtur. 2. *recusare, tergiversari.* Tusc. I. 31. veniet *tempus, et quidem celeriter, sive* retractabis, *sive properabis.* Quod ad h. l. Buherius putat aliud esse *retrectare*, aliud *retractare* id nihili est ut iam monuit Drakenb. ad L. v. XXXVII. 18. *Ern.* Nonnullis tamen placet lectio *retardabis.*

RETRACTATIO, tergiversatio, paullo plus quam dubitatio. Tusc. V. 29. *sine* retractatione *libere dicere.* Att. XIII. 3. *sine ulla dubitatione aut* retractatione. Phil. XIV. 14. *quum sine ulla* retractatione *pro patria vitam profuderint.*

RETRACTATUS *novo studio correctus, emendatus.* Att. XVI. 3. *idem σύνταγμα misi* retractatius.

RETRAHERE. 1. sensu proprio. Cael. 26. testes *fingunt — Licinium quum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset*, retraxisse. ibid. 27. *qui minus Licinius comprehendi potuit, quum se* retraxit, *ne pyxidem traderet, quam si non retraxisset?* 2. vi reducere. Fam. V. 14. *non habeo certum quae te res hinc maxime* retrahat. Phil. VI. 4. *hic ita moestus redit, ut* retractus *non reversus videretur.* 3. inducere. Part. 37. *genus hoc calliditatis et calumniae* retrahatur *in odium iudicis.*

rem aetatem revecti *sumus: nunc ad eam de qua aliquamdiu locuti sumus revertamur.*

REVELLERE. 1. sensu proprio. Fam. XIII. 36. *tabulam in qua nomina civium incisa erant* revelli *iussit.* Muren. 15. *tamen est* [illegible] revulsa. Verr. II. 40. *tabula* revulsa. Pis. 10. [illegible] revulsis *gradibus.* Verr. IV. 11. *nec crucem quae fixa est ad portum* revellistis. 2. metaphorice, tollere. Pis. 11. *me clementem — tempestate et de corpore reip. tuorum scelerum tela* revellentem, *revocavistis.* Caecin. 25. *qui ius civile contemnendum putat, is vincula* revellit *non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis vitaeque communis.* Att. V. 20. *honestissimis verbis omnes* [illegible] revellimus *superiores.* Fam. XIII. 12. *tu videlicet* [illegible], *totus consuetudine est ex omnium monumentorum memoria* revulsus.

REVENIRE. Orat. I. 40. *domum.*

REVERENTIA. Off. I. 28. *adhibenda est quaedam* reverentia *adversus homines et optimi cuiusque et reliquorum.*

REVERERI. 1. Her. IV. 17. *difficile est virtutem* revereri *qui semper secunda fortuna sit usus.* Inv. II. 22. *sapientia aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes* reveremur *et colimus.* 2. metuere. Orat. II. 28. *dicam non* reverens *assentandi suspicionem.* Tusc. I. 30. *dubitans, circumspectans, haesitans, multa adversa* reverens *— nostra vehitur ratio.*

REVERSIO. 1. de corporibus caelestibus. N. D. II. 40. *Sol binas in singulis annis* reversiones *ab extremo contrarias facit.* Fin. II. 31. *quum omnium siderum eodem unde profecta sint fiat ad unum tempus* reversio. 2. de febribus. N. D. III. 10. *Vide quaeso, si omnis motus omniaque quae certis temporibus ordinem suum conservant divina ducimus, ne tertianas quoque febres, et quartanas divinas esse dicendum sit, quarum* reversione *et motu quid potest esse constantius?* 3. *Reversio* inprimis dicitur eorum, qui quum aliquo proficisci voluissent, ex ipso itinere mutata voluntate redeunt (*Wiederumkehr*). Phil. I. 1. *exponam vobis breviter consilium profectionis et* reversionis *meae.* Att. XVI. 7. *quam valde ille reditu vel potius* reversione *mea laetatus.*

REVERTERE. 1. ex itinere proposito redire (*wieder umkehren*). Div. I. 15. *Deiotarus rex, quum ex itinere quodam proposito et constituto* revertisset,

aquila admonitus volatu, conclave illud, ubi erat mansurus, si iter perrexisset, proxima nocte corruit. Itaque — persaepe revertit ex itinere quum iam progressus esset multorum dierum viam. 2. redire, zurückkommen. Fam. VI. 6. *ut in eam civitatem viri boni et nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot nefariorum scelerum condemnati* reverterunt. Fam. X. 28. *ad illum animum meum* reverti *pristinum.* ibid. IX. 24. *nisi ad superiorem consuetudinem* revertisses. Off. III. 10. de Damone et Phintia: *Vas factus est alter eius sistendi, ut si ille non* revertisset, *moriendum esset ipsi.* Forma activa huius verbi Cicero non aliter nisi in praeterito, temporibusque a praeterito ductis utitur.

REVERTI. 1. sensu proprio redire. Muren. 41. *unde cum honore decesseris, eodem cum ignominia* reverti. Verr. I. 52. *decreverunt intercalarium XLV dies longum, ut reliqui menses in suam rationem* reverterentur. Verr II. 20. *numerantur illa HS ducenta quinquaginta Syracusanis. Ita quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum* revertantur — *planum faciam.* 2. in oratione ad aliquod propositum redire. Div. I. 23. *discedo parumper a somniis ad quae mox* revertar. 3. referri ad aliquid. Inv. II. 36. *utilitas aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus, quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum* revertitur.

REVINCERE, convincere. Arch. 6. *quaere argumenta si qua potes; numquam hic nec suo, neque amicorum iudicio* revincetur.

REVIRESCERE sensu metaphorico. Her. IV. 34. *aliquando reip. rationes, quae malitia nocentum exaruerant, virtute optimatium* reviruere. Prov. cons 14. *impolitae res et acerbae si erunt relictae* (in Gallia) *quamquam sunt accisae, tamen efferent se aliquando et ad renovandum bellum* revirescent.

REVISERE. Quint. 6. *hic quum rem Gallicanam cuperet* revisere. Att. I. 15. revise *nos aliquando.*

REVIVISCERE. 1. sensu proprio. Pis. 27. *ubi Galli cantum audivit, avum suum* revixisse *putat, mensam tolli iubet,* ubi iocus est ex ambiguo scil. quia avus Pisonis, ut ipse dicit in fragmento huius orationis ab Asconio servato, prius *Gallus*, dein *Gallicanus*, extremo *Semi — Placentinus* haberi coeptus est. N. D. II 38. *tenebras cogitemus tantas quantae quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicun-*

cuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret; quum autem tertio die sol illuxisset, tum ut revixisse sibi viderentur. 2. per translationem. Fam. VI. 10. *ut tum simul cum republica necessario reviviscat atque recreetur.* Verr. V. 62. *Gavius hic — ex illo metu mortis ac tenebris, quasi lucem libertatis et odorem aliquem legum recreatus revixisset.* Phil. XIII. 18. *quo facilius reviviscat Pompeianorum causa toties excitata.* Verba sunt M. Antonii. Att. VI. 2. *multae civitates omni aere alieno liberatae, multae valde levatae sunt, omnes suis legibus et iudiciis usae* — revixerunt. Phil. VII. 1. *senatus ad auctoritatis pristinae spem* reviviscit.

REVOCARE. 1. sensu proprio. Fam. X. 11. *equitatum* revocari. Rull. III. 1. *qui provocati a me venire noluerunt,* revocati *saltem revertantur.* Prov. cons. 6. *iidem vos anno superiore hos eosdem* revocabatis, *quum in provincias iam pervenissent.* 2. *invitare cum aliquo in convivium, a quo ante excepti sumus.* Rosc. Am. 19. *domum suam istum non fere quisquam* vocabat. *Nec mirum, qui neque in urbe viveret, neque* revocaturus *esset.* 3. *ad suas res revocare* dicitur auditor, quum ea quae ipse similia tulerit aut metuat in memoriam revocat, vel cogitat. Orat. II. 52. *Misericordia movetur, si is qui audit adduci potest ut illa quae de altero deplorentur ad* suas res revoce*t, quas aut tulerit acerbas aut timeat, ut intuens alium crebro ad se ipsum* revertatur. 4. *referre.* Flacc. 12. revocare *omnia ad gloriam splendoremque.* Off. I. 1. 21. *nihil invitis — invenio quam ad veritatem coepi* revocare *rationem.* Orat. II. 11. *non omnia quae loquimur ad artem et ad praecepta sunt* revocanda. Lael. 16. *omnia ad suam potentiam* revocantis *sententia.* 5. *expedire se ex re aliqua in quam nos immisimus.* Pis. 29. revocare *se non poterat familiaritate implicatus.* 6. *revocare se* dicitur qui haesitat in legendo, recitando, dicendo. Dom. 55. *delatum tum est ad vos, pontifices, quemadmodum iste praeposteris verbis — identidem se ipse* revocando. *dubitans, timens, haesitans, omnia aliter ac eos in monumentis habeatis et pronuntiarit et fecerit.* Ab a significatione dicitur *revocare se,* qui ad aliquod studium aut munus redit. Brut. 94. Hortensius — revocare *se ad industriam coepit.* ibid. 3. *vestris literis recreatus me ad pristina studia* revocavi. Orat. III. 50. *nunc ad reliqua progrediar meque ad meum munus pensumque* revocabo. 7. actores

dicuntur *revocari*, quum iubentur a spectatore repetere versus aliquos. Tusc. IV. 29. *Quum Orestem fabulam doceret Euripides primos tres versus revocasse dicitur Socrates.* Sext 5. revocabatur (actor) *ab universis.* ibid 58. *nominatim sum appellatus in Bruto* (Attii tragoedia) *Tullius, qui libertatem civibus stabiliverat* (ubi Aesopus in scena Tullii nomen pro Bruto pronuntiaverat). *Millies* revocatum *est.* Sed in genere *revocari* dicuntur, qui eandem rem altera vice dicere iubentur. Arch 8. *quoties ego hunc Archiam vidi — magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore? quoties* revocatum (h. e. repetere iussum) *eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis?* 8 item qui iubentur altera vice accusari. Q Fr. II. 6. *populus* revocat. 9. *instaurare, reficere.* Fam. VII. 26. *Vires et corpus amisi. Sed si morbum depulero, facilius spero illa* revocabo. *Vid.* Gronov. Obss. II. 19 10. *temperare sibi,* dicitur *revocare se.* Att. XIII 1, *cuius rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari velim, sed me ipse* revoco. 11. *corrigere.* Div. II. 46. *illudne dubium est quin multi quum ita nati essent, ut quaedam contra naturam depravata haberent, restituerentur et corrigerentur ab natura, quum se ipsa* revocasset, *aut arte aut medicina.*" *Ern.* 12. ab aliqua re, consilio vitio abducere. Tusc. I. 16. *magni est ingenii,* revocare *mentem a sensibus et cogitationem a consuetudine abducere.* Att III. 15. *si — quisquam fuisset qui me — a turpissimo consilio* revocaret. Catil. III. 5. *imago avi tui — a tanto scelere etiam muta* revocare *debuit.* Cluent. 5. *ita flagrare coepit* (Sassia) *amentia — ut eam non pudor — non filii dolor, non filiae maeror a cupiditate* revocaret. 13. revocare ad se *maximi facinoris crimen.* Cael. 27. est dicto aliquo in suspicionem incurrere illius facinoris perpetrati (*sich die Beschuldigung aufladen*). 14 *revocare ad aliquid* i. q. *redigere.* Caecin. 13. *cui perspicuum non sit ad incertum* revocari *bona, fortunas, possessiones omnium, si ulla ex parte sententia huius interdicti deminuta aut infirmata sit.* ibid 27. *Si hoc nos non obtinebimus — populi Rom. causa, civitatis ius, bona, fortunae, possessionesque in dubium incertumque* revocabuntur.

REVOLARE N D II. 49. *grues in tergo praevolantium colla et capita reponunt. Quod quia ipsae*

dux facere non potest, quia non habet ubi nitatur, revolat, *ut ipse quoque quiescat.*

REVOLVERE. 1. sensu proprio. N. D. II. 42. *draco* (sidus) *serpit subter supraque* revolvens *sese.* 2. revolvi aliquo, est *redire.* Att. XIII. 26. Revolvor *identidem in Tusculanum.* 3. in orationibus et disputationibus revolvi est: recurrere, redire ad aliquid. Orat. II. 30. *nec quoties causa dicenda est, toties ad eius causae seposita argumenta* revolvi nos *oportet.* Acad. pr. II. 6. *Philo iudicium tollit incogniti et cogniti. Ex quo efficitur nihil posse comprehendi. Ita imprudens eo, quo minime vult,* revolvitur. Her. II. 18 *haec res facit, ut neque diutius quam satis sit, in eisdem locis commoremur, neque eodem identidem* revolvamur.

REUS. 1. plerumque dicitur is qui accusatur. Verr. II. 38. *rei capitalis* reus. Mil. 16. Milo reus *est praeclari facti.* ibid. 13. reus Milonis lege Plotia fuit Clodius *quoad vixit.* Sull 29. reus *de pecuniis repetundis.* 2. *rei* etiam dicuntur universe ii quorum causa agitur (*die Parteyen*) ideoque etiam in causis privatis, petitor pariter atque is unde petitur. Orat. II 43. Reos *appello non eos modo qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur,* ibid. 79. reos *appello quorum res est.* Fam. XIII. 54. *operam des, ut socrus adolescentis* rea *ne fiat,* ubi incertum est utrum de accusatione an de petitione agatur.

REVULSUS. Phil. V. 4. *omnes fori aditus ita sunt septi, ut etiam si nemo obstaret armatus, tamen nisi septis* revulsis *introiri in forum nullo modo posset.*

REX. Fin. III. 22. *Sapiens rectius appellabitur* rex, *quam Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit.* Manil. 9. Sic fieri solere accepimus ut *Regum afflictae fortunae facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum qui aut* reges *sunt, aut vivunt in regno, ut regale iis nomen magnum et sanctum esse videatur.* 2. tyrannus i. e. is qui in rep. libera regnum affectavit. Off. III. 21. *Ecce tibi, qui* rex *populi Romani dominusque omnium gentium esse concupierit idque perfecerit;* de C. Iulio Caesare. De eodem Fam. XII. 1. *Non* regno *sed* rege *liberati videmur; interfecto enim* rege *regios omnes nutus tuemur.* 3. Rull. II. 6. de lege agraria Rulli: *a primo capite legis usque ad extremum reperio nihil aliud cogitatum — nisi ut decem* reges, *aerarii, vectigalium provinciarum omnium, totius reip.* —

regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini constituerentur.

REX SACRORUM. Dom. 14. in collegio pontificum locum habet; de eo et cur hoc nomen habuerit lege Liv. II. 2. init. *Ern.*

RHEDA genus vehiculi. Mil. 10. *quum Milo cum uxore veheretur in* rheda *penulatus.* Att. VI. 1. *Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis et* rheda *equis iuncta.*

RHEDARIUS. Mil. 10. *Milo fit obviam Clodio. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum. Adversi* rhedarium *occidunt.*

RHETOR. 1. dicendi magister, s. is qui praecepta eloquentiae tradit. Orat. I. 18. *qui* rhetores *nominarentur, et qui dicendi praecepta traderent.* Phil. II. 17. *a quibus ioci causa magistrum.* N. D. II. 1. *neque indisertum Academicum pertimuissem, neque sine isto philosopho* rhetorem *quamvis eloquentem.* Fin. II. 1. *ipsae* rhetorum *artes, quae sunt totae forenses atque populares, verbis tamen in docendo quasi privatis utuntur ac suis.* Hic *rhetorum artes* sunt Rhetorica proprie sic dicta, Topica, doctrina de actionibus. 2. de ipso oratore Tusc. III. 26. ubi de Aeschinis oratione agitur, ut *licere quodvis* rhetori *intelligas.*

RHETORICA. Inv. I. 5. *civilis quaedam ratio est, quae multis et magnis ex rebus constat, cuius quaedam magna et ampla pars est, artificiosa eloquentia, quam* rhetoricam *vocant.* Fin. II. 6. Rhetorice *igitur, inquam nos mavis, quam dialectice disputare? quasi vero inquit perpetua oratio* rhetorum *solum, non etiam* philosophorum *sit. Zenonis est inquam hoc Stoici. Omnem vim loquendi, ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes;* rhetoricam *palmae,* dialecticam *pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur* rhetores, dialectici *autem compressius. Obsequar igitur voluntati tuae, dicamque si potero* rhetorice, *sed hac* rhetorica philosophorum, *non nostra illa* forensi, *quam necesse est quum populariter loquatur esse interdum paullo hebetiorem.*

RHETORICE. Brut. 11. *hanc mortem* rhetorice *et tragice ornare potuerunt.* Fin. III. 8. *quod honestum sit, id solum bonum iudicemus. Potest id quidem fuse et copiose et omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis* rhetorice *et augeri et ornari, sed consectaria*

me Stoicorum brevia et acuta delectant. Tusc. III. 26. *Aeschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiae mortem hostias immolavisset. At quam rhetorice! quam copiose! quas sententias colligit! quae verba contorquet! ut licere quidvis rhetori intelligas.*

RHETORICUS. 1. Orat. I. 19. *rhetorici doctores.* Ib. II. 3. *nec vero te — rhetoricis quibusdam libris, quos tu agrestes putas, insequar et erudiam.* N. D. II. 7. *eam facultatem disserendi, quam tibi a rhetoricis exercitationibus acceptam amplificavit Academia, huc potius conferas.* Fat. 2. *rhetorica mihi vestra sunt nota.* 2. comparativus graecus occurrit in iocoso Lucilii versiculo. Orat. III. 43. *Crassum habeo generum ne rhetoricoteros tu sis.*

RHYTHMICUS. Orat. III. 49. Nec sunt haec, (scil. quae ad numerum orationum pertinent) *rhythmicorum aut musicorum acerrima norma dirigenda.* Rhythmicorum norma versatur in intervallis et numeris sonorum dimetiendis. (*die Lehre vom Tact*).

RICINIUM. Leg. II. 23. est pallium mulierum, quo in adversis rebus et luctibus utuntur. Vid. Ferrar. de Re Vestiar. I. 25. Ruben. I. 7. Salmas. ad Vop. Aurelium 45. p. 541. *Ern.*

RICTUM de labiis levi hiatu distentibus. Verr. IV. 43. *simulacrum Herculis* (apud Agrigentinos) *quo non facile quidquam dixerim me vidisse pulchrius — usque eo ut rictum* (in codd. nonnullis legitur rictus) *eius ac mentum sit paullo attritius, quod in precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent.*

RIDERE. 1. *lachen.* Fin V. 30. *M. Crassum quem semel ait in vita risisse Lucilius, ut ea re ἀγέλαστος vocaretur.* 2. *belachen, über einen scherzhaften Einfall lachen.* Q. Fr. II. 5. risi *nivem atram, teque hilari animo esse et prompto ad iocandum valde me iuvat.* 3. *auslachen, über einen lachen.* Fam. II. 9. in epistola ad Coelium aedilem curulem designatum. *Gratulor — quod ita factus sis* (aedilis) *ut dederis nobis* (*Hirrum* scil. quem Caelius aedilitate deiecerat, ut repulsam pateretur) *quem semper* ridere *possimus.* — Quid quaeris? *dum illum* rideo, *paene factus sum ille* i. e. paene aeque ridiculus atque ille.

RIDICULE. 1. *lächerlich.* Verr. IV. 66. *homo* ridicule *insanus.* 2. *witzig, scherzhaft.* Orat. I. 57.

quum multa colligeres non modo acute, sed etiam ridicule *et facete.* Orat. II. 71. *naturis aliorum irridendis, ipsorum* ridicule *indicandis* (*indem man seinen eignen Charakter mit scherzhafter Naivetät verräth*) — *risus moventur.*

RIDICULUM. 1. iocus, facete dictum (*scherzhafter Einfall*). Orat. II. 54. *quum quosdam Graecos inscriptos libros esse vidissem* de ridiculis (περὶ γελοίων) *nonnullam in spem veneram posse me aliquid ex istis discere. Inveni autem* ridicula *multa et salsa Graecorum.* Orat. 26. *altero utetur in iaciendo, mittendoque* ridiculo. ibid. *vitabit etiam* (ridicula) *quaesita, nec ex tempore ficta, sed domo allata, quae plerumque sunt frigida.* 2. Ridiculum etiam est id in quo materia est ad iocandum (*das Lacherliche und Belachenswerthe*). Orat. II. 58. *locus et regio quasi* ridiculi *turpitudine et deformitate quadam continetur.* Sic Aristoteles, Poet. C. 5 τὸ γελοῖον ἐστὶν ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον καὶ οὐ φθαρτικόν.

RIDICULUS. 1. irrisione dignus. Caecil. 18. ridiculum *est putare, causam necessitudinis ad inferendum periculum iustam esse oportere.* Arch. 4. *est* ridiculum *ad ea quae habemus nihil dicere; quaerere, quae habere non possumus.* 2. *spasshaft.* Verr. I. 46. ridiculi *e dolore* reperiebantur (*die aus ihrem Aerger und Verdrusse noch einen Spass machten*). 3. facetus, witzig, scherzhaft. ibid. *alii frigidiores erant, sed qui stomachabantur* ridiculi *videbantur esse.*

RIGARE. 1. de muliere lactante. Div. I. 11. in versibus e Ciceronis poemate de consulatu. *Martia quae parvos Mavortis semine natos uberibus gravidis vitali rore* rigabat. 2. metaphorice, *rigare ingenia* pro instituere s. docere Her. IV. 6. *Isti quum non modo dominos se fontium, sed se ipsos fontes esse dicant, et omnium* rigare *debeant* ingenia *non putant fore ridiculum, si quum id polliceantur aliis, arescant ipsi siccitate.*

RIGERE. Tusc. 1. 28. *partes* (terrae) *incultae, quod aut frigore* rigeant, *aut urantur calore.*

RIGIDUS. 1. de partibus animalium. N. D. I. 36. *Ibes — aves excelsae, cruribus* rigidis *corneo proceroque rostro.* 2. de statuis. Brut. 18. *quis — non intelligit Canachi signa* rigidiora *esse, quam ut imitentur veritatem, Calamidis* dura *illa quidem sed tamen* molliora *quam Canachi.*

RIMA. 1. de aedificiis, *Ris.* Att. XIV. 9. *Tabernae mihi duae corruerunt, reliquae* rimas *agunt.* 2. metaphorice, de orationis numeris. Orat. 69. *neque inferciens verba quasi* rimas *expleat.*

RIMARI, scrutari. Div. I. 57. *id quoque* rimatur, *quantum potest.*

RIPA. Leg. I. 5. *in viridi opacaque* ripa *inambulare.* Div. I. 28. *e quo advectus ad quandam magni fluminis* ripam. Milon. 27. (Clodius) *domino* (insulae in lacu Prelio) *trans* ripam *lacus inspectante non dubitavit aedificium exstruere in alieno.* 2. per comparationem. Brut. 91. *is dedit operam, ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret, et quasi extra* ripas *diffluentes coerceret.*

RIPULA. Att. XV. 16. *Et tamen haec* ῥωπογραφία ripulae (in Pompeiano) *videtur habitura celerem satietatem.* Vid. Ind. Gr. in ῥωπογραφία.

RISUS. Orat. II. 58. *quid sit ipse* risus, *quo pacto concitetur, ubi sit, quomodo exsistat atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus, et quomodo simul latera, os, venas, vultum, oculos occupet, viderit Democritus.* Verr. IV. 12. Risus *populi atque admurmuratio omnium facta est.* Fam. V. 2. *visa est oratio non iniucunda, et mediocris quidam* risus *est consecutus.* Att. VI. 3. *ille mihi* risum *magis quam stomachum movere solet.*

RITE. 1. recte. N. D. I. 20. *hunc deum* rite *beatissimum diximus.* Fin. II. 12. *quae potest appellari* rite *sapientia.* 2. ex more, *secundum ordinem et ritum solennem.* Harusp. 11. *si aedilis verbo aberravit ludi non sunt* rite *facti.* Her. I. 13. *testamentum ipso praesente conscribunt, testes* rite *affuerunt.* Dom. 52. *nihil* rite, *nihil caste, nihil more institutoque perfecit.*

RITUALIS. Div. I. 33. *Etruscorum* rituales *libri.* Sic olim legebatur. Nunc rectius *tonitruales*

RITUS. 1. caeremoniae more, uso, legibus receptae. Leg. II. 16. *de* ritibus *patriis colantur optimi.* N. D. III. 20. *quod si nubes retuleris in deos, referendae certe erunt tempestates, quae populi Rom.* ritibus *consecratae sunt.* Leg. II. 8. *quoque haec privatim et publice modo* rituque *fiant, discunto ignari a publicis sacerdotibus.* 2. *ritu* simpliciter etiam dicitur pro *more* vel *modo.* Lael. 9. *qui pecudum* ritu *omnia ad volupta-*

pnos. lib. XII. de Sybarita qui Lacedaemonem venerat: καὶ κληθεὶς εἰς φιδίτιον τῶν φίλων κατακλιθεὶς καὶ δειπνῶν μετ' αὐτῶν. 4. metaphorice *firmitas animi*. Fin. V. 5. *quomodo plus in virtute teneamus virtutis et roboris*. Tusc. I. 10. *totam vim bene vivendi in animi robore et magnitudine ponamus*. Fam. VII. 1. *quantum in cuiusque animo roboris est et nervorum*. Off. I. 5. *animi excelsi atque invicti magnitudo et robur*. Fam. 8. *equites Romani — qui mecum in rep. maximi fuerunt, habuerunt tantum animi, tantum roboris, ut M. Scauro testi non crederent*. 5. de virtute bellica s. fortitudine. Phil. X. 8. *alter vetustatis robore firmior, quam aetate*. 5. ipsi milites fortes, aut cives quorum multitudine et virtute res bellica geritur. Fam. X. 33. *nam et robur et suboles militum interiit*. Att. VI. 5. *auxilia sane bona Galatarum, haec enim sunt nostra robora*. Orat. 10. *versaris in optimorum civium vel flore vel robore*. Cluent. 56. equites dicuntur robore *populi Romani*. 6. de firmitate aetatis. Cael. 30. *quem pullum iam roboris accessit aetati*. Rosc. Am. 51. Messala, *qui si iam satis aetatis ac roboris haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret*. 7. de firmamento accusationis. Muren. 28. *Venio nunc ad M. Catonem quod est firmamentum ac robur totius accusationis, qui tamen ita gravis est accusator, et vehemens, ut multo magis eius auctoritatem quam criminationem pertimescam*.

ROBUSTUS. 1. de corpore. Rull. II. 31. robusti *et valentes et audaces satellites*. Catil. II. 5. *homo aetate confectus, exercitatione robustus*. 2. de voce. Caecil. 15. *in clamando video eum esse bene robustum*. 3. de animo et eius virtutibus aut vitiis. Tusc. IV. 23. robusta *illa et stabilis fortitudo*. Phil. II. 25. *Sed haec quae* robustioris *improbitatis sunt, omittamus*. 4. de aliis rebus magnis aut firmis. Planc. 8. robusta *frequentia*. Phil. V. 11. robustius *fit malum*. Div. I. 18. res vetustate robusta *i. e.* confirmata.

RODERE. 1. sensu proprio. Div. II. 27. *quasi quicquam intersit mures noctem et diem aliquid rodentes, scuta an cribra* corroserint. 2. per translationem i. q. carpere. Balb. 26. *qui in conviviis* rodunt, *in circulis* vellicant.

ROGARE. 1. *petere*. Q. Fr. I. 3. *hoc te ita* rogo, *ut maiore studio* rogare *non possim*. Lael. 12. *neque* rogemus *res turpes, neque faciamus* rogati. Verr. IV. 7.

de Cupidine signo Praxitelis nimis vili pretio vendito: *Profecto hinc natum est: Malo emere quam rogare;* quem ad locum Hotomannus: „Proverbium natum ab iis, qui gravati et illibenter precibus utuntur, ut malint quovis pretio emere, quam precibus impetrare. Est igitur εἰρωνεία; quia vilissime Verres emerit, ut emere tam vili pretio maluerit, quam rogare.“ 2. „*rogare* in petitionibus est amicorum candidati qui populum pro eo prensant. Planc. 13. *neque enim ego sic* rogabam, *ut petere viderer, quia familiaris esset meus, — sed ut quasi parenti.* Deinde vero etiam candidati, de quo quum dicitur, in deteriorem partem accipitur. Nam *petere* proprium est verbum quo utuntur, quum *prensatur* populus, *rogare* autem, quum unus hac potestate est, ut magistratus tribuat, cui velit, adeoque ab eo candidatus magistratum petit. Phil. II. 30. *in proximum annum consulatum* peteres, *vel potius* rogares; *is per municipia coloniasque Galliae, a qua nos tum, quum consulatus* petebatur, *non* rogabatur, *consulatum* petere *solebamus, cum Gallicis et lacerna cucurristi.* 3. *rogare* est porro magistratuum quum ferunt ad populum legem aut comitiis creandorum magistratuum praesunt. Muren. 1. *quibus consulatus me* rogante, (*auf meinen Antrag*) (quippe consule illius anni et comitia habente consularia) *datus esset.* Att. IX. 15. *ut consules* roget *praetor vel dictatorem dicat quorum neutrum ius est.* Sext. 26. *Pisoni provincia* rogata *est.* Leg. II. 12. *lex iure* rogata. Vid. LEX. *Iure* autem *rogatur* lex, quum in ea ferenda nihil fit contra leges de auspiciis aliasque. 4. pro *interrogare* de testibus Vat. 1. rogandum *ut religiosum testem.*“ *Ern.* 5. in senatu senatores a consule rogantur sententiam Att. I. 10.

ROGATIO. 1. *Bitte.* Q. Fr. III. 1. *Ego Curtium* rogatione *tua diligo.* 2. figura rhetorica, *Frage.* Orat. III. 53. rogatio *atque huic finitima quasi* percontatio. De eadem Orat. 40. *ut* interrogando *urgeat.* Quintil. quoque IX. 2, 6. interrogationem et percontationem discernit, ita ut illam *arguendi* hanc *noscendi* causa adhiberi dicat. 3. prensatio candidatorum in comitiis. Planc. 10. rogatio *semper est gratiosissima quae est officio necessitudinis coniuncta maxime.* 4. rogatio legis est quum fertur ad populum. Brut. 23. Libo trib. *pl.* rogationem *in Galbam privilegii similem tulit.* Cluent. 51. *dissuasio* rogationis *eius quae contra coloniam Nar-*

bonensem ferebatur. Orat. II. 47. *vi pulsum ex templo L. Cottam et T. Didium, quum intercedere vellent* rogationi *nemo poterat negare.* Sull. 22. rogatio *Caecilia* est rogatio legis de ambitu a L. Caecilio trib. pl. latae sed non perlatae. (Vid. Ind. Legg.)

ROGATIUNCULA. 1. brevis interrogatio qua ad certam conclusionem pervenitur, quales interrogationes praecipue erant Stoicorum. Vid. INTERROGATIUNCULA. Fin. I. 13. *Statua est in Ceramico Chrysippi sedentis porrecta manu, quae manus significet, illum in hac esse* rogatiuncula: *Num quidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta num est desiderat?* etc. 2. rogatio legis cuiusdam: Dom. 20. *ea te ex una* rogatiuncula *fecisse;* ubi diminutivum ponitur per contemptum

ROGATOR in comitiis est. 1. magistratus qui comitiis praeest. Vid. *Rogare.* N. D. II. 4. rogatorem *comitiorum non iustum fuisse.* 2. rogatores sunt amici candidati, aut eius ad quem lex, quae fertur, pertinet, qui singulos cives suffragia ferentes rogant, quem suffragio suo creatum velint, vel quid de lege fieri velint, idque ex veteri instituto, quo suffragia voce dabantur. Post tabellis inductis, mansit nomen *rogatoris.* Sen p. R. 11. *quando illa dignitate* rogatores *diribitores, custodesque vidistis.* Pis. 15. *vos* rogatores, *vos custodes fuisse tabularum.* Div. II. 35. rogator *centuriae.* Ern. 5. *rogator*, qui aliquid petit (*ein Bittsteller*). Att. XVI. 16. *Quod tibi idem magnopere faciendum censeo, quamquam haec epistola non est suasoris sed* rogatoris. *Igitur, mi Plance,* rogo *te et etiam oro etc.*

ROGATUM. Flacc. 5. de testibus Graecis: *videte quo vultu, qua confidentia dicant, tum intelligetis, qua religione dicant. Numquam nobis ad* rogatum *respondent: semper accusatori plus quam ad* rogatum.

ROGUS. 1. Tusc. I 35. *Metellum multi filii, filiae, neptes, nepotes in* rogum *imposuerunt.* N. D. III 35. *Dionysius in suo lectulo mortuus — in* rogum *illatus est.* Quint. 31. *ne per te ferat* (Naevius) *quo minus quae existimatio P. Quintium usque ad senectutem perduxit, eadem usque ad* rogum *prosequatur.* 2. Div. I. 23. *Calanus Indus, quum ascenderet in* rogum *ardentem. O praeclarum discessum, inquit, e vita quum ut Herculi contigit, mortali corpore cremato in lucem animus excesserit..* Fin. III. 22. *ille unus e septem sapien-*

tibus (Solon) *non sapienter Croesum monuit. Nam si beatus umquam fuisset, beatam vitam usque ad illum a Cyro exstructum rogum pertulisset.* Nempe captus a Cyro Croesus rogo erat impositus, ut combureretur vivus, ibique quum semel iterumque Solonem inclamasset, illius sui dicti memor, a Cyro servatus est.

RORANS. Sen. 14. *pocula, ut in Symposio Xenophontis, minuta atque* rorantia. Locus Symposii respicitur 2. ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν. *Rorantia* igitur *pocula* sunt, e quibus quia minuta sunt non multum vini hauriri potest, quaeque bibentem vino potius aspergunt quam perfundunt.

ROS. 1. sensu proprio. Div. I. 8. gelidos rores aurora remittit. 2. metaphorice. ibid. 12. *vitalis* ros dicitur lac maternum.

ROSA. Verr. V. 11. *pulvinus pellucidus Melitensi* rosa *fartus.* Fin. II. 20. *Regulum — quum vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse, quam potantem in rosa Thorium;* i. e. in lecto rosis consperso et laeto. Tusc. V. 25. *Sapientes omnes confiteri beatos esse necesse est A. Etiamne in cruciatu atque tormentis? M. An tu me in viola putabas, aut in* rosa *dicere?* Tusc. III. 18. *si quem tuorum afflictum maerore videris — fasciculum ad nares admovebis? incendes odores? et sertis redimiri iubebis et* rosa?

ROSTRATUS. Inv. II. 52. rostrata *navis.*

ROSTRUM. 1. *Schnabel.* N. D. II. 48. animalia *cibum partim oris hiatu et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate* rostrorum — *aliorum est ea humilitas ut cibum terrestrem rostris facile contingant.* ibid. I. 36. *ibes aves excelsae — corneo proceroque* rostro. 2. *Rüssel.* Div. I. 3. *Sus* rostro *si humi A literam impresserit num propterea suspicari poteris Andromacham Ennii ab ea posse describi?* 3. per comparationem Leg. II. 3. *hoc quasi* rostro *finditur Fibrenus.* 4. Rostra dicuntur suggestum illud notissimum in foro Romano, rostris navium ab hostibus captarum adornatum (Liv. VIII. 14.) unde conciones ad populum habebantur. Vatin. 10. *quum L. Vettium — in concionem produxeris, indicem in* Rostris, *in illo inquam augurato templo ac loco collocaris, quo auctoritatis exquirendae causa ceteri tribuni plebis principes civitatis producere consueverunt, ibi tu indicem Vettium linguam et vocem suam sceleri et menti tuae*

praebere voluisti. Pis. 3. *Semper in* Rostris *curiam, in Senatu populum defendi.* Off. III. 20. *constituerunt, ut omnes simul in Rostra post meridiem escenderent.* Phil. IX. 7. *Senatui placere Ser. Sulpicio statuam pedestrem aeneam in* Rostris *— statui.*

ROTA. 1. instrumentum rotae simile apud Graecos in quo tormenti causa servi extendebantur vel poenae causa vel ad exquirendam veritatem; ὄργανον βασανιστικόν. Tusc. V. 9. *Theophrastus in eo libro quem scripsit de vita beata multa disputat, quamobrem is qui torqueatur, qui cruciatur, beatus esse non possit. In eo etiam putatur dicere in rotam beatam vitam non escendere.* 2. metaphorice. Pis. 10. *in quo nec tam quidem quam illum suum saltatorium versaret orbem fortunae* rotam *pertimescebat.*

ROTUNDARE. Univ. 10. quum similem universitatis naturae efficere vellet ad volubilitatem rotundavit.

ROTUNDE. Fin. IV. 3. rotunde *dicere* opponitur minutis, exilibus, angustis Stoicorum interrogatiunculis

ROTUNDUS. 1. sensu proprio. Fin. II. 12. *quadratum,* rotundum. Orat. III. 45 *incolumitatis ac salutis omnium causa videmus hanc staturam esse huius totius mundi atque naturae,* rotundum *ut caelum, terraque ut media sit.* Univ. 6. Deus mundum *— ea forma figuravit, qua una omnes reliquae formae concluduntur, et globosus est fabricatus, quod* σφαιροειδὲς *Graeci vocant — idque ita tornavit, ut nihil effici possit* rotundius. N. D. I. 8. audite, inquit, (Velleius Epicureus) *non futiles commenticiasque sententias, non opificem — mundi Platonis de Timaeo deum — neque vero mundum ipsum animo et sensibus praeditum,* rotundum, *ardentem, volubilem deum.* Ibid. c. 10. *nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui animantem, immortalem, et eundem beatum* rotundum *esse velint, quod ea forma ullam negat esse pulcriorem Plato.* At mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni, vel pyramidis videtur esse formosior. *Quae vero tribuitur vita isti* rotundo *deo? Nempe ut ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem possit.* N. D. II. 46. *in aethere astra volvuntur quae se et nixu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. Sunt enim* rotunda, *quibus formis, — minime noceri potest.*

2. *oratio* dicitur *rotunda*, quae est numerose structa, ut sit volubilis et nihil habeat asperitatis. Orat. 12 Quum concisus ei (Isocrati) Thrasymachus minutis numeris videretur et Gorgias — *Theodorus autem* praefractior, *nec satis ut ita dicam* rotundus, *primus instituit dilatare verbis, et* mollioribus numeris *explere sententias*. Brut. 78. *verborum et apta et quasi* rotunda *constructio*.

RUBER. N. D. I. 35. *genera beluarum quae in* rubro *mari Indiave gignantur*. Her. IV. 30. *hunc dico* rubrum, *brevem, incurvum* —

RUBERE erubescere pudore. Att. XV. 4. rubeo *mihi crede*. Verr. II. 76. *haerere homo, versari*, rubere.

RUBOR. 1. de colore faciei, vel omnino corporis. N. D. I. 27. *dicemus idem* (de diis) *quod in Venere Coa; corpus illud non est, sed simile corpori; nec ille fusus et candore mixtus* rubor *sanguis est, sed quaedam sanguinis similitudo*. 2. de rubore signo pudoris. Tusc. IV. 8. *ex quo fit ut pudorem* rubor, *terrorem* pallor *consequatur*. Orat. II. 59. *praestet orator ingenuitatem et* ruborem *suum, verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda*. 3. metaphorice de orationis ornatu nimis quaesito et affectato. Orat. 23. (In genere orationis tenui) *removebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarum;* fucati *vero medicamenta candoris et* ruboris *omnia repellentur*.

RUBRICA. Her. III. 22. ut si (imaginem mnemonicam) rubrica *delibutam inducemus, quo magis insignita sit forma*.

RUCTARE. Tusc. V. 35. *confer sudantes* ructantes, *refertos epulis, tamquam opimos boves, tum intelliges, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi*. Fam. XII. 25. (Antonium) *ego* ructantem *et nauseantem conieci in Caesaris Octaviani plagas*. Phil. II. 25. in coetu populi Romani — *magister equitum* (Antonius) *cui* ructare *turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum et totum tribunal implevit*.

RUCTUS. Fam. IX. 22. *Stoici* crepitus *aiunt aeque liberos ac* ructus *esse oportere*.

RUDENS. Fam. VIII. 2. hic tibi „*strepitus, fremitus, clamor tonitruum et rudentum sibilus*" Hunc versiculum ex poeta quodam tragico (qui navem in mari tempestate coorta laborantem descripserat) desumptum Caelius adhibet, narrans Hortensium quum in theatrum

venisset, exsibilatum esse. Tusc V. 14. *Laconis dictum; qui glorianti cuidam mercatori quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset, Non sane optabilis quidem ista, inquit,* rudentibus *apta fortuna* Div I. 56. *non illa quae futura sunt, subito exsistunt, sed est, quasi* rudentis *explicatio, sic traductio temporis nihil novi efficientis et primum quidque replicantis.*

RUDIS. 1. de aedificio. Q Fr. II. 9. *villa aperta ac ne* rudis *quidem etiam nunc.* 2. *ignarus, imperitus, indoctus.* Ac. pr. II. 1. rudis *rei militaris.* Orat I. 50. *fateor callidum quendam hunc* (oratorem) *et nulla in re* tironem *ac* rudem, *nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.* ibid. 10. *Ser Galbam memoria teneo — ignarum legum, haesitantem in maiorum institutis,* rudem *in iure civili.* Verr. II. 6. (Verres) *non provinciae* rudis *erat ac tiro.* Flacc. 7. *homines imperiti, rerum omnium* rudes *ignarique.* 3. *impolitus.* Brut. 85. *forma ingenii admodum impolita ac plane* rudis. Orat. I. 8. *quid esse potest in otio, aut iucundius, aut magis proprium humanitatis, quam sermo facetus ac nulla in re* rudis

RUDIS, baculus quo gladiatores in arte pugnandi exercebantur; eoque ii donari solebant, qui a lanistis postquam saepius cum laude pugnassent dimittebantur. Hinc illud in Antonium Phil. II. 29. *tam bonus gladiator* rudem *tam cito accepisti?* scil. quia nec Caesarem in Africam secutus erat, et in Hispaniam profectum sero sequebatur, quasi vacationem a bello haberet

RUERE. 1. *concidere.* Manil. 7. Ruere *illa non possunt. ut haec non eodem labefactata motu concidant.* 2. „de eo qui impotentia animi permotus violentis consiliis utitur, fere ut, qui furere dicuntur. Att. VII. 20. *illum* ruere *nuntiant.* ibid. 21. *sed antiquiores literae quam* ruere *coepit.* Rosc. Am. 32. *qui tamquam si effusa reip. sempiterna nox esset, ita* ruebant *in tenebris, omniaque miscebant.* 3. *peccare, labi.* Dom. 55. *non potuit ullo modo non in agendo* ruere *ac saepe peccare.* 4. Fin. II. 6. sed dum dialecticam contemnit Epicurus — ruit *in dicendo (verläuft er sich in seinem Vortrage) — nec ea quae docere vult, ulla arte distinguit.*

RUGA. Sen 18. *non cani, non* rugae *repente auctoritatem arripere possunt.*

RUINA. 1. sensu proprio. Orat. II. 86. (*ferunt*) — *hoc interim spatio — conclave illud ubi epularetur*

Orat.

Orat. I. 57. *constat agnascendo* rumpi *testamentum.* ibid. I. 38. *testamentorum* ruptorum *iura* 3. vehementer angi. Q. Fr. III. 9. *ego his malis reip. quibus antea* rumpebar *nunc ne moveor quidem.*

RUMUSCULUS. Cluent. 38. *imperitorum hominum* rumusculos *aucupari.* Leg. III. 16. lex tabellaria — *a nobili homine lata L. Cassio, sed dissidente a bonis atque omnes* rumusculos *populari ratione aucupante;* quod recte Goerenzius V. C. interpretatur: *qui studiose omnes vel levissimos rumores de iudiciis pecunia corruptis captabat, ut inde gratiam apud populum iniret.*

RUNA vocabulum priscum, quod teli genus significabat. Leg. III. 9. *L. Gracchus* runis *et sicis ii, quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives nonne omnem reip. statum permutavit?*

RUS. Laudat. Rosc Am 46. *habet animi causa* rus *amoenum et suburbanum.* Off. III. 1. *urbe relicta* rura *peragrantes, saepe soli sumus.* Orat. II. 6. *quum* rus *ex urbe tanquam e vinculis evolavissent.* Off. III. 31. *L. Manlio, M. Pomponius diem dixit — criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus ab hominibus relegasset et* ruri *habitare iussisset.* Rosc. Am. 16. (Roscius) *quum duos filios haberet, alterum a se non dimittebat, alterum* ruri *esse patiebatur.* Att. XV. 6. rure *iam redieram.* Att. XIII. 49. *Atticae salutem quam equidem* ruri *esse arbitror.* In vett. codd. legebatur *rure esse;* quod etsi Servius et Festus dicendum esse statuerunt *ruri,* ubi intelligitur status s. mansio in rure, nonnunquam tamen etiam *rure esse* pro *ruri esse* dictum fuisse Malaspina opinatur adhibito Sosipatri gramm. testimonio ex libro 1.

RUSSUS, ruber. Div. II. 26. *galli gallinacei, ut ait Ennius, favent faucibus* russis *cantu.*

RUSTICANUS. Verr. I. 48. *homines* rusticani *ex municipiis.* Att. VIII. 13. *multum mecum municipales homines loquuntur multum* rusticani. *Nihil prorsus aliud curant nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos.* Rosc. Com. 15. *homines illius ordinis ex municipiis* rusticanis ibid. *Quid si constat hunc (Sex. Roscium) non modo colendis praediis praefuisse, sed certis fundis, patre vivo, frui solitum esse? Tamenne haec attenta vita et* rusticana *relegatio atque amandatio appellabitur?* Tusc. II. 22. C. Marius rusticanus *vir, sed plane vir, quum secaretur — vetuit se alligari.*

rustica, *das Landleben.* Rosc. Am. 27. *vita haec* rustica, *quem tu agrestem putas, parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est.* Et paulo ante: *praeter illud — in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita istiusmodi maleficia gigni non solere.* §. rusticus opponitur *urbano*, et significat indoctum, parum excultum. Orat. I. 6. *Si iam mihi disputandum sit de his nostris studiis nihil equidem apud rusticos,* (h. e. illiteratos) *sed multo minus apud vos* (scil. doctissimos). Orat. 24. *Translatione frequentissime sermo omnis utitur, non modo urbanorum, sed etiam* rusticorum.

RUTA. Fam XVI. 23. *ad cuius* rutam *mihi pulegio tui sermonis utendum.* Vid. *Pulegium.*

RUTA CAESA. Ita dicitur suppellex omnis quae loco moveri potest, et quae vel ruitur, vel etiam caeditur. Partit. 31. *quum quaeritur quae sint* ruta caesa. Top. 26. *feci, quod saepe liberales venditores solent, ut quum aedes fundumve vendiderint,* rutis caesis *receptis concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa apte et loco positum esse videatur.*

RUTULA ruta pusilla. Fam. IX. 22.

S.

SACCULUS. Fin II. 8.

SACCUS. Verr. I. 38. *quum iste coria, cilicia* saccos *imperaret.*

SACELLUM. Rull. II. 14. *sunt loca publica urbis, sunt* sacella, *quae post restitutam tribuniciam potestatem nemo attigit, quae maiores in urbe partim periculi perfugia esse voluerunt,* ubi Lambinus e Puteani edidit: *in urbe* portus *periculi et perfugia esse voluerunt.* Significantur autem ea quae dicuntur *asyla.*

SACER. Fam. XIII 1. *Arpinatium omnia commoda omnesque facultates quibus et sacra conficere et sarta tecta* aedium sacrarum, *locorumque communium tueri possint, consistunt in his vectigalibus.* Dom. 13. *arrogans est de religione, de rebus divinis de caeremoniis* sacris *pontifices docere conari.* Leg. III. 14. *quis ferret istos, quum videret eorum villas signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam* sacris *et* religiosis? Recte Goerenzius: „Sensus est: abominati

enim isti apud omnes forent, qui a sociis signa et tabulas pictas in publicis sacrisve locis dedicatas abstulerunt, (prout Verres); omnes compescerent eorum libidines in omnis generis magnificentia conspicuas, nisi illi ipsi (principes P. R. in quibus erat L. Lucullus) quorum maxime erat, ut eas compescerent, eadem cupiditate tenerentur."

SACERDOS. Leg. II. 8. *divis aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto.* Verr. IV. 45. Sacerdotes *Cereris atque illius fani antistitae probatae mulieres.* Balb. 24 *Sacra Cereris, summa maiores nostri religione confici caeremoniaque voluerunt; quae quum essent assumpta de Graecia, et per Graecas semper curata sunt* sacerdotes *et Graeca omnia nominata: sed quum illam, quae Graecum illud sacrum monstraret et faceret, ex Graecia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales scientia peregrina et externa, mente domestica et civili precaretur. Has* sacerdotes *video fere aut Neapolitanas aut Velienses fuisse foederatarum sine dubio civitatum.* 2. de M. Antonio qui flamen erat C. Iulio Caesari. Phil. II. 43. *o detestabilem hominem, sive quod tyranni* sacerdos *es, sive quod mortui.* 3. Sext. 17. metaphorice Clodius dicitur *stuprorum* sacerdos.

SACERDOTIUM. Sen. 10. *Metellus pontifex maximus XXII annos ei* sacerdotio *praefuit.* Rab. Perd. 10 *L. Vaccus homo in* sacerdotio *caerimoniisque, quibus praeerat, diligentissimus.* Dom. 53. *Licinia virgo Vestalis sanctissimo* sacerdotio *praedita.* Fam. II. 7. ad Curionem: de sacerdotio tuo *quantam curam adhibuerim — cognosces.* Agitur de pontificatu quem Curio petiit et obtinuit. Phil. XIII. 4. *amplissimum* (Lepidi) sacerdotium *est pontificatus.* Fam. III. 10. ad Appium Pulchrum (qui, ut Cicero ipse, erat in augurum collegio). *Quid? — amplissimi* sacerdotii *collegium? in quo non modo amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne optari quidem* sacerdotem *licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus?*

SACRAMENTUM. 1. *ius iurandum militare.* Off. I. 11. *ut secundo eum obliget militiae* sacramento; *quia priore amisso iure cum hostibus pugnare non poterat.* Pearcius ad h. l. sacramento distinguit ius iurandum militare, e Liv. XXII. 38. Male. Nam ibi non distinguuntur *sacramentum* et *iusiurandum*, sed *sacramentum*

voluntarium, et *legitima iurisiurandi adactio*. 2. In foro *sacramentum* erat pecunia, quae a litigantibus deponebatur apud Pontificem ut qui causa cecidisset, amitteret eam pecuniam; quod eius rei causa fiebat, ne impune alicui negotium petendo, aut iniusta petendi infitiando, frustra crearetur. Instituta autem res est etiam propter inopiam aerarii, auctore Varrone, ut id inde aliquem reditum haberet. Differt a sponsione sacramentum in eo, quod in sponsione non deponitur pecunia, sed tantum promittitur. Vid. Hotomann. ad Or. pro Quintio c. 8. pro eadem re habet Facciolatus ad hanc orationem. Fam. VII. 32 sacramento *contendere*. Hinc 3. ipsa petitio *sacramentum* dicitur, quae sacramento interposito fit. Caecin. 33. *non posse nostrum* sacramentum *iustum iudicari*. Dom. 29. *si decemviri* sacramentum *in libertatem iniustum* iudicassent." *Ern.* 4. iocose transfertur ad controversias philosophicas, vel ad alia quae quis pro certis defendit. Orat. I. 10. *Agerent tecum Pythagorei, quibuscum tibi iusto* sacramento *contendere non liceret*. Fam. VII. 32. de dictis iocosis quae Ciceroni tribuebantur. Fam. VII. 32. *Plane si me amas* nisi — ἔντεχνα *et arguta apparebunt, ut* sacramento *contendas mea non esse.*

SACRARE dedicare. Div. I. 13. *quod patriae vocis studiis nobisque* sacrasti.

SACRARE *sacrum et inviolabile efficere*. Balb. 14. *sanctiones* sacrandae *sunt aut genere ipso aut obtestatione et consecratione legis aut poenae.*

SACRARIUM. Verr. IV. 2. *erat apud Heium* sacrarium *cum magna dignitate in aedibus a maioribus traditum*. Mil. 32. sacrarium *Bonae Deae*. Fam. XIII. 2. C. Avianus, qui habitat in *tuo sacrario*, id est, ut Manutius recte interpr., parte aedium urbanarum exsulis C. Memmii. Nam *sacraria* non modo in sacris aedibus, verum in profanis etiam esse poterant, loca quaedam consecrata, vel ubi sacrae res custodirentur, vel ubi sacra gentilicia fierent. Verr. IV. 2. Sueton. Aug. c. 5. Tiber. 51. 2. metaphorice. Catil. I. 9. quid *ego te invitem* (ut Roma discedat) — a quo etiam *aquilam illam* argenteam — *cui domi tuae* sacrarium *scelerum tuorum constitutum fuit, scio esse praemissam.* Idem tangit Catil. II. 6.

SACRATUS. Leg. II. 7. *leges sacratae*. Vid. Ind. Legg.

SACRIFICATIO. N. D. II. 27. *in ea dea* (Vesta) *quae est rerum custos intimarum omnis et precatio et sacrificatio extrema est*; i. e. ultimae preces et sacrificia eius honori instituuntur. Graeci etiam ab ea incipere preces et sacrificia testantur. vid. Cornut. de N. D. c. 28. Hymn. Homer. XXVIII. 4. quae loca Davisius laudavit; qui et illud notavit in Vesta sacrificia desiisse, perpaucos, at ab ea incepisse multos testari, ut Ovid. Fast. VI. 30? Sil. Ital. VII. 184.

SACRIFICIUM. Tusc. I. 47. *solemne et statum sacrificium*. Orat. III. 19. *Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt, quum essent ipsi a Numa, ut itidem illud epulare sacrificium facerent, instituti*. Harusp. 15? *L. Pisonem quis nescit his ipsis temporibus maximum et sanctissimum Dianae sacellum in Caeliculo sustulisse? adsunt vicini eius loci; multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilicia illo ipso in sacello, statuto loco anniversarii factitarint*. Sacrificia *gentilicia* sunt certae cuidam genti s. familiae propria.

SACRILEGUS qui furatur sacra, vel in fano deposita. Leg. II. 16. sacrilego *poena est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum*. Dom. 43. de simulacro libertatis in Ciceronis domo a Clodio collocato: *Hanc deam quisquam violare audeat, imaginem meretricis, ornamentum sepulcri, a fure sublatam, a sacrilego collocatam?*

SACROSANCTUS. Balb. 14. Primum sacrosanctum *esse nihil potest, nisi quod populus plebesve sanxisset; deinde sanctiones* sacrosanctae *sunt aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis, aut poenae, quum caput eius, qui contra facit, consecratur*. Sacrosanctum igitur est certa sanctione populi inviolabile, ita ut qui violaverit, ei capitale sit. Catil. II. 9. *in vastatione omnium tuas possessiones* sacrosanctas *futuras putas?*

SACRUM. Balb. 24. Sacra *Cereris per Graecas semper curata sunt sacerdotes, et Graeca omnia nominata*. N. D. III. 23. *Dionysus quartus Iove et Luna natus, cui sacra Orphica putantur confici*. Leg. II. 22. *sacrum commissum quod neque expiari poterit, impie commissum esto; quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto*. Ad h. l. Turnebus: peccatur in sacra

diesque festos prudenter, vel imprudenter. Prudentia impia est, nec expiari potest. Contemptum enim habet religionis et sceleris. Imprudentia expiatur. Varr. L. L. V p. 70. Macrob Saturn. I. 16. „*Praeter mulctam vero affirmabant eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere:* prudentem *expiari non posse Scaevola pontifex asseverabat.* Orat. 41. *an quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est, ut est; quibus ipsa sacra retineri defendique possint, non honestum est?* Leg. II. 19. *de sacris* haec *sit una sententia, ut conserventur semper, et deinceps familiis prodantur, et ut in lege posui, perpetua sint* sacra. *Hoc posita haec iura Pontificum auctoritate consecuta sunt, ut, ne morte patris familias* sacrorum *memoria occideret, iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia venerit. Hoc uno posito — innumerabilia nascuntur, quibus implentur ICtorum* libri. *Quaeruntur enim qui adstringuntur* sacris. *Heredum causa iustissima est; nulla est enim persona, quae ad vicem eius, qui e vita emigrarit, propius accedat. Deinde qui morte testamentove eius tantundem capiat, quantum omnes heredes. Id quoque ordine: est enim ad id quod propositum est accommodatum. Tertio loco, si nemo sit heres, is qui de bonis quae eius fuerint quum moritur* (*Davisius* legendum censet: *quum mortuus est*) *usu ceperit plurimum. Quarto, qui, si nemo sit, qui ullam rem ceperit, de creditoribus eius plurimum servet. Extrema illa persona est, ut si quis ei qui mortuus est pecuniam debuerit neminique eam solverit, perinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit.* Att. I. 18. *anniversaria* sacra *Iuventutis.* 2. salse per translationem dicit. Cicero dixit: *Luculli uxorem Memmius suis sacris initiavit* h. e. eam stupravit.

SAEVITIA opponitur clementiae. Off. II. 7. *heris sane adhibenda* saevitia *in famulos, si aliter teneri non possunt.* Partit. 4 *in iudicio aut* saevitiam *aut clementiam iudicis sibi proponet orator.*

SAGA. Div. II. 63. *Venit in contentionem utrum sit probabilius deosne — concursare omnium mortalium non modo lectos, verum etiam grabatos, obiicere his visa quaedam tortuosa et obscura — an natura fieri ut mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur. Utrum philosophia dignius* sagarum *superstitione ista interpretari, an explicatione na-*

turae? ibid. I. 31. *Sagire sentire acute est, ex quo sagae anus, quia multa scire volunt.*

SAGACITAS. 1. proprie canum. N. D. II. 163. *canum incredibiles ad investigandum* sagacitas *narium (Spürkraft)*. 2. de hominibus. Verr. I. 41. *qua est iste* (Verres) sagacitate *in his rebus* scil. ad investiganda lucra ex aliorum hereditatibus. ibid. IV. 12. de phaleris quas Philarcho abstulerat Verres: *qui dixit pro testimonio — quum abs te appellatus esset negasse habere sese, apud alium quoque eas habuisse depositas ne qua invenirentur, istum tantam fuisse* sagacitatem, *ut eas per illum ipsum inspiceres, ubi erant depositae.*

SAGACITER de calliditate in coniectandis aliorum cogitationibus. Att. VI. 4. *illud μυστικώτερον, tu* sagacius *odorabere.* Orat. I. 52. *acuto homine nobis opus est, et natura usuque callido, qui* sagaciter *pervestiget quid sui cives — cogitent, sentiant, opinentur, exspectent.* ibid. II. 44. *equidem quum aggredior ancipitem causam et gravem ad animos iudicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut* oderer *quam* sagacissime *possim, quid sentiant, quid existiment, quid exspectent quid velint.*

SAGATUS, sago indutus. Font. 11. Galli sagati braccatique. Phil. XIV. 1. *deinde cras* sagati *prodeamus.* Vid. SAGUM.

SAGAX. 1. Div. I. 31. *sagire, sentire acute est, ex quo —* sagaces *dicti canes.* Fam. X. 23. *nimia eius indulgentia in Lepidum ad haec pericula perspicienda fecit eum minus* sagacem. Fin II. 14 *homines — hoc uno a bestiis plurimum differunt, quod rationem habeant a natura datam, mentemque et acrem et vigentem, celerrimeque multa simul agitantem, et ut ita dicam* sagacem.

SAGINA de pauperibus qui ab homine divite saturantur, vel stipe donantur. Flacc. 7. *Nuper epulati paullo ante omni largitione saturati Pergameni quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate sed* sagina *tenebat, se velle dixit, id sutores et zonarii conclamabant.*

SAGINARE metaphorice. Sext. 36. *qui ab illo pestifero ac perdito cive iam pridem reip. sanguine* saginantur. Hoc quid sit explicatur Orat. pro Mil. 2. *unum genus est adversum infestumque nobis, eorum quos*

P. Clodii furor rapinis *et* incendiis, *et omnibus* exitiis *publicis* pavit.

SAGIRE. Div. I. 31. Sagire, *sentire acute est.*

SAGITTA. Ac. pr. II. 28. *quid apud Euripidem Hercules* (in tragoedia Ἡρακλῆς μαινόμενος) *quum ut Eurysthei filios, ita suos configebat sagittis.*

SAGITTARIUS. 1. Att. V. 20. *magna tormentorum copia, multis* sagittariis — *[illegible] confecimus.* Phil. V. 6. hanc *pestem* (M. Antonium) *agmen armatorum sequebatur — [illegible] agminis locum tenebant barbari sagittarii.* 2. signum Zodiaci fr. Arat. Phaen. v. 279. *inde* Sagittari *defixum [illegible] arcum.*

SAGITTIPOTENS; sagittarius in Zodiaco fr. Arat. Phaen. v. 325. *Inde* sagittipotens *dextra flexum tenet arcum.*

SAGULUM. Pis. 23. *Togulae lictoribus* (Pisonis e Macedonia redeuntis) *ad portam praesto fuerunt, quibus illi acceptis* sagula *reiecerunt, et catervam imperatori suo novam praebuerunt.*

SAGUM. 1. vestis militaris, qua tamen Romano more sicubi tumultus aliquis exortus esset vel gravius e bello periculum exsisteret omnes fere cives utebantur. Verr. V. 36. *iste* (Verres) *excitatus* (nuntio de praedonum adventu) exit — sagum *sumit.* Phil. XIV. 1. *si D. Brutum egressum iam Mutina* (ubi fuerat ab Antonio obsessus) *cognovissem, propter cuius periculum* ad saga *issemus, propter eiusdem* salutem *redeundum ad pristinum vestitum* (i. e. ad togas) *sine ulla dubitatione censerem.* — Ante vero — reditum *ad vestitum confectae victoriae reservate. Confectio autem huius belli est* D. Bruti salus. *Quae autem est ista sententia, ut in hodiernum diem vestitus mutetur, deinde cras sagati prodeamus? Nos vero quum semel ad eum — vestitum redierimus, id agamus, ut eum in perpetuum retineamus. Nam hoc quidem quum turpe est, tum ne diis quidem immortalibus gratum, ab eorundem aris, ad quas togati adierimus ad saga sumenda discedere. Atque animadverto P. C. quosdam huic favere sententiae — ne memoriae posteritatique prodatur, propter unius civis periculum* populum Rom. ad saga *isse, propter eiusdem salutem redisse ad* togas. Phil. V. 12. *tumultum decerni, iustitium indici,* saga *sumi dico oportere.*

SAL. 1. sensu proprio. Lael. 19. *Verum est illud quod dicitur multos modios* salis *simul edendos esse,*

ut amicitiae munus expletum sit. N. D. II. 64. *Sus quid habet praeter escam? cui quidem ne putisceret animam ipsam pro* sale *datam dicit esse Chrysippus.* 2. metaphorice *sal* vel sales dicuntur de utroque genere facetiarum tam eo quod est in singulis verbis et sententiis quam eo quod est fusum per totam orationem. N. D. II. 29. salem *istum quo caret vestra* natio (i. e. secta Epicureorum) *in irridendis nobis nolitote consumere.* Orat. II. 2... *alter* (Caesar) *inusitatum quendam nostris oratoribus leporem et* salem — *est consecutus.* ibid. II. 54. *suavis et vehementer saepe utilis iocus et facetiae, quae etiam si alia omnia tradi arte possunt, naturae sunt propria certe, neque ullam artem desiderant — quo magis mihi testis esse potes aut nullam esse artem* salis (*keine Theorie für Witz und Scherz*) *aut si qua est, eam nos tu potissimum docebis.* Orat. 26. *Huic generi orationis aspergentur etiam* sales — *quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Utetur utroque, altero in narrando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo.* Att. II. 10. *literae sparsae* sale *humanitatis*

SALAX, *geil.* Att. VI. 3. *levis, libidinosus,* salax.

SALEBRA. 1. proprie *Triebsand.* Orat. 12. *sine ullis* salebris *quasi sedatus amnis fluit*, quo loco *salebrae* simul ponuntur per comparationem pro asperitate verborum et numerorum in oratione. 2. „in Philosophia *salebrae* sunt difficultates, ex quibus non facile quis se expediat. Fin. II. 10. haec sunt contraria (repugnantia). *Hic si definire vel dividere didicisset, nunquam in tantas* salebras *incidisset.* Fin. V. 28. *proclivius currit oratio; venit ad extremum; haeret in* salebra.

SALIARIS. Att. V. 9. *quum epulati essemus* Saliarem *in modum* i. e. opipare, ut Salii sacerdotes epulari solebant.

SALICTUM, *Weidenpflanzung.* Div. I. 20. *me visus homo pulcher per amoena* salicta *et ripas raptare.* Ex Ennio. Rull. II. 15. salicta *ad Minturnas.*

SALIENTES scil. aquae *Springwasser durch Wasserkunst.* Q. Fr. III. 1. *mirifica suavitate villam habebis, piscina et* salientibus *additis.*

SALII sacerdotes Martis. Liv. I. 20. *Numa* Salios *duodecim Marti Gradivo legit, tunicaeque pictae insigne dedit et super tunicam aeneum pectori tegumen caelestiaque arma, quae Ancilia appellantur, ferre, ac*

per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu iussit. Orat. III. 51. *nihil est tam cognatum mentibus nostris quam numeri atque voces — quorum illa summa vis carminibus est aptior et cantibus, non neglecta — a Numa rege doctissimo maioribusque nostris, ut epularum sollemnium fides ac tibiae* Saliorumque versus *indicant* Div. I. 17. *Romuli lituus — quum situs esset in curia* Saliorum, *quae est in Palatio eaque deflagravisset, inventus est integer.*

SALINAE. 1. sensu proprio. N. D. II. 53. salinae *ab ora maritima remotissimae.* Manil. 6. publicani maximas familias (i. e. magnam multitudinem servorum) — *in* salinis *habent.* 2. metaphorice de facetiis et iocis, quae dicuntur *sales.* Fam. VII. 32. *in literis* (tuis) *omnia mihi periucunda fuerunt, praeter illud quod parum diligenter* possessio salinarum *mearum a te procuratore defenditur. Ais enim ut ego discesserim omnia omnium dicta* (scil. quae faceta aut iocosa perhibentur) *in his etiam Sestiana in me conferri.* Quod hic Cicero iocose appellat salinarum possessionem, de eo paullo post ita: Urbanitatis *possessionem, amabo, quibusvis interdictis defendamus.*

SALSAMENTARIUS qui salsamenta facit aut vendit. Her. IV. 54. ut si salsamentarii *filio dicas: Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.*

SALSAMENTUM. Div. II. 57. contra eos qui evanuisse aiebant in oraculo Delphico vetustate vim loci eius, unde anhelitus ille terrae fieret, quo Pythia mente incitata oracula ederet: *de vino aut* salsamento *putes loqui quae evanescunt vetustate.*

SALSE, *witzig, scherzhaft.* Orat. II. 68. *quae* salse *dicuntur.* ibid. II. 54. *hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum, et ea quae occurrant quum* salsissime *dici possint tenere.*

SALSUS. 1. de dictis facetis. Orat. II. 54. *ridicula et* salsa *multa Graecorum.* ibid. II. 67. *Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse. Genus est perelegans et cum gravitate* salsum. Fam. IX. 15. *accedunt non Attici, sed* salsiores, *quam illi Atticorum Romani veteres atque urbani* sales. Orat. 26. *quidquid est* salsum *aut salubre in oratione id proprium Atticorum est.* 2. de hominibus facetis. Orat. II. 36. *esse quamvis*

facetum atque salsum, *non nimis est per se ipsum invide dum.* 5. de rebus venustis aut lepidis. Att. XVI. 12. de Ἡρακλείδῃ Varronis *negotia* salsa; *me quidem nihil umquam sic delectavit.* Respicitur ad Attici narrationem aliquam de illo Varronis libro, ut nos dicimus: *das ist eine lustige Geschichte.* Non enim videtur tantum ad Attici facetias in eius epistola, quod Manutius putabat, pertinere. N. D. I. 28. Q. Catulo Roscius deo pulchrior videbatur. At erat *sicut hodie est, perversissimis oculis. Quid refert? si hoc ipsum* salsum *illi et venustum videbatur.*

SALTARE. Muren. 6. *nemo* saltat *sobrius nisi qui forte insanit, neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto.* Catil. II. 10. *In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri omnes impuri impudicique versantur. Hi pueri tam lepidi ac delicati, non solum amare et amari, neque* cantare et saltare, *sed etiam sicas vibrare — didicerunt. — Quo autem pacto illi Apenninum atque illas pruinas ac nives perferent? nisi idcirco se facilius hiemem toleraturos putant, quod* nudi *in conviviis* saltare *didicerunt.* Pis. 10. *quum collegae tui domus cantu et cymbalis personaret, quumque ipse* nudus *in convivio* saltaret. Off. III. 24. *si quis sapiens rogatus sit ab eo, qui eum heredem faciat — ut ante quam hereditatem adeat luce palam in foro* saltet, *idque se facturum promiserit — quoniam promisit, si* saltare *in foro turpe ducet honestius mentietur, si ex hereditate nihil ceperit — nisi forte eam pecuniam in reip. magnum aliquod tempus contulerit, ut vel* saltare *eum, quum patriae consulturus sit turpe non sit.* Orat. III. 22. *si esset mihi de histrione dicendum, negarem — posse eum satis facere in gestu, nisi palaestram, nisi* saltare *didicisset.* 2. metaphorice. Orat. 67. *Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult* — saltat, *incidens particulas;* de nimia frequentia incisorum, s. incisim dictorum in oratione.

SALTATIO. Muren. 6. *tempestivi convivii multarum deliciarum comes est extrema* saltatio. Brut. 62. *Sex. Titius homo loquax sane, et satis acutus sed tam solutus et mollis in gestu, ut* saltatio *quaedam nasceretur, cui* saltationi Titius *nomen esset.*

SALTATOR in convicii loco dicitur. Muren. 6. Sen. p. Red. 6. Off. I. 42. ad quem locum Graevius multis disputat in hanc sententiam, saltationem non

omnem fuisse turpem, sed histrionicam et scenicam. Itaque [saltatorem esse histrionem, qui carmine saltet, quod] erat Romae inprimis pantomimorum qui nonnisi saltando fabulas exhibebant, ut iam docuit erudite Salmasius ad Vopisc. Aurelian. 7. p. 435. et Casaub. p. 830. sq. Saltationem aliquam autem fuisse honestam, ex multis rebus intelligi posse, tamquam quod in pompis sacris fuerit usurpata etc. Neque tamen mihi videtur tota illa disputatione vulgarem sententiam satis confutare, quae saltare turpe fuisse Romae censet. Scilicet, qui huic sunt addicti, non negant honestum fuisse, in sacris ludis et pompis ad praescriptos caeremoniis modos saltare; de his saltationibus non est sermo, sed an extra hoc genus sacrum, v. c. in conviviis honestum fuerit saltare; quod mihi non videtur. Nam diserte Cicero pro Murena c. 6. *nemo* saltat *sobrius nisi forte insanit, neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto. tempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema* saltatio. Ut nam dixisset Graevius, ubi locus fuerit saltationi praeterquam in sacris. Si non in solitudine, non in convivio honestum est saltare, ubi tandem est? Off. III. 19. *dares hanc vim M. Crasso — in foro mihi crede* saltaret. Estne hoc *histrionem pantomimum agere?* Si non per se indignum honesto et — gravi homine esset saltare, quomodo hoc dicere potuisset? Sensus est: omnia indignissima hereditatis causa faceret Crassus, et quod etiam domi turpe est, id vel in foro faceret ut saltaret. Denique pantomimorum saltatio sub Caesaribus domum inventa est. *Ern.* Off. I. 42. inter eos qui in sordida arte versantur i. e. quae parum ingenuos deceat, referuntur *saltatores* i. e. histriones; de quorum infamia dignus est qui legatur I. M. Heusinger in diss de studiis iuventutis generoso sanguine ortae apud Romanos. Muren. 6. Saltatorem *appellat L. Murenam Cato. Maledictum est si vere obicitur, vehementis accusatoris; sin falso maledici conviciatoris. Quare, quum ista sis auctoritate, non debes M. Cato arripere maledictum ex trivio, aut ex scurrarum aliquo convicio, neque temere consulem P. R.* saltatorem *vocare.* Deiot 9. adversus Plilidippum, servum fugitivum, qui in Deiotarum testimonium dixerat: *Fucifer quo progreditur? ait hac laetitia Deiotarum elatum vino se obruisse, in convivioque nudum* (i e. tunicatum) saltasse. *Deiotarum* saltantem *quisquam aut*

santur; ad eam impetrandam opus est oratoris eloquentia. A ICtis tantum petuntur quaedam argumenta defensionis, haec *salubritatis* nomine designantur. Addit enim: *deinde vestra responsa atque decreta et evertuntur saepe dicundo, et sine defensione oratoris firma esse non possunt.* 4. In oratione *salubritas* dicitur eadem quae *sanitas*. Brut. 13. salubritas Atticae dictionis. Vid. *Sanitas*.

SALUBRITER. Sen. 16. *ubi potest illa aetas* (senectus) *aut calescere vel apricatione meliùs vel igni, aut vicissim umbris aquisve refrigerari* salubrius? scil. quam in praedio rustico.

SALVERE. Att. IV. 15. *Dionysium iube* salvere. ibid. VI. 2. valebis igitur — et salvebis a meo Cicerone; i. e. filius meus te salvere iubet.

SALUM mare. Caecin. 30. *si qui ex alto, quum ad patriam accessisset, tempestate subito rejectus optaret, ut quum esset a patria dejectus eo restitueretur, hoc opinor, optaret, ut a quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in* salum, *sed in ipsam urbem, quam petebat.* 2. metaphorice. Tusc. III. 28. *nec tam aerumnoso navigavissem* salo. Ex Euripide. Graece καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν, in fragmento incertae tragoediae ap. Galen. de Dogm. Hipp. et Plat. lib. IV. c. 7.

SALUS. 1. restitutio valetudinis, *Genesung*. N. D. III. 38. *nec ego multorum aegrorum* salutem *non ab Hippocrate potius, quam ab Aesculapio datam iudico.* 2. ipsa bona valetudo, *Gesundheit*. Att. II. 19. saluti *se me amas consule.* 3. apprecatio salutis, s. salutatio. Att. XVI. 4. *Atticam cupio suaviari, ita mihi dulcis* salus *per te missa ab illa; referes igitur illi plurimam* salutem. 4. hinc *salutem dicere* i. q. *salvere iubere*, salutare. Fam. XIV. 1. *Tulliolae* salutem *dic.* Fam. VII. 14 salutem *mihi tuis verbis nuntiavit.* Att. XII. 22. *illud accuso non te sed illam ne* salutem *quidem* (sc. mihi dixisse). Att. V. 20. *filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandaret, ut mihi* salutem adscriberes. 5. alia ratione *salutem dicere* refertur ad eas res vel eos homines, quibuscum nos nihil amplius negotii habere velle significamus. Fam. VII. 33. *ego vero multam* salutem *dicam et foro et curiae;* i. e. neque causas amplius in foro agam, neque sententiam in senatu dicam.

aequi iudicis has partes esse existimatis, ut quoniam quidem testes dicunt, sine ulla dubitatione credendum sit Salus *ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest.*

SALUTARE. 1. *grüssen.* Brut. 3. *quos postquam* salutavi. Phil. XIII. 2. salutare *benigne, comiter unumquemque.* 2. *Gruss bestellen, grüssen lassen.* Att. IV. 11. *Dionysius te omnesque vos* salutat. Fam. VII. 29. *Tironem* saluta *nostris verbis* (*grüsse ihn von meinetwegen*). 3. *einem einen Ehrenbesuch machen.* Att. XIV. 21. *hic* (venit) salutandi *causa; sed mansit invitatus.* Sen. 18. *haec sunt honorabilia, quae videntur levia atque communia,* salutari, *appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci.* 4. venerari, adorare. Rosc. Am. 20. *quodsi luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint, opinor iis crura suffringantur.*

SALUTARIS. 1. ad corporum naturam conservandam utilis. N. D. II. 10. *quarta pars* mundi (ignis) *ea et ipsa tota natura fervida est, et ceteris naturis omnibus* salutarem *impertit et vitalem calorem.* Tusc. IV. 27. *nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, ut corporibus tot res* salutares, *animis nullam invenerit.* 2. animorum naturae omninoque generi humano utilis. N. D. III. 27. *haud scio an melius fuerit, humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, sollertiam, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sit multis, admodum paucis* salutaris, *non dari omnino, quam tam munifice, et tam large dari.* Sen. 16. *hominum generi universo cultura agrorum est* salutaris. Mil. 8. ironice de Clodio: *agri ipsi tam beneficum, tam* salutarem *tam mansuetum civem desiderant.*

SALUTARITER. 1. *ad salutem.* Brut. 2. *quibus armis quemadmodum* salutariter *uterentur non reperiebant.* Fam. X. 21. *nihil non* salutariter *cupio.* 2. *tuto.* Fam. X. 23. *vel ut celeriter accedere, vel* salutariter *me recipere possem.*

SALUTATIO. Fam. VII. 28. *quum* salutationi *nos dedimus* amicorum (*wenn ich die Morgenbesuche der Freunde abgewartet habe*). Pis. 40. *quis te aditu, quis ullo honore, quis denique communi* salutatione (*allgemein gewöhnliche Begrüssung*) *dignum putet?* Univ. 1. *primum quidem tempus* salutationibus, *reliquum percontatione consumpsimus.*

Ptolemaeus sanatus *dicitur.* 2. de aliis malis. Marcell. 8. *quae quidem omnia belli vulnera* sananda *sunt.*

SANATIO. 1. morborum corporis. Tusc. III. 3. *qui probari potest, ut sibi mederi animus non possit, quum ad corporum* sanationem *multum ipsa corpora et natura valeant — animi autem, qui sanari voluerint, praeceptisque sapientium paruerint, sine ulla dubitatione* sanentur. 2. aliorum malorum. Tusc. IV. 15. *Eorum malorum in una virtute posita* sanatio *est.*

SANCIRE. 1. sciscere de legibus vel naturae, vel civilibus. Planc. 18. Leges quas senatus de ambitu sancire voluerit. Phil. X 18. *de quibus* sanciendis *legem comitiis centuriatis ex auctoritate nostra laturus est.* Off. III. 15. de iure praediorum sancitum est apud nos iure civili, ut in his vendendis vitia etiam dicerentur. ibid. III. 17. *hoc quamquam video nulla lege* (civili) sanciri, *naturae tamen lege* sancitum *est.* Harusp. 28. *hoc si minus iure civili perscriptum est, lege tamen naturae et communi iure gentium* sancitum *est.* 2. de edictis praetorum. Flacc. 15. *Praetor* sanxit *edicto.* 3. *certa poena proposita aliquid cavere et vetare.* Att. X. 1. *Solon* capite sanxit, *si quis in seditione non alterutrius partis esset.* Tusc. I. 12. *insitum erat priscis illis — esse in morte sensum, neque excessu vitae sic deleri hominem, ut funditus interiret, idque quum multis aliis rebus, tum e pontificio iure et caerimoniis sepulcrorum intelligi licet, quas maximis ingeniis praediti nec tanta cura coluissent, nec violatas tam* inexpiabili religione sanxisset *nisi haereret in eorum mentibus mortem non interitum esse.* Off. III. 17. *ut in suo vitio quisque plectatur; vis capite, avaritia mulcta, honoris cupiditas ignominia* sanciatur. Planc. 19. *noli tollere ex ordine nostra liberalitatem, noli maleficium putare esse gratiam, noli observantiam* sancire *poena.* Leg. II 9. *incestum pontifices supremo supplicio* sanciunto. 4. in testamentis aliquid praescribere. Fin. II. 31. *quaero autem quid sit quod* (Epicurus) *tam accurate tamque diligenter caveat et* sanciat, *ut heredes sui — dent quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis mense Gamelione.* — 5. *confirmare, ratum habere.* Fin. I. 10. *ut dolore suo* sanciret *militaris imperii disciplinam.* Att. XIV. 21. *Antonius circumibat veteranos, ut acta Caesaris* sancirent. Phil. XIII. 5. *utrum igitur augurem*

populus libentius sanciet, Pompeium an Antonium. Sext. 10. *id foedus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant.*

SANCTE. N. D. I. 20. *pie* sancteque *colimus* (deorum) *naturam excellentem atque praestantem.* ibid. II. 24. *nostri maiores auguste* sancteque *Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt.* Rosc. Com. 2. haec (adversaria) *delentur statim; illae* (tabulae) *servantur* sancte. Rab. Post. 4. *in lege Iulia multa sunt severius scripta quam in antiquis legibus et* sanctius *iudicata.* Fam. V. 8. *existimes me ea quae promitto ac recipio* sanctissime *esse observaturum diligentissimeque esse facturum.*

SANCTIMONIA. Rab. 11. *C. Marii et ceterorum virorum sapientissimorum ac fortissimorum civium mentes, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et* sanctimoniam *demigrasse.* Her. IV. 55. de parte totum sic intelligitur: „*Non illae te nuptiales tibiae eius matrimonii commonebant?*" *Nam hic omnis* sanctimonia (*die heilige Feierlichkeit*) *nuptiarum uno signo tibiarum intelligitur.* Quint. 30. *fatetur se non habere domum clausam pudori et* sanctimoniae. ibid. 17. *Quid ad haec Naevius? ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus, et instituta bonorum virorum requiramus. Quid mihi, inquit, cum ista summa* sanctimonia *ac diligentia?*

SANCTIO est caput legis, quod poenam continet, qua tamquam sanctae et inviolabiles leges fiunt. Verr. IV, 66. *nisi legum* sanctionem *poenamque recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset.* Balb. 14. *Sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebesve sanxisset; deinde* sanctiones *sacrandae sunt, aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis aut poenae, quum caput eius, qui contra facit, consecratur* 2. Sanctio in foederibus est quod nos dicimus *eine Clausel, ein Vorbehalt, besonderer Artikel.* Balb. 16. in foedere Romanorum cum Gaditanis erat illud adiunctum: MAIESTATEM P. R. COMITER CONSERVANTO — de quo Cicero: *certe* inquis, *ille populus in superiori conditione causaque ponitur, cuius maiestas foederis* sanctione *defenditur.*

SANCTITAS. 1. pietas erga deum. N. D. I. 2. *pietas,* sanctitas, *religio, haec omnia pure ac caste deorum numini tribuenda sunt.* ibid. 41. sanctitas *est scientia colendorum deorum.* 2. vitae summa integritas,

et innocentia, et castimonia. Cael. 13. *petulanter facimus si matrem familias secus, quam matronarum sanctitas postulat, nominamus.* Phil. III. 6. *quis hoc adolescente castior? quis modestior? quod in iuventute habemus illustrius exemplum veteris* sanctitatis? Fam. IV. 3. *existimant quasi lumen aliquod elucere* sanctitatem *tuam.* 3. *ius inviolabilitatis.* Sext. 37. sanctitas tribunatus. Fam. X. 4. sanctitas *patriae.* 4. *sanctitas* virtutum est interna earum dignitas, qua propter se ipsas non ob voluptatem appetuntur, et peccata non propter formidinem poenae vitantur. Fin. II. 22. *iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno verbo, temperantia poenae aut infamiae metu coercebuntur, non* sanctitate *sua se tuebuntur, quod adulterium, quod stuprum, quae libido non se proripiet ac proiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate aut licentia?*

SANCTITUDO, fr. lib. IV. de Rep. ap. Nonium *pontificio iure* sanctitudo *sepulturae.*

SANCTUS. 1. de hominibus omnium virtutum studiosis, in omni officio diligentibus. Orat. I 53. *quum esset ille vir* (Rutilius) *exemplum innocentiae, cumque illo nemo neque integrior esset in civitate neque* sanctior. Flacc. 29. *homines sunt tota ex Asia frugalissimi* sanctissimi. 2. de piis erga deum hominibus et religiosis. Planc. 33. *qui* sancti, *qui religionum colentes, nisi qui meritam dis immortalibus gratiam iustis honoribus et memori mente persolvunt.* 3. reverentia vel observantia dignus. P. Red. ad Quir. 8. *numen vestrum aeque mihi grave et* sanctum *ac deorum immortalium futurum est.* Arch. 8. *suo iure noster ille Ennius* sanctos *appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.* Et paullo post: *Sit igitur* sanctum *apud vos hoc poetae nomen.* 4. *castus, pudicus.* Fin. III. 20. *ne amores quidem* sanctos (puerorum) *a sapiente alienos esse arbitrantur.* cf. Tusc. IV. 34. 5. inviolabilis vel inviolatus. Rab. Perd. 4. *castam concionem,* sanctum *campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum, integrum ius libertatis defendo servari oportere.* Quint. 6. *Nullum est officium* tam sanctum *atque solemne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat.* Rosc. Am. 25. *maiores nostri — quum intelligerent, nihil esse tam* sanctum, *quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitaverunt.* Verr. III. 58. *neque apud te tam* sancta

his nuntiis — quemquam physicum crediturum fuisse? Nec enim sanguis *nec sudor nisi e corpore est. Sed et decoloratio quaedam ex aliqua contagione terrena maxime potest* sanguinis *similis esse, et humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus austro, sudorem imitari.* 2. metaphorice in oratione sanguis dicitur pro iusta copia et vi sententiarum et verborum, ita ut nec desit quicquam nec redundet, et vim habeat oratio ad auditorum attentionem animosque commovendo. Orat. 23. de genere tenui orationis. *Orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur existimanti, sed nihil est experienti minus. Etsi enim non plurimi* sanguinis *est, habeat tamen succum aliquem oportet, ut etiam si illis maximis viribus careat, sit, ut ita dicam, integra valitudine.* Brut. 9. *succus ille et* sanguis *incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.* ibid. 82. *Calvus — accuratius quoddam dicendi et exquisitius afferebat genus quod quamquam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse se observans, metuensque ne* vitiosum *colligeret, etiam* verum sanguinem *deperdebat.* 3. *cognatio, necessitudo.* Sext. 62. *homo eiusdem* sanguinis. 4. *Sanguis,* quod in eo est vitae animalis conditio, usurpatur ut *vitae* ipsius συνώνυμον. Rosc. Am. 3. *sanguinem et* vitam *petere.* Quint. 11. sanguinem *vitamque alterius eripere conari* Rosc. Am. 24. *magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque* sanguis. 5. hinc *sanguis* etiam pro caede. Rosc. Am. 4. *quotidianus* sanguis.

SANIES, *Eiter.* Pis. 29. Tusc. I. 44. *saxa spargens tabo,* sanie, *sanguine atro* — Versiculus Ennii ex tragoedia Thyeste.

SANITAS. 1. sensu proprio bona valitudo corporis. Ea definitur: Tusc. IV. 13. *ut sit corporis temperatio, quum ea congruunt inter se, e quibus constamus.* 2. transfertur ad animum et mentem. ibid. Sanitas *animi dicitur, quum eius iudicia opinionesque concordant.* ibid. 10. *pravarum opinionum conturbatio, et ipsarum inter se repugnantia* sanitate *spoliat animum morbisque perturbat.* Pis. 20. *sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de* sanitate ac mente *deturbat.* Verr. II. 40. *ne tum quidem te potuit, si non pietatis at salutis tuae ratio ad officium* sanitatemque *reducere:* Sull. 8. *ille — convertit se aliquando ad timorem nun-*

quam ad sanitatem. 3. *sanitas* animi pro *sanatione, Besserung oder Genesung der Seele.* Tusc. IV. 15. *Est autem quaedam animi* sanitas *quae in insipientem etiam cadit, quum curatione medicorum conturbatio mentis aufertur.* 4. metaphorice in oratione *sanitas* tribuitur ei generi dicendi, quod nec ieiunum, nec tumidum est, quod aeque abest a nimia exilitate atque a vitiosa redundantia, inprimis autem fucum et quaesitas ineptias repellit. Brut. 82. *Si quis eos qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide, Attice putat dicere, is recte nisi Atticum probat neminem. Insulsitatem enim et insolentiam, tanquam* insaniam *quandam orationis odit;* sanitatem *autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam oratoris probat.*

SANNIO qui sannas agit, *ein Possenspieler durch Geberden.* Orat II. 61. *quid potest esse tam ridiculum, quam* sannio *est? sed ore vultu, imitandis moribus, voce denique corpore videtur ipso.* Fam. IX. 16. *De villa Seliciana et curasti diligenter, et scripsisti facetissime, itaque puto me praetermissurum. Salis enim satis est, sannionum parum.* Cicero villam Q. Selicii feneratoris in agro Neapolitano emere cogitabat, eiusque negotii curam Paeto demandaverat. Sed Paetus videtur ei emptionem dissuasisse. Gronovius ad h. l. „alludit, inquit, ad nomen villae; et simul significat, satis esse materiae salibus s. dictis facetis in Caesarianos, sed parum esse sannionum s. derisorum, quod propter potentiam eorum et violentiam nemo libere iocari audeat." In quo cetera quidem recte exposuit Gronovius; sed allusionem ad villae nomen h. l. inesse nobis non persuasit. Videntur potius *salinae* cum ista villa coniunctae fuisse; ita ut iocus sit ex ambiguo, in vocabulo salis; sic ut alibi Cicero *possessionem salinarum suarum,* dicit agens de iocis suis et dictis facetis.

SANUS. 1. de corpore, *gesund.* Sext. 65. *Non est ea medicina quum* sanae *parti corporis scalpellum adhibetur* Off. III 24. *si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem pepigeritque ne illo medicamento umquam postea uteretur, si eo medicamento* sanus *factus fuerit.* 2. de mente, *vernünftig, gescheid.* Div. II 45. *estne* sanorum *hominum hoc — dicere?* Att. IX. 7. *nisi Caesaris literas* sana *mente scriptas, quomodo in tanta insania* scil. scribi potuerunt. Acad. pr. II. 27. *dormientium et vinolentorum et* furiosorum *visa imbe-*

cilliora esse dicebas, quam vigilantium siccorum, sanorum ibid. 28. *quid loquor de* insanis? *qualis tandem fuit — Tuditanus? quisquam* sanissimus *tam certe putat, quae videt, quam is putabat, quae videbantur?* 3. de oratione. Brut. 55. *nihil erat in eius (Cottae) oratione nisi sincerum nihil nisi siccum atque* sanum. Vid. *Sanitas.*, ibid. 13. *Asiatici oratores parum pressi et nimis redundantes, Rhodii* saniores.

SAPERE. 1. de odore. Fr. inc. *meliora unguenta sunt, quae terram, quam quae crocum sapiunt.* 2. de gustatu. Fin. II. 8. *neque enim sequitur ut cui cor sapiat, ei non* sapiat *palatus.* 3. de sensu pulchri et omninoque de intelligentia. Off. II. 14. *Magna est admiratio copiose sapienterque dicentis, quem qui audiunt, intelligere etiam et* sapere *plus quam ceteros arbitrantur.* Div. II. 39. *Placet igitur humanitatis* (i. e. sensus communis) *expertes habere divinitatis auctores? — At omnes reges, populi nationes utuntur auspiciis. — Quasi vero quidquam sit tam valde, quam* nihil sapere *vulgare.* Div. I. 58. e versibus Ennii contra hariolos: *qui sibi semitam non* sapiunt *alteri monstrant viam.* Fin. II. 8. *nec sequitur ut cui cor* (i. e. animus) sapiat, *ei non sapiat palatus.* Att. XIV. 5. ista coniuratio *libertorum Caesaris facile opprimeretur si* recta saperet *Antonius.*

SAPIENS. 1. de recta intelligentia et prudentia. Off. I. 6. *ut quisque maxime perspicit, quod in re quaque verissimum sit, quique acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem is prudentissimus et* sapientissimus *rite haberi solet.* N. D. I. 1. *Quid tam temerarium tamque indignum* sapientis *gravitate atque constantia, quam aut falsum sentire, aut quod non satis explorate perceptum sit, sine ulla dubitatione defendere?* Rab. Post. 9. *non tam semper stulti, quam sero* sapientis *est, quum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se expedire.* Cluent. 31. sapientissimum *esse dicunt eum, cui quod opus est ipsi veniat in mentem, proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* 2. de recti intelligentia, quae cernitur in moribus et virtutibus; (*der Weise, der Mann von Lebensweisheit*). Tusc. IV. 17. *Ergo is, quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est sibique ipse placatus, ut nec tabescat molestia, nec frangatur timore, nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacri-*

tate futili gestiens deliquescat, is est sapiens *quem quaerimus.* ibid. V. 28. Sapientis *est proprium, nihil quod poenitere possit, facere, nihil invitum; splendide constanter, graviter, honeste omnia; nihil ita exspectare, quasi certo futurum; nihil quum acciderit, admirari, ut inopinatum ac novum accidisse videatur; omnia ad suum arbitrium referre; suis stare iudiciis.* ibid. IV. 17. *quid aut in studiis humanis aut in tam exigua brevitate vitae magnum* sapienti *videri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino novum? At* [illegible] *idem ita acrem in omnes partes aciem intendit, ut semper videat sedem sibi ac locum sine molestia atque angore vivendi, ut quemcunque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat.* Sen. 23. Sapientissimus *quisque aequissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo.* 3. Stoici inprimis philosophi eam sapientis ideam (*Ideal*) animo et oratione informabant, ut nihil maius aut excellentius cogitari posset. Hinc illa Paradoxa, solum sapientem esse liberum, solum divitem etc. Parad. V. VI. Hinc lepidum illud dictum. Div. II. 28. *Nam si quod raro fit, id portentum putandum est,* sapientem esse *portentum est. Saepius enim mulam peperisse arbitror, quam* sapientem *fuisse.* 4. proverbium; *Themista* sapientior. Pis. 26. Fuit illa mulier philosopha Epicuri sectae addicta ad quam duas epistolas ab Epicuro scriptas Diogenes Laertius commemorat lib. X. 3, 14. 5 Nonnunquam *sapientis* nomen tributum est iis qui in aliqua re excellerent. Itaque Lael. c. 2. Fannius Laelium ita alloquitur: *Existimare debes omnium oculos in te esse coniectos; unum te* sapientem *et appellant et existimant. Tribuebatur hoc modo M. Catoni. Scimus L. Atilium apud patres nostros appellatum esse* sapientem. *Sed uterque alio quodam modo — Atilius quia* prudens in iure civili *putabatur;* Cato quia multarum rerum usum habebat; multa eius *et in senatu, et in foro vel* provisa prudenter, *vel* acta constanter, *vel* responsa acute *ferebantur, propterea quasi cognomen iam habebat in senectute* sapientis. *Te autem alio quodam modo, non solum natura et moribus verum etiam studio et doctrina esse* sapientem. *nec sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare* sapientem. Balb. 15. sapientes *homines et iuris publici periti.*

SAPIENTER. Dom. 1. (institutum) *ut pontifices religiones* sapienter *interpretando remp. conservarent.* Phil. IV. 2. de militibus legionis Martiae qui Antonium reliquerant: *Nec solum id animose et fortiter, sed considerate etiam et* sapienter *fecerunt.*

SAPIENTIA. 1. *Weltweisheit.* Tusc. IV. 26. Sapientia *est rerum divinarum humanarumque scientia cognitioque quae cuiusque rei causa sit.* Off. II. 2. *quid est optabilius* sapientia? *quid praestantius? — quid homine dignius. Hanc igitur qui expetunt*, philosophi *nominantur nec quidquam aliud est* philosophia, *si interpretari velis, quam* studium sapientiae. Sapientia *autem est — rerum divinarum et humanarum causarumque quibus hae res continentur scientia.* 2. Inprimis sapientia dicitur ea pars huius scientiae quae ad vivendi doctrinam pertinet (*die praktische Weltweisheit*). Leg. I. 22. *Ita fit ut mater omnium bonarum artium* sapientia *sit, a cuius amore Graeco verbo* philosophia *nomen invenit; qua nihil a diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil praestabilius hominum vitae datum est. Haec enim una nos quum ceteras res omnes, tum quod est difficillimum docuit, ut nosmet ipsos nosceremus; cuius praecepti tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico deo tribueretur. Nam qui se ipse norit, primum aliquid sentiet se habere divinum, ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit, tantoque munere deorum semper dignum aliquid et faciet, et sentiet et quum se ipse perspexerit totumque tentarit, intelliget, quemadmodum a natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque* sapientiam, *quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit, quibus illustratus* sapientia *duce bonum virum et ob eam ipsam causam cernat se beatum fore.* 3. de eloquentia s. arte oratoria. Orat. III. 25. *hanc cogitandi pronuntiandique rationem vimque dicendi veteres Graeci* sapientiam *nominabant.* cf. Muren. c. 14. ubi utitur versiculis Ennii: *pellitur e medio non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa* domina *rerum* sapientia, *vi geritur res.* Paullo ante dixerat: *duae sunt artes, quae possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris boni. Ab hoc enim* pacis ornamenta *retinentur, ab illo belli pericula*

repelluntur. 4. de iuris peritia. Fam. I. 10. quum Cicero epistolam ad L. Valerium sic inscripsisset: VALERIO IURISCONSULTO: ita incipit epistolam: *cur enim tibi hoc non gratificer nescio, praesertim quum his temporibus audacia pro sapientia liceat uti.* Alibi Fam. III. 1. de eodem: *L. Valerium* iurisconsultum *valde tibi commendo sed ita etiam, si non est* iuris consultus. *Melius enim ei cavere volo, quam ipse aliis solet.*

SAPOR. 1. sensu proprio. Cael. 18. *qui non odore ullo non tactu, non sapore capiatur.* Tusc. III. 18. *voluptates quae* sapore *percipiuntur.* 2. metaphorice de intelligentia. Sen. p. Red. 6. *homo sine sensu, sine* sapore. 3. *sapor vernaculus* est urbanitas in facetiis et salibus, propria iis qui sunt Romae nati. Brut. 46. *Tincam non minus* multa *ridicule dicentem Granius obruebat nescio quo* sapore vernaculo. Et paullo post: *omnino sic — in nostris est quidam urbanorum sicut ille Atticorum sonus.*

SARCIRE compensare. Fam. III. 1. perficiam — *ut longi temporis usuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine et gratia et crebritate et magnitudine officiorum meorum* sarciam. ibid. XIII. 62. *deinde impudentia prosequor; sed idem* sarciam (*will es auch wieder gut machen*).

SARISSA telum aut hasta Macedonibus usitata. Her. IV. 32. *ut si quis Macedonas appellarit hoc modo: non tam cito* sarissae *Graecia potitae sunt.*

SARMENTUM. 1 palmes arborum. Sen. 13. *malleoli, plantae,* sarmenta. 2. inprimis de vitibus. ibid. 15. *Vitem serpentem multiplici lapsu et erratico ferro amputans coërcet ars agricolarum ne* silvescat sarmentis. Orat. II. 21. *Volo se efferat in adolescente foecunditas. Nam facilius sicut* in vitibus, *revocantur ea quae sese nimium profuderunt, quam si nihil valet materies nova* sarmenta *cultura excitantur.* 3. *trocknes Reisholz zum Brennen.* Verr. I. 27. *ligna et* sarmenta *circumdare ignemque subiicere.*

SARRACUM vile genus plaustrorum. Quintilian. lib. VIII c. 3. ex oratione in Pisonem haec verba citat: *quum tibi tota cognatio in* sarraco *advehatur* additque: *an incidisse videtur in sordidum nomen non eo contemptum hominis, quem destructum valebat auxisse?*

SARTUS. Verr. I. 40. 49. sarta tecta *exigere — Sarta tecta* sunt opera publica inprimis templa, quae

a censoribus locantur, ut aut nova aedificentur, aut sarciantur, si quid in iis aut vitii est, aut melius aliquid novumve exstruendum esse videtur. Ubi autem opus a redemptore ex lege censoria traditur censoribus, censores exigere dicuntur sarta tecta h. e. inspicere, si opus e lege locationis factum sit. Graeci ῥάπτειν οἰκόδομον et ὑπορράπτειν dicunt. Vid. Salmas. ad Vopisc. Aurelian. 31. T. II. p. 509. Fam. XIII. 11. *sarta tecta aedium sacrarum locorumque communium tueri* (*in baulichem Wesen erhalten*). Hinc 2. metaphorice Fam. XIII. 50. *ut Curium* sartum et tectum, *ut aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conserves.*" *Ern.*

SATELLES proprie stipator; deinde 1. assecla et administer alicuius hominis. Rull. II. 13. *lanitores ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit eosdem ministros et* satellites *potestatis.* Quint. 25. *administri et* satellites *Sex. Naevii.* Att. XIV. 5. *vides tamen tyranni* (Caesaris occisi) satellites *in imperiis* scil. ut Lepidum, Hirtium, Pansam, Cornificium alios. Catil. I. 3. *meministine me — dicere fore in armis — C. Manlium audaciae* satellitem *atque administrum tuae.* Prov. Cons. 3. *cohortes* (Piso) *in hiberna misit; his praeposuit quos putavit fore diligentissimos* satellites *scelerum, ministros cupiditatum suarum.* Verr. III. 8. *Verres inventus est qui — primum certos instituerit nomine decumanos, re vera ministros et* satellites *cupiditatum suarum.* 2. per translationem. Fin. II. 12. *Virtutes quas ratio rerum omnium dominas tu* satellites *et ministras voluptatis esse voluisti.* Leg. I. 9. *hominem natura non solum celeritate mentis ornavit, sed etiam sensus tanquam* satellites *attribuit ac nuntios.* 3. in fragmento Alcyones ap. Non. *Praevius aurorae solis noctisque* satelles *dicitur* Lucifer s. Phosphorus. 4. Div. I. 47. in versibus e Mario poemate Ciceronis depromptis *aquila* dicitur *Iovis altisoni pinnata* satelles.

SATIARE. 1. famem explere aut sitim. Fin. II. 8. *veniebat ad coenam, ut animo quieto* satiaret *desideria naturae.* 2. aliis cupiditatibus satisfacere. Partit. 27. *sententiae quae aut ad explendas cupiditates aut ad odium* satiandum *pertinebunt.* Phil. XI. 3. *Dolabella tam fuit immemor humanitatis, ut suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solum in vivo* (Trebonio) *sed etiam in mortuo, ac in eius corpore lacerando atque vexando*

quum animum satiare *non posset, oculos paverit.* Harusp. 20. satiavit *Cilicum barbarorumque libidines.* Sull. 1. satiare *animos inimicorum de supplicio quidem tuo posset.* Fin. III. 2. *Erat in eo* (M. Catone) *inexhausta aviditas legendi, nec* satiari *poterat.* Parad. I. 2. *nunquam expletur nec* satiatur *cupiditatis sitis.* Sen. 15. satiari *delectatione non possum.* 3. *satiare* est etiam i. q. taedium vel fastidium afferre, et *satiari* i. q. taedio affici. Orat. 64. sed id crebrius fieri non oportet, (ut dichoreis utamur in clausulis) *Primum enim numerus agnoscitur; deinde* satiat. Orat. III. 50. Horum (pedum metricorum) *vicissitudines efficient, ut neque ii* satientur, *qui audient, fastidio similitudinis, nec nos id quod faciemus opera dedita facere videamur.*

SATIAS antique pro *Satietas.* N. D. III. 38. in versiculis ex Attii tragoedia de promptis: satias *supplicii.*

SATIETAS. 1. proprie de cibo et potu. Inv. I. 17. cibi satietas *et fastidium, aut subamara aliqua re relevatur aut dulci mitigatur.* Orat. III. 25. *quis potione uti aut cibo dulci diutius potest; quum utroque in genere ea, quae leviter sensum voluptate moveant facillime* fugiant *satietatem.* H. l. Ernestio auctore recentioribus editoribus praeplacuit *effugiant.* 2. fastidium, aliarum rerum, *Ueberdruss.* Orat. III. 25. *difficile dictu est, quaenam causa sit, cur ea, quae maxime sensus nostros impellunt voluptate, et specie prima acerrime commovent, ab iis celerrime* fastidio *quodam et* satietate *abalienemur.* Inv. I. 41. *omnibus in rebus similitudo* satietatis *est mater.* Orat. II. 41. *tractatio varia esse debet ac — qui audiat defatigetur similitudinis* satietate. Her. IV. 28. *Ad festivitatem disiunctio est apposita, quare rarius utemur ea, ne* satietatem *pariat.* ibid. 11. *identidem commutentur exornationes, ut facile* satietas *varietate vitetur.* Orat. 52. (Isocrates) *dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur quum iucunditatis causa, tum ut varietas occurreret* satietati. Orat. III. 44. *Haec duo musici, qui erant quondam iidem poetae machinati ad voluptatem sunt, versum* atque cantum, *ut et verborum numero* (*Sylbenmaas*) *et vocum modo* (*Melodie*) *delectatione vincerent aurium* satietatem. Verr. III. 43. *Sentio iudices moderandum* mihi *esse iam orationi meae fugiendamque vestram* satietatem. Sen. 20. *studiorum omnium* satietas *vitae facit* satietatem. — *Ergo ut superiorum aetatum studia occidunt sic occi-*

dunt etiam senectutis. Quod quum evenit satietas *vitae tempus maturum mortis offert.* Off. II. 16. (quum) ipsa *illa delectatio multitudinis sit ad breve exiguumque tempus, eaque a levissimo quoque, in quo tamen ipso una cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis.* Muren. 10. *ista nostra assiduitas* (in foro) *nescis, quantum interdum afferat hominibus* fastidii, *quantum* satietatis; *mihi quidem vehementer expediit, positam in oculis esse gratiam; sed tamen ego mei* satietatem *magno meo labore superavi.* Fam. II. 11. *mirum me tenet desiderium urbis* — satietas *autem provinciae.*

SATIO. Verr. III. 47. *in iugero agri Leontini medimnum fere tritici seritur, perpetua atque aequabili* satione. ibid. 15. edixerat (Verres) ut oratores iugera sationum suarum profiterentur, h. e. numerum iugerum quae consevissent. 2. metaphorice. Univ. 13. *alios in terra, alios in luna, alios in reliquas mundi partes — spargens quasi* serebat (is deus qui *omnia* genuit). *Post autem* sationem *eam diis — iunioribus permisit, ut corpora mortalia effingerent.*

SATIS. Orat. 64. *animo istuc* satis *est, auribus non* satis. ibid. 22. *Apelles pictores eos peccare dicebat, qui non sentirent quid esset* satis. Phil. I. 15. mihi *fere* satis *est quod vixi vel ad aetatem vel ad gloriam.* Fin. II. 19. *aut hoc testium* satis est, *aut nescio quid satis sit.* ibid. II. 26. satis *est tibi in te,* satis *in legibus,* satis *in mediocribus amicitiis* praesidium. Att. XII. 50. *ipse Romam venirem — si* satis consilium *quadam de re haberem.* Fin. I. 3. *mirari* satis *non queo, unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium.* N. D. I. 34. *equidem mirari* satis *non possum, unde ad istas opiniones vester ille princeps venerit.* Her. IV. 43. *quid est quod a me* satis *ei persolvi possit.* Off. III. 14. Canius *nec infacetus et* satis literatus (i. e. mediocriter literatus *ziemlich gelehrt*). ibid. II. 25. a Catone sene *quum quaereretur quid maxime in re familiari expediret, respondit. Bene pascere. Quid secundum:* satis bene (i. e. mediocriter) *pascere.* Columella de R. R. praefat. VI. et Plinius H. N. XVIII. 5. idem narrantes, pro *satis bene pascere*, ponunt *mediocriter pascere.* Fin. V. 27. sapientem *esse ad beatissime vivendum parum est, ad beate vivendum* satis. — *Quod autem* satis est, *eo quidquid accesserit* nimium *est.* Ac. pr. II. 18. *nobis* satis *est ova illa internoscere.* N. D. I. 41. Satin' *est id ad*

illam abundantem bonis vitam beatissimam. Rull. II. 24. *reperietis partem esse eorum quibus ad habendum, partem quibus ad consumendum nihil* satis *esse videatur.* Att. XII. 28. *pusillum loci ad hanc rem* plus *etiam satis.* (Ut apud Terent. *calesces plus satis*) Fam. IX. 14. *sum avidius* plus quam satis *est gloriae.* N. D. II. 1. *contra Epicurum* satis superque *dictum.* Comp. SATIUS vid. infra suo loco.

SATIS ACCIPERE, dicitur is cui cautio praestatur sich Sicherheit stellen lassen. Opponitur verbo SATISDARE de quo mox. Quint. c. 14. *si veretur ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solvi* satis accipiat. *Quibus a me verbis* satis accipiet, *iisdem ipse quod peto* satisdet — *Immo, inquit, abs te* satis accipiam, *ego autem tibi non* satisdabo.

SATISDARE est datis praedibus cavere alicui aut sponsoribus in re pecuniaria. Fam. XIII. 28. *si quid satisdandum erit.* cf. Rosc. Com. 12. Satis *non* dedit *amplius a se neminem petiturum?* Quint. 7. *iudicatum solvi* satisdare *est datis praedibus* cavere alicui et polliceri, quod iudices iudicaverint solvendum esse petitori, solutum iri. Ex ea autem oratione intelligitur honestum fuisse interdum *satisdare*, nempe quum pecunia, hereditas et id genus aliud peteretur; vid. Quint. c. 28. extr. minus autem honestum interdum fuisse, iuberi a praetore satisdare ex c. 8. 9. intelligi potest. Nam *iubebantur* ex iure praetorio *satisdare* petitori ii, qui vadimonium deseruissent, quorumque bona XXX dies ex edicto possessa essent. Itaque recusabat procurator Quintii eiusque amici reliqui hoc nomine satisdare pro Quintio absente, quod si id facerent, eo ipso faterentur et concederent bona Quintii esse possessa. *Ern.* Verr. I. 56. satisdet *damni infecti.*

SATISDATIO. Att. V. 1. *et sunt aliquos* satisdationes *secundum mancipium* (s. ut Salmasio placet *mancipia*) h. e. si mancipia i. e. servi ad satisdandum non sufficiunt, sunt alia, quibus satisdari potest, nempe praedia Atiliana et Memmiana. Vid. Salmas. Mod. Usur. c. 10. p. 732 Cuiacius autem Obss. X. 4. sic interpretatur, ut *satisdationes praediorum secundum mancipium* sint, quum venditor praediorum satisdat emptoribus, ut iis de evictione caveatur. Eas autem satisdationes esse nudas repromissiones, nullis datis fideiussoribus. Hanc autem vim satisdationibus in-

interdum esse ex libris Iuris civilis demonstravit Ryckius ad h. l. in editione Graeviana qui et ipse Cuiacianam interpretationem probat et confirmat. Quid vero? *si secundum mancipium*, est *pro mancipio*, ut praedia mancipio dantur vel venduntur ad securitatem emptoris cui ita satisdatur. Clarior res esset, si historiam sciremus." Hactenus Ernestius, cuius tamen coniecturae, qua *secundum mancipium*, significare voluit i. q. pro *mancipio* haud assentior. Unice vera potius est Cuiaciana interpretatio, quam Ryckius quoque et Graevius probarunt. Nimirum rogat Cicero Atticum, ut sicubi satisdandum esset pro se satisdare velit monetque in istis satisdationibus esse nonnullas secundum mancipium, quae nuda scilicet repromissione peragerentur.

SATISDATO. Att. XVI. 6. satisdato *debere* h. e. facta pro alio idonea cautione debere, quia pro alio nos soluturos spopondinus. ibid. 15. *illi turpe arbitror eo nomine, quod* satisdato *debeat, procuratores eius non dissolvere. Ern.*

SATISFACERE. 1. solvere debitori quod debemus. Fam. XIII. 56. *aut pecuniam solvant, aut fructibus* satisfaciant. 2. hinc pro *solvere* simpliciter. Att. IV. 16. *populo tributim domi suae* satisfecerat. cf. Fam. XVI. 6. — 3. *excusare se alicui.* Rosc. Com. 9. satisfecisti *quod temere commisisses* etc. Att. X. 8. *scribunt amici me illi nullo modo* satisfecisse *quod in senatum non venerim.* cf. Phil. II. 20. Muren. 3. — 4. *defendere suam causam, probare aliquid, demonstrare.* Orat. III. 2. *ut populo Rom.* satisfieret. Verr. III. 62. satisfacere *iudicibus.* Verr. II. 7. *de quo vobis multis testibus* satisfactum *est.* Simile est illud Q. Fr. I. 1, 7. *diligentia in* satisfaciendo *ac disputando,* quum ita res demonstratur, et obiectionibus respondetur ut in eo acquiescatur. 5. *iratum et male de nobis sentientem reconciliare.* Verr. Act. I. 1. *adduxi hominem, in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum pop. Rom.* satisfacere *externis nationibus possetis* Verr. III. 58. nec illum ante tibi *satisfacere,* quam tu omnium existimationi *satisfecisses.* 6. satisfacere cupit immortalitati laudum tuarum; h. e. scribere de tuis rebus gestis constituit. 7. Fam. X. 1. *vita cui* satisfeci *h. e.* quae mihi satis longa contigit. 8. Phil. II. 23. *Oratio mea non poterit* satisfacere *vestrae scientiae* h. e. non possum dicere tantum, quantum vos scitis.

(Hirtius) *amat illum, quem Brutus noster* sauciavit (C. Iulium Caesarem). 2. metaphorice de probris ab accusatore vel reprehensore in aliquem coniectis Vatin. 5. *omnia mea tela sic in te coniicientur, ut nemo per tuum latus — saucietur,* i. e. sic te accusabo, ut nemo alius propter te in reprehensionem incurrat.

SAUCIATIO Caecin 5. sauciatio *quaeretur, quum fugam factam esse constabit?* h. e. nonne satis est, aliquem pulsum et fugatum esse, et haec vis facta ideo excusabitur, quod qui fugatus sit, non sit tamen etiam vulneratus.

SAUCIUS. 1. vulneratus. Tusc. II. 16. *Videmus ex acie saepe efferri* saucios. 2 metaphorice de homine viribus facto. Catil. II. 11. *gladiatori illi* (Catilinae) *confecto et saucio consules — opponite.* 3. de reo, qui damnationem vix effugit. Fam. VIII. 8. Servilius *de repetundis* saucius.

SAXETUM. Rull. II. 25. *quod est tam asperum* saxetum, *in quo agricolarum cultus non elaboret?*

SAXEUS. N D. II. 35. *moles* saxea, in versibus ex Attio citatis.

SAXIFRAGUS. Orat. III. 42. *neque factum verbum est, ut mare* saxifragis *undis*

SAXULUM. Orat. I. 44. (amoris patriae) *tanta est vis — ut Ithacam illam in asperrimis* saxulis *tanquam nidulum affixam sapientissimus vir immortalitati anteponeret.* Frustra nimirum Ulyssi Calypso immortalitatem obtulerat. Odyss. V. 209.

SAXUM. Caecin. 21. *glebis aut* saxis *aut fustibus aliquem de fundo praecipitem agere.* Fat. 3. *quid mirum ex spelunca* saxum *in crura eius* (Icadii praedonis) *incidisse? puto enim si Icadius tum in spelunca non fuisset,* saxum *tamen illud casurum fuisse* Acad. pr. II. 31. *non est e* saxo *sculptus aut e robore dolatus.*

SCABER. Tusc. III. 12. *pectus illuvie* scabrum.

SCABIES *metaphorice* irritamentum, *der Reiz.* Leg. I. 17. *quae natura bona sunt, quia dulcedine hac et* scabie *carent, non cernimus satis.*

SCABILLUM. Cael. 27. *mimi exitus, non fabulae; in quo quum clausula non invenitur fugit aliquis e manibus, deinde* scabilla concrepant, *aulaeum tollitur.* Erant autem *scabilla,* crepitacula ex ferro (Lucian. Saltat. 8 83. σιδηροῦν ὑπόδημα) aut ex ligno (Pollux VII. 22. 87. ξύλινον ὑπόδημα) quae pedibus, quibus adstrin-

gebantur (unde et nomen duxerunt; nam ὑποπόδιον est scabillum proprie, nec tamen est perpetuum) concuti solebant, et strepitum faciebant, uti docet antiqua statua, in qua occurrit *scabillum* confirmatque Rubenius de Re Vestonria II. 17. auctores in Fabri Lexico commemorati scabillorum rationem perspectam non habuere. Rectiora tradidit ante Rubenium etiam Salmasius ad Vopisc. Carum c. 19. p. 838. s. T. II. adde inprimis *Explication de divers Monumens singuliens* p. 47. s. ubi monumentum vetus illustratur, in quo scabilla spectantur. Ab his scabillis *operae scabillares* ap. Fabrettum in Inscription p. 605. 660. *Ern.* Nempe in illo mimi exitu, cuius Cicero mentionem facit, crepitus ille scabillorum signum erat aulaei tollendi. Nostro more diceretur: *Es wird geklingelt und der Vorhang fällt.*

SCALAE. Phil. II. 9. *nisi ille se in* scalas *tabernae librariae coniecisset.* Mil. 15. *quum se ille fugiens in* scalarum tenebras *addidisset;* de Clodio, quem Antonius stricto gladio erat insecutus.

SCALMUS est proprie lignum, cui remus alligatur, unde deinde pro remo ponitur. Tot enim sunt remi, quot scalmi. Att. XVI. 3. *tribus actuariolis decem* scalmis. Orat. I. 38. *citius hercule is, qui duorum* scalmorum *naviculam in portu everterit in Euxino ponto Argonautarum navem gubernavit.* Brut. 53. *Crassus ab adolescente delicato, qui in litore ambulans* scalmum *reperisset ob eamque rem aedificare navem concupivisset exorsus est; similiter Scaevolam ex uno* scalmo *captionis centumvirale iudicium hereditatis effecisse. Ern.* Off. III. 14. scalmum *nullum videt* i. e. ne unam quidem naviculam.

SCALPELLUM instrumentum chirurgorum amputando idoneum. Sext. 65. *non est ea medicina quum sanae parti corporis* scalpellum *adhibetur atque integrae; carnificina est ista, et crudelitas.* Div. II. 46. *quorum linguae sic inhaererent, ut loqui non possent* scalpello *resectae liberarentur.*

SCALPERE. N. D. II. 60. *ad pingendum, ad fingendum, ad* scalpendum — *apta manus est admotione digitorum.*

SCAMMONIA vel SCAMMONEA, *Windeharz, Scammonienharz.* Div. I. 10. *quid* scammoneae *radix ad purgandum possit.* cf. II. 21.

SCAMNUM. Div. I. 48. *regni stabilita* scamna (i. e. sedes) *solumque*. Ex Ennio.

SCANDERE. Sen. 6. *quum alii malos* scandant.

SCAPHA. Her. I. 11. *omnes* scapham *conscenderunt*. Inv. II. 51. *Gubernator navis in* scapham *confugit*.

SCAPHIUM. Verr. IV. 17. poculum in hemisphaerii similitudinem rotundum; ut ap. Plautum in Stich. V. 4. 11. et Bacchid. I. 37. quo loco tamen quidam de matula capiunt; etsi de convivio sermo est. Nam *scaphium* est hemisphaerium. Sic etiam *scaphia* dicebantur vasa ex aere rotunda, quae horologiis inserviebant, ut auctor est Martianus Capella de quo vid. Salmas. ad Solin. p. 448. b. quidam tamen a similitudine Cymbae dictum volunt. *Ern.*

SCATERE. Tusc. I. 28. *fontes* scatere i. e. erumpere.

SCATURIRE, *meditari, moliri, prae se ferre.* Caelius Fam. VIII. 4. *Curio ut spero et volo et ut se fert ipse bonos et senatum malet. Totus ut nunc est hoc* scaturit. Lambinus tamen malebat: *hic* senaturit, ut verbum *senaturire* fictum sit a Caelio pro *senatui favere.* Sic Cicero Att. IX. 10. de Pompeio: sullaturit *animus eius et* proscripturit. cf. Quintil. Inst. or. VIII. 3, 32. et 6, 32.

SCELERATE. Sull. 24. *nihil* scelerate — *nihil audacter facere.* Catil. I. 11. *ut id quod esset a te* scelerate susceptum *latrocinium potius quam bellum nominaretur.*

SCELERATUS. Att. IX. 18. *impurus et* sceleratus. Phil. XI 1. scelerata *arma.* Fin. III. 19. *illa vox inhumana et* scelerata *ducitur eorum qui negant se recusare, quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.* Cluent. 68. de Sassia: *quin etiam nocturna sacrificia* — sceleratasque *eius preces et* nefaria *vota cognovimus, quibus illa etiam deos immortales de suo* scelere *testatur, neque intelligit pietate et religione et iustis precibus deorum mentes, non contaminata superstitione, neque* ad scelus perficiendum *caesis hostiis posse placari.*

SCELESTE malitiose. Att. VI. 1. οὐκ ἔλαθέ σε *illud de gestu histrionis; tu* sceleste *suspicaris; ego* ἀφελῶς *scripsi.* Videtur Cicero in epistola ad Atticum vel in libris de re publica aliquid dixisse de oratoribus in gestu immodestioribus et histriones imitantibus. Hos

oppidano. Verr. III. 79. scenicorum *corollaria.* Off. I. 31. *suum quisque noscat ingenium — ne scenici plus, quam nos videantur habere prudentiae. Illi enim non optimas, sed accommodatissimas sibi fabulas eligunt.* Orat. III. 59. *omnes hos motus* (oratoris) *subsequi debet gestus non hic verba exprimens*, scenicus. Quintil. Inst. or. I. 11. *plurimum aberit* (orator) *a* scenico, *nec metu, nec manu, nec excursionibus nimius.*

SCEPTRUM. Sext. 26. *Rex sedens cum purpura et* sceptro, *et illis insignibus regiis.* Div. I. 12. *Iuppiter excelsa clarabat* sceptra *columna*, de simulacro Iovis in excelso collocato, quae res narratur. Catil III. 8. 9.

SCHEDA. Att. I. 17. *enitere ne qua* scheda *depereat.* *Schedae* sunt plagulae chartae ex scapo revulsae, quibus committebant veteres, quicquid subito commentabantur, ut emendatum postea in mundiorem chartam scriberetur ut docet Salmasius ad Vopisc. Firmum c. 3. T. V. p. 701. *Ern.*

SCHEDULA. Fam. XV. 16. *Puto te iam suppudere quum haec tertia iam epistola ante te oppresserit, quam tu* schedulam *aut literam.* Alii *Scidulam.*

SCHOLA. 1. locus ubi philosophi docent. Orat. I. 22. *quando me ista curasse — arbitramini et non semper irrisisse potius eorum hominum impudentiam, qui quum in* schola *assedissent ex magna hominum frequentia dicere iuberent, si quis quid quaereret.* Fin. V. 29. *tu etiam Chrysippe in foro, domi: in* schola *desinis.* 2. *Secta philosophorum.* Orat. I. 10. *clamabunt — omnes philosophorum* scholae *sua haec esse omnia propria.* 3. disputatio philosophi (*eine philosophische Vorlesung*). Tusc. I. 4. scholas *Graecorum more habere.* ibid. *dierum quinque* scholas *in totidem libros contuli.* Fin. II. 1. *primum deprecor ne me tanquam philosophum putetis* scholam *vobis explicaturum.* Pis. 25. postquam Pisonem induxerat de vanitate supplicationum disserentem: *Vertes te ad alteram* scholam, *disseres de triumpho.* Tusc. III. 34. *separatim certae* scholae *sunt de exsilio, de interitu patriae de servitute, de debilitate, de caecitate, — haec Graeci in singulas* scholas *et in singulos libros dispertiunt.* Fam. IX. 22. *habes* scholam *Stoicam.*

SCIDA et SCIDULA legitur in nonnullis Mss. et Edd. Att. I. 17. Fam. XV. 16. ubi alii habent *Scheda* et *Schedula.*

SCIENS. 1. *mit Vorbewust, mit Wissen; wissentlich.* Planc. 17. *Plancius offendit* sciens *neminem.* Fam. VI. 8 sciens *prudensque feci.* 2. scientia praeditus. Her. II. 31. *tu* scientior *eris praeceptorum artificio.* Inv. I. 35. *Navis quae* scientissimo *gubernatore utitur.*

SCIENTER. Orat. II. 2. bene dicere, *quod est* scienter, *et perite, et ornate dicere.* Div. I. 41. *Etruria de caelo tacta* scientissime *animadvertit.* Off. II. 5. *iis quibuscum congregamur uti moderate et* scienter. Orat. I. 29 *quae quibus a natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut iis quae habeant modice et* scienter *utantur.*

SCIENTIA. 1. *Kenntniss, Wissenschaft.* Orat. 32. *Dialecticorum* scientia. Leg. I. 6. *potius ignoratio iuris litigiosa est, quam* scientia. Manil. 10. Scientia *rei militaris.* Fam. IV. 5. *neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinae* scientiam, *ipsi se curare non possunt.* Orat. I. 14. *regionum terrestrium aut maritimarum* scientia. Fin. IV. 6. *vivere adhibentem* scientiam *earum rerum, quae natura evenirent.* Div. II. 59. *si sine medico medicinam dabit Minerva; Musae scribendi, legendi, ceterarum artium* scientiam *somniantibus non dabunt?* ibid. 33. *credo Romulum — habuisse opinionem esse in providendis rebus* augurandi *scientiam.* ibid. I. 17. scientia *auguratus.* Orat. 48. *usum loquendi populo concessi,* scientiam *mihi reservavi.* N. D. I. 41. *sanctitas est* scientia *colendorum deorum.* Off. I. 40. *modestia est* scientia *opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.* ibid. *Modestia sic definitur a Stoicis, ut sit* scientia *earum rerum, quae agentur aut dicentur loco suo collocandarum.* 2. inprimis scientia dicitur cognitio certa et ab opinione seiuncta. Orat. I. 23. *Si ars ita definitur — ex rebus penitus perspectis planeque cognitis atque ab opinionis arbitrio seiunctis,* scientiaque *comprehensis, non mihi videtur ars oratoris esse ulla.* ibid. I. 20. *quae tractarentur ab oratoribus dubia esse et incerta, quum — audirentur ab iis, quibus non* scientia *esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa aut certe obscura opinio.* 3. Orat. I. 14. *est aliquid — quod non ex usu forensi — sed ex* obscuriore *aliqua* scientia (*aus einer tiefer liegenden Wissenschaft*) *sit promendum.* 4. scientia *cum praepositione* de. Sull. 13. *cuius* scientiam *de omnibus constat fuisse.* 5. Frustra pluralem numerum voc. scien-

tia nonnulli in his locis invenisse sibi visi sunt. Orat. I. 14. *Physica ista ipsa — et mathematica — scientiae sunt eorum, qui ista profitentur* i. e. pertinent ad eorum scientiam; itaque *scientiae* est Genitivus. Sen. 21. *tot artes tantae* scientiae i. e. tot artes, quae tantam requirunt scientiam.

SCILICET. 1. *nimirum*. Orat. II. 55. Dicere *aiunt Ennium flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat, haec* scilicet *bona dicta quae salsa sint.* 2. *quidem*; (*freilich.*) Fin. V. 1. *me species quaedam commovit, inanis* scilicet, *sed commovit tamen.* 3. post interrogationem. Quint. 17. *quid ad haec Naevius? Ridet* scilicet (*Ei nun der lacht*) *nostram amentiam.* Att. XI. 7. *Quid tu in eo potes? Nihil* scilicet. Fam. VIII. 2. *Quid alios putas? Clamoribus* scilicet *maximis iudices corripuerunt.* 4. pro *scias licet.* Q. Fr. II. 8. *illud* scilicet: cenabis, quum veneris. 5. designat aliquid ironice dictum. Pis. 8. *ergo istius pecudis ac putidae carnis consilio* scilicet aut *praesidio niti volebam.* 6. de eo quod suapte sponte intelligitur. Q. Fr. II. 5. et *quamquam te ipsum* scilicet *maxime* (*dich selbst natürlich am meisten*) *tamen etiam literas tuas ante exspecto.* Fam. XVI. 3. *suspenso animo exspecto te primum* scilicet, *deinde Marionem.* Att. XII. 1. *lecta epistola tua de Atticae febricula* scilicet *valde dolui.*

SCINDERE. 1. *ausreissen.* Tusc. III. 26. scindere comam. 2. *zerreissen.* Fam. V. 20. *hanc epistolam cur non* scindi *velim nulla causa est.* 3. metaphorice. Att. XIII. 15. *ne* scindam *ipse dolorem meum* h. e. renovem. Graevius tamen putabat Ciceronem scripsisse *rescindam.* 4. proverbialis locutio est. Att. XIII. 33. *Venit* (Varro) *ad me et quidem id temporis ut retinendus esset. Sed ego ita egi, ut non* scinderem penulam; (i. e. invitari quidem, sed tamen non ita vehementer, et officiose, ut recusare non posset) Germani similiter dicunt: *ich habe ihm den Aermel nicht ausgerissen.*

SCINTILLA sensu metaphorico. Fam. X. 14. *ut ne qua* scintilla *teterrimi belli relinquntur.*

SCINTILLULA per translationem de primis initiis. Fin. V. 15. *in pueris virtutum quasi* scintillulas *videmus e quibus accendi philosophi ratio debet.*

fauces integrae id est molles ac leves, quarum vitio et frangitur, *et* obscuratur *et* exasperatur, *et* scinditur *vox*. Nam ut tibiae eodem spiritu accepto alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatae, alium quassae sonum reddunt; ita *fauces tumentes* strangulant *vocem*, *obtusae* obscurant, *rasae* exasperant, *convulsae* fractis sunt organis similes." Unde I. C. T. Ernestius quatuor illa vitia vocis recte germanico idiomate sic enuntiat: 1) *dürftige, dünne Stimme aus einer engen gepressten Kehle* (*frangitur, strangulatur* vox). 2) *undeutliche heisere Stimme* (vox obscuratur obtusis faucibus). 3) *rauhe grelle widrige Stimme aus einer rauhen Kehle* (vox *exasperatur* rasis faucibus). 4) holzerner Ton, ohne Klang und Metall, (vox *scinditur* convulsis faucibus). Idem bene monuit, (in quo ei praeiverat Gesnerus) quod nos dicimus *das Lispeln* a Quintiliano I. 11, 5. notari, his verbis: *ne illas quidem circa S literam delicias sic magister feret.*

SCITARI *quaerere*. Orat. 16. *sentiebam te non id* scitari — *sed id quaerere.*

SCITE. Verr. II. 35. *Statua* scite *facta et venuste.* Leg. I. 13. (Academia recens) *si invaserit in haec, quae satis* scite *nobis instructa et composita videntur, nimias edet ruinas.* Pis. 25. *Rationes* (*Rechnungen*) *perscriptae* scite *et literate.* Fam. XI. 16. *ille cui mandari satis* scite *et commode tempus ad te cepit adeundi.*

SCITUM. Opt. gen. or. 7. *lex Athenis, nequis populi* scitum *faceret* (*keine Verordnung in Vorschlag bringen solle*) *ut quisquam corona donaretur in magistratu prius, quam rationes retulisset.* Dom. 50. *ista non* scita, *sed portenta.* Balb. 18. *si tum fit fundus* (populus Gaditanus) *quum* scita *ac iussa nostra sua sententia comprobat.*

SCITUS ingeniosus, facetus. Div. II. 24. *Vitus illud Catonis* admodum scitum *est, qui mirari se aiebat, quod non videret haruspex haruspicem quum vidisset.* Planc. 14. *ego quia* dico *aliquid aliquando — si non* perfacetum, *attamen fortasse non rusticum, quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. Ego autem si quid est, quod mihi* scitum *esse videatur et homine ingenuo dignum atque docto, non aspernor. Stomachor vero quum aliorum* (dicta) *non me digna in me conferuntur.* 2. *callidus* (*schlau*). Orat. III. 61. *Edidi, quae potui, non ut*

qui te a meretricio quaestu abduxit, et tamquam stolam dedisset in matrimonio stabili et certo locavit.

SCRIBA. „Genera *scribarum* duo fuere alterum privatorum, alterum publicorum. Privati sunt hominum privatorum servi, ut Fam. V. 20. publici autem sunt homines liberi, sed plebeii ordinis, inprimisque libertini, qui in certas decurias descripti, mercedem ex aerario accipiebant. Sorte distribuebantur inter magistratus. Dom. 28. Scribae *nobiscum in rationibus publicis monumentisque versantur.* Cluent. 45. scriba *aedilitius.* Ex quo loco etiam intelligitur, praetores aedilesque legisse scribas. Ante a quaestoribus urbanis lectos fuisse Colligas e Livio XL. 29. — Verr. III. 78. *scriba* dicitur (Verris) praetoris *apparitor.* cf. Sigon. A. I. C. R. II. 15. Brut. 84. *gratiosi scribae in dando cedendoque loco* scil. *quum* iudicium publicum habetur, et magna ad audiendum oratorem convenerit auditorum frequentia. Verr. III. 79. *Ordo scribarum honestus est. Quis negat? Est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae et pericula magistratuum committuntur.* Ibid. Scribae *qui digni sunt illo ordine patres familias viri boni atque honesti. — Ad eos me revoca; noli hos colligere, qui numulis corrogatis de nepotum donis, ac de scenicorum corollariis, quum decuriam emerunt ex primo ordine explosorum* (scil. *histrionum*) *in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt. — Mirabimur turpes aliquos ibi esse, quo cuivis licet pretio pervenire?* Ex hoc loco de honestate scribarum publicorum iudicari potest, quam impugnavit Sigon. A. I. C. R. II. 9. defendunt Guther Iur. Pontif. II. 13. Fabrett. Inscr. c. 6. p. 458. s. et Graev. ad Dom. 28. De vilitate eorum et contemptu agunt etiam Ferrar. de Origg. Rom. p. 14. st. in T. 1. Thes. Graev in quo ei assentitur Spanhem. de usu et praestantia Numism. T. I. p. 705. De scribis Rom. est etiam docta et inprimis legenda Diss. Eschenbachii inter Diss. Acad. p. 257." *Ern.* Verr. III. 80. *Saepe nostri imperatores superatis hostibus optime rep. gesta* scribas *suos annulis aureis in concione donarunt.* ibid. 78. scribae *nomine* (a Verre) *de data pecunia* (aratoribus solvenda) *binae quinquagesimae detrahebantur. — Tuus* apparitor *parva mercede populi conductus de aratorum bonis praedabitur?*

SCRIBERE. 1 de epistolis. Att. XIII. 32. *quod ad te de decem legatis* scripsi, *parum intellexti credo, quia*

SCRIPTIO. 1. *das Schreiben.* Att. X. 18. *crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quae impediat* scriptionem *meam.* 2. *das schriftliche Ausarbeiten.* Brut. 24. *Nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum* scriptio. 3. *die Schrift.* Orat. II. 1. *illud est huius institutae* scriptionis *ac temporis.* Brut. 64. *Genus hoc* scriptionis *nondum satis Latinis literis illustratum.* Tusc. V. 41. *a Bruto non modo impulsi sumus ad philosophicas* scriptiones, *verum etiam lacessiti.* 4. *der schriftliche Ausdruck, der Buchstabe einer Schrift.* Inv. I. 38. *omnes leges ad commodum reip. referre oportet, et eas ex utilitate communi, non ex* scriptione *quae in literis est, interpretari.*

SCRIPTITARE, frequenter scribere. Att. VII. 12. *ad me scribas velim, vel potius* scriptites. Orat. 23. *ne te quidem, Antoni, multum* scriptitasse *arbitror.* Brut. 77. *M. Bibulus, qui et* scriptitavit *accurate — et egit multa constanter.*

SCRIPTOR. 1. de iis qui epistolas vel aliquid in epistolis scribunt. Fam. II. 4. *domesticarum rerum tuarum habes et* scriptores *et nuncios.* 2. scriptor historicus. Arch. 10. Multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuit. 3. scriptor orationum. Orat. 9. *venustissimus ille scriptor et* politissimus *Lysias.* Brut. 9. *Lysias egregie subtilis* scriptor *atque elegans.* 4. scriptor librorum in artibus quibuscunque. Orat. I. 34. *omnium bonarum artium* scriptores *ac doctores legendi ac pervolutandi.*

SCRIPTUM. 1. *ein schriftlicher Aufsatz, geschriebenes Heft.* Brut. 88. (Hortensio fuit) memoria tanta — *ut quae secum commentatus esset, ea sine* scripto *verbis eisdem redderet, quibus cogitavisset.* Planc. 30. *Recitetur oratio quae propter eius magnitudinem dicta de* scripto *est* (*von der Handschrift abgelesen*). Fam. X. 13. *SCtum ita perscriptum ut a me de* scripto *dicta sententia est.* 2. *eine Schrift, oder Buch.* Div. I. 12. *quis non artis* scripta *ac monumenta volutans voces tristificas chartis promebat Etruscis?* Fam. I. 9. *Rogas ut mea tibi* scripta *mittam quae post discessum tuum scripserim.* Fam. V. 12. *ardeo cupiditate incredibili nomen ut nostrum* scriptis *illustretur et celebretur tuis.* 3. *scriptum* est der *buchstäbliche Ausdruck.* Hinc orta est Her. I. 11. *legitima constitutio; quum in* scripto *aut ex* scripto *aliquid controversiae nascitur. Ea dividitur*

ludus esse potest, quum ipse fateatur, in illo ludo *aus und ein*, utrumque ludentium quindecim calculos adhibuisse, qui in duodecim areolis locum non habent. Burmannus ad Ovid. A. A. III. 363. putat nobis rationem istius ludi non satis perspectum esse, quem vide. Ceterum *scriptorum* dicendum esse, non *scruperum* defendunt praeter hos Burmann. ad Quintil. XI. 2. Victor. V. L. V. 13. Gronov. l. l. *Ern.*

SCRIPTURA. 1. id quod scriptum est. Fam. VI. 7. *quum mendum scripturae litura tollatur*. Fam. X. 8. *Plura illi mandata verbo quam* scriptura *dedi* (*mehrere Aufträge mündlich als schriftlich*). 2. ipsa scriptio, *die schriftliche Ausarbeitung*. Orat. I. 33. *si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua et diligens* scriptura *superabit.* Fam. VI. 7. *Genus hoc scripturae non modo liberum sed incitatum atque elatum esse debet.* 3. ita ut scriptum, de literis ac verbis legis testamenti, edicti. Her. I. 4. etc. Hinc Inv. II. 4. *scriptura superior et inferior*, i. e. antecedentia et consequentia. 4. vectigal aerarii e pascuis. Verr. II. 70. scriptura *Siciliae*. Fam. XIII. 65. *in* scriptura *pro magistro dat operas*. Vid. in Ind. Hist. *Alabarches*. Sed aperienda est clarius huius verbi vis. „Nempe vectigal hoc *scriptura* propterea dicitur, mea sententia, quia qui in pascuis publicis pascere vellent, nomina sua deferebant et subscribebant apud eum, cui eius rei cura data erat, h. e. ut e Varr. R. R. II. 1, 16. discimus, apud publicanum; et pro singulis pecoribus certam pecuniam solvebant. Nam ita etiam in agris publicis decumanis obtinuit. Verr. III. 51. *numerus aratorum quotannis apud magistratus publice subscribitur.* Accessit deinde decumarum vectigal, quum ante auctore Plinio, unum e pascuis fuisset. Retinuit antiquum illud vectigal nomen suum, et novo aliud datum est, etsi proprie in hoc novum aeque atque in illud vetus conveniebat." *Ern.* Diserte distinguitur scriptura a decumis et portorio Manil. 6. *Quum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen* pecora *relinquuntur, agri cultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Ita neque ex portu neque ex decumis neque ex* scriptura *vectigal conservari potest.*

SCRIPULUM. Att. IV. 26. *neque argenti* scripulum *esse ullum in illa insula.* *Scripulum* quod scri-

ptulum accuratius dicitur, est ducentesima et octogesima octava pars librae, s quarta et vicesima unciae, quae est duodecima librae pars. De scriptulo vid Gronov. Sestert. IV. 13. eiusque de signis et notis quibus exprimitur III. 15. *Ern.*

SCRUPULOSUS Tusc. IV. 14. *e quibus tanquam e* scrupulosis *cotibus enavigavit* oratio. Bentleius et Davisius probante Buherio reponunt *scruposis.* Putabam aliquando *scopulosus* u in Caecil 11. sed *scrupulosus* et *scruposus* confunduntur, et est hoc melius. Vid. Heins. ad Valer. Flacc. 518. *Ern.*

SCRUPULUS metaphorice quicquid animo molestum est et nos tanquam pungit aut urit. Rosc. Am. 2. *hunc sibi ex animo* scrupulum, *qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis, postulat.* Att. I. 18. *domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes et* scrupulos *occultabo, — atque hi — non sunt permolesti, sed tamen insident, et urgent.* Att. V. 13. *deinde exhauri mea mandata, maximeque si quid potes de illo domestico* scrupulum, *quem non ignoras.* 2. dubitatio de aliqua re, (*Bedenklichkeit*). Cluent. 28. *hic tum iniectus est hominibus* scrupulus *et dubitatio.* Att. II. 4. *nummi potius addantur, quam ullus sit* scrupulus. Att. X. 14. *odiosus* scrupulus *de filii militia Brundisina.*

SCRUTARI. 1. de regionibus aut rebus corporeis. Pis. 26. *L. Crassus spiculis prope scrutatus est* Alpes, *ut, ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quaereret.* Div. II. 13. *caeli* scrutantur *plagas.* Rosc. Am. 34. *non excutio te, non* scrutor, *si quid ferri habuisti.* Vatin. 5. *quum omnium domos furacissime* scrutarere. Fam. X. 31. *Iovis omnibus dispositi ab utraque parte* scrutantur *tabellarios.* 2. de pervestigatione rerum in artibus. Orat. II. 34. scrutari *locos ex quibus argumenta eruamus.* N. D. III. 16. *qui interiores* scrutantur *et reconditas literas.* 3. de investigatione vitiorum in hominibus, aut criminum. Q. Fr. I. 1, 9. *neque mihi satis placet* — scrutari *te omnes sordes, excutere unumquemque eorum.* Rosc. Am. 30. *desinamus aliquando ea* scrutari, *quae sunt inania. Quaeramus ubi maleficium et est, et inveniri potest.*

SCULPTUS. Acad. pr. II. 31. *non est e saxo* sculptus *aut e robore dolatus.* Ernestius malebat *scalptus,* ut est in compluribus edd. vett. Sed quamquam

utrumque verbum prorsus idem valere nondum nobis persuaserunt lexicographi quidam, tamen de ista correctione h. l. una cum Goerenzio V. C. ampliandum censemus.

SCURRA est parasitus aut homo parasiticis moribus, quod genus hominum studio placendi et delectandi petulantibus et obscenis dicteriis utitur, iisque etiam in eas res grassatur, quas revereri debebant, ut in religionem et deos, magistratus innocentes. Muren. 6. scurrarum *convicium*. *Ern.* Orat. II. 60. *Temporis ratio, et ipsius dicacitatis moderatio et temperantia et raritas dictorum distinguet oratorem a* scurra, *et quod nos cum causa dicimus, non ut ridiculi videamur, sed ut proficiamus aliquid, illi totum diem et sine causa.* Exemplum obsceni convicii quo scurra adolescentem lacessebat est Herenn. IV. 10. Is adolescens dicitur *imperitus eiusmodi conviciorum. Ubi enim iste vidisset* scurram *exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet?* Quint. 3. nec *parum facetus* scurra Sex. Naevius *neque inhumanus praeco est umquam existimatus. — Quum ei natura nihil melius quam vocem dedisset, pater nihil praeter libertatem reliquisset, vocem in quaestum contulit; libertate usus est, quo impunius dicax esset.* ibid. 17. *Vetus est* (dictum) de scurra *multo facilius divitem, quam patrem familias fieri posse.* N. D. I. 34. *Zeno Socratem* scurram *Atticum dicebat.*

SCURRILIS. Orat. II. 60. scurrilis *dicacitas* cernitur in eo, qui quicquid in mentem venit ridiculum sine respectu personarum ac temporum effutit, simulque obscenis et parum decoris iocis indulget. Exemplum eiusmodi affertur ibidem; additurque hoc: *Ergo haec quae cadere possunt, in quos nolis, quamvis sint bella, sunt tamen ipso genere* scurrilia. Paullo post: *Cenabo inquit* (Appius) *apud te huic lusco familiari meo, C. Sextio, uni enim locum esse video. Est hoc* scurrile, *et quod sine causa lacessivit, et tamen id dixit, quod in omnes luscos conveniret.* Quintilian XI. 2, 30. *affectata* scurrilitas *in rebus ac verbis parum modestis ac pudicis vilis* (i. e. contemtus) *pudor.*

SCUTELLA. Tusc. III. 19. *demus* scutellam *dulciculae potionis* h. l. esse pro poculo facile intelligitur. Significat etiam lancem. Vid. de hoc verbo Popma ad Caton. R. R. c. 10. et Salmas. ad Vopisc. Car. 20.

p. 861. qui tamen male a *scutra* hoc verbum oriri putat, quum sit potius a *scuto*; ut bene monet summus vir Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 276. 277. *Ern.*

SCUTULUM. N. D. I. 29. *Iunonem Sospitam — numquam ne in somnis quidem vides nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum* scutulo.

SCUTUM. Caecin. 22. *si tu solus* — cum scuto, *cum gladio impetum in me fecisses.* Div. II. 27. *quasi quidquam intersit mures diem noctemque aliquid rodentes* scuta *an cribra corroserint.* „ Tusc. II. 23 *fit in praelio, ut ignavus miles ac timidus simul ac viderit hostem* abiecto scuto *fugiat, quantum possit.* Att. XI. 29. scutum *abiicere* pro *ab armis discedere.* Orat. II. 72. *ut non modo non* abiecto, *sed ne* reiecto *quidem* scuto *fugere videar.* Scil. fugientes turpiter scutum abiiciunt, honestius t..m retinent scutum et post tergum reiiciunt, ne telis petiti a persequentibus laedi possint. *Ern.* Eleganter h. l. cum milite fugiente comparat oratorem, qui si qua res premat vehementius ita cedat, ut in cedendo quandam adhibeat speciem atque pompam et pugnae similem fugam.

SCYPHUS poculum. Fam. VII. 22. *illuseras heri inter* scyphos. Verr. IV. 14. *scyphi* sigillati. Vid. *Sigillatus.*

SECARE. 1. cultro incidere. Tusc. V. 26. *etsi uratur, torqueatur,* secetur. Fr. or. contra C. Anton. *inspectante populo collum* secuit *hominis.* 2. inprimis est chirurgorum. Tusc. II. 22. *C. Marius — quum* secaretur *vetuit se alligari neque quisquam ante Marium solutus dicitur esse* sectus. Off. I. 28. *ut ad urendum et* secandum *medici (veniunt)* Phil. VIII. 5. *in corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri* secarique *patimur.* 3. dividere. N. D. III. 12. *omne corpus* secari *ac dividi potest.* Arat. fr. *geminis* secat *aëra pennis.* 4. de divisione logica. Orat. II. 27. *isti quidem causas in plura genera* secuerunt.

SECEDERE. Fr. orat. pro C. Cornel. *Tanta in illis virtus fuit, ut anno XVI post reges exactos propter nimiam dominationem potentium* secederent. Catil. I. 13. secedant *improbi, secernant se a bonis.*

SECERNERE. 1. loco separare s. disiungere. Catil. I. 12. *muro* secernantur *a nobis.* 2. in disserendo aut narrando separare. Fam. V. 2. ut a continentibus *scriptis* secernas *hanc quasi fabulam rerum nostrarum*

scil. coniurationis Catilinariae. Orat. 11. *Illud tertium genus a praeceptis nostris secreveram* 3. distinguere. N. D. II. 47. *dedit natura beluis et* sensum *et appetitum, ut altero* (sensu) — secernerent *pestifera a salutaribus.* Lael. 25. Secerni *blandus amicus a vero et internosci potest adhibita diligentia.* Orat. 19. *ab hoc genere non est difficile hanc eloquentiam de qua nunc agitur* secernere.

SECESSIO. 1. factio. Ligar. 6. secessionem *tu illam existimasti* (scil. inter te et Pompeium) *non bellum.* 2. dicitur etiam de iis, qui seorsum eunt deliberandi, colloquendi causa Muren 24. *seductionem testium,* secessionem *subscriptorum animadvertunt.* Sic ap. Liv. XLV 36. *tribuni ad deliberandum* secedunt ubi vid. Dukerus. *Ern.*

SECIUS. Her. I. 12. *impedimento est, quo* secius *lex feratur.*

SECLUSUS. Orat. II. 39. *illuc eum rapiam, ubi non* seclusa *aliqua aquula teneatur, sed unde universum flumen erumpat;* de oratore sic instituendo, ut ei universae sedes *et* loci argumentorum demonstrentur. Verr. V. 9. *supplicium a conspectu parentum ac liberum, denique a libero spiritu et luce* seclusum. Tusc. I. 30. *devium quoddam iter* seclusum *a concilio deorum.*

SECRETIO. Tusc. I 29. *interitus est* quasi *discessus et* secretio *et diremptus earum partium, quae ante interitum iunctione aliqua tenebantur.*

SECRETO. Fam. VIII. 1. *neque haec incerta vulgo iactantur, sed inter paucos — plane* secreto *narrantur.* ib. VII. 25. secreto *hoc audi, tecum habeto.*

SECRETUS. N. D. II. 55. secretus *a reliquo cibo succus is quo alimur.* ibid. *a cibo* secreta *bilis.* N. D. II. 21. *habent suam* sphaeram stellae *inerrantes ab aetherea coniunctione* secretam *et liberam.*

SECTA. 1. philosophorum. Brut. 31. Brutus ex vetere Academia philosophorum sectam secutus est. 2. factio quaedam s. partes (*eine Partey*). Flacc. 41. *stultus quisque est, qui hanc in rep* sectam *sequatur.* Fam XIII. 4. *tuae prudentiae est — sequi eius* (Caesaris) *auctoritatem cuius* sectam *atque imperium — secutus es.* 3. via, iter. N. D II. 22. *natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et* sectam *quam sequatur.*

SECTARI. 1. est servorum quatenus in alicuius dominio sunt. Rosc. Am. 28. sectantur *servi Chrysogo-*

num h. e. sunt apud eum, non amplius apud Roscium. 2. clientum, ut assectari. Muren. 37. sectantur *eum multi* 3. Verr. IV. 66. sectantur *eum pueri*, de homine omnium ludibrio. *Ern.*

SECTATOR assecla. Rab. Post. 8. *Num Gabinii* (scil. in provinciam pro cos. egressi) *comes (fuit)* aut sectator? Inprimis sectatores dicuntur ii, qui candidatos honorum observantiae causa ubique sectantur. Muren. 34. *lex Fabia de numero* sectatorum.

SECTIO. 1. redemptio praedae universae, aut bonorum proscripti damnative omnium. Phil. II. 26. *nemo fuit qui ad illud* sectionis *scelus auderet accedere.* cf. c. 29. 2. bona ipsa quae venduntur, rediмuntur. Inv. I. 45 *cuius praedae* sectio *non* venierit. Ex Agrar. I. contra Rull. ap. Gell. XIII. 24. hoc fragmentum est: *praedam, manubias,* sectionem, *castra denique Cn. Pompeii sedente imperatore decemviri vendent.* Ex quo loco intelligitur eam tantum praedae partem *sectionem* esse appellatam, quae ad publicum pertineret, quemadmodum etiam Romae sectio est tantum eorum bonorum, quae aerario inferenda sunt. Nam *praeda* est militum, *manubiae* imperatoris, *sectio* ergo populi. *Ern.*

SECTOR redemptor bonorum. Rosc. Am. 29. Fam. XV. 19. Verr. I. 23. ad quem locum Asconius a sequendo spem verbum hoc ducit. (*Sectores*, inquit, dicti sunt, qui *spem* lucri sui *secuti* bona condemnatorum semel auctionabantur proque iis pecunias pensitabant, ac postea pro compendio suo singulas quasque res pecunia populo venditabant.) In qua sententia est etiam Nonius: secare, sequi unde et *sectatores* bonorum *sectores* dicti sunt. Verrius autem *sectionem bonorum* persecutionem interpretatur, unde et *sectores* dictos ait, *qui empta sua persequuntur,* cuius sententiam probat Salmasius mod usur. c. 18. p. 830. Qui redemerat sectionem, inquit, vel praedae, vel omnium bonorum proscripti damnative, quum universa eius bona, quacunque in re aut iure consisterent accepisset, ubicunque essent reperienda, ea persequebatur etc. Mihi si luberet *sectorem* a *sequi* repetere, aliam rationem redderem. Nempe olim in republica libera, quum nondum proscriptio esset audita, sectores tantum erant redemptores praedae. Itaque qui hoc genere quaestus ducebantur, sectabantur exercitus ad omnes urbes, quas obsidebant ut in expugnatis sectiones praedarum emerent de quo ge-

nere hominum non semel est apud Livium, v. c. X. 17. 6. Similes iis et parte sunt, et in re nomen aut in partibus faciunt, quod illi in maiori, aut universis in privata praeda, quod illi in publica et aerario inferenda, lixae, qui et ipsi exercitus sequebantur, ut cibis vendendis et praeda a militibus singulis emenda lucrum facerent; unde Livius [illegible], magnus militum perit, quia praeter aegros *lixarum* [illegible] per agros vicinasque urbes *negotiabantur*." Caesar B. G. VI. 38. etiam mercatores commemorat, qui exercitum sequebantur et sub vallo tendebant. Sed illud hic relinquitur dubii, quod hac ratione probata etiam lixae et mercatores reliqui sectores dici possent. Itaque rectiorem puto vulgarem sententiam, quae a *secando* ducit hoc verbum, et *sectores* a *secandis bonis* dictos censet, quod sectores universa bona universam praedam hanc ob causam redimebant, ut iis per partes vendendis lucrum facerent, quemadmodum ipse Asconius tradit. Homines adeo *secari* dicebantur, quorum bona auctione distrahebantur. Id nomen deinde mansit etiam quum aliquis emeret proscripti bona, ut retineret ipse. Idque adeo confirmari puto etiam loco Ciceronis. Rosc. Am. 29. *iidem erant sectores bonorum et collorum.* — *Ern.*

SECULUM; s. SAECULUM spatium centum annorum. Orat. II. 5. *Saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophi garrire coeperunt.* N. D. II. 20. *Saturni stella — XXX fere annis cursum suum conficit: in quo cursu — nihil immutat sempiternis* saeculorum *aetatibus quin eadem iisdem temporibus efficiat.* 2. omnino de tempore longo. Off. II. 21. *Nae illi multa* saecula *exspectanda fuerunt.* 3. de hominibus aliquo tempore viventibus. Sen. 7. e Statio in Synephebis: *Serit arbores quae alteri* saeculo *prosint.*

SECUNDARIUS secundi ordinis. Inv. II. 7. *in hoc loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alii nemini causam fuisse faciendi* — secundarium, *si tantam aut tam idoneam nemini.*

SECUNDO. Planc. 20. *Equidem primum, ut honore dignus essem maxime semper laboravi;* secundo *ut existimarer;* tertium *mihi fuit illud, quod plerisque primum est, ipse honos.*

SECUNDUM. 1. ex praescripto alterius. Acad. I. 10. secundum *naturam.* 2. ex commodo sententiaque alterius. Att. IV. 2. *loco sententiam rogatus, multa*

secundum *causam nostram disputavit.* Unde et in iure *secundum aliquem* dicitur decerni, quum causam obtinet. Verr. I. 44. 3. *secundum mancipium* quomodo capiendum sit, utrum *praeter* an *ex lege mancipii* disputatur. Vid *Satisdatio.* 4. prope, iuxta Att. VIII 19. si Caesar secundum mare ad me ire coepisset. cf. XVI. 8. *Ern.*

SECUNDUS. Fin. III. 16. *ut nemo dicit in regia regem ipsum quasi* productum *esse ad dignitatem* (id enim est προηγμένον) *sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum, sic in vita non ea quae primario loco sunt, sed ea quae secundum locum obtinent* προηγμένα *id est producta nominentur.* 2. *Secundae partes* der zweite Rang; proprie de actoribus in scena, quorum primae, secundae, et tertiae partes sunt Acad. fr. *Academico sapienti ab omnibus* secundae partes *dantur.* Brut. 69. *fuit Crasso quasi* secundarum.

SECUNDUS 1. prosper. N. D. III. 36. *hominum prosperitates,* secundaeque *res.* Sull. 23. *Sulla — et* secundas *fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo remedio atque allevamento permanere.* ibid. 27. *amici* per quos *res eius* secundae *quondam erant ornatae, nunc sublevantur adversae.* 2. favens. Att. I. 16. secunda *concionis voluntate.* Tusc. II. 1. *philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi et suspecta et invisa, ut vel si quis universam velit vituperare* secundo *id* populo *facere possit.* Rull. II. 37. *quis unquam tam* secunda *concione legem agrariam suasit.* N. D. III. 34. *Dionysius quum fanum Proserpinae Locris expilavisset, navigabat Syracusas; isque quum* secundissimo vento *cursum teneret, ridens, Videtisne inquit amici quam bona a diis immortalibus navigatio sacrilegis detur?* Att. II. 1. *Caesar cuius nunc* venti *valde sunt* secundi i. e. qui nunc auctoritate floret, et populo utitur sibi favente.

SECURIS. 1 Q Fr. I. 4. *sit lictor non suae sed tuae lenitatis apparitor, maioraque praeferant fasces illi ac* secures *dignitatis insignia quam potestatis.* Verr. V. 9. (Hortensius) *dicet remp. administrari sine metu ac severitate non posse; quaeret, quamobrem* fasces *praetoribus praeferantur, cur* secures *datae.* Pis. 34. (hospitem tuum Platorem) *ne maiorum quidem more supplicio affecisti quum miser ille* securibus *hospitis sui cervices*

subiicere gestiret. 2. plaga Planc. 29. *gravem infligere* securim *reip.* Muren. 24. *quam te* securim *putas iniecisse petitioni tuae?* pro quo est c. 25. plaga *iniecta est petitioni tuae.* 3. Q. Fr. II. 11. *Tenediorum igitur libertas* Tenedia securi *praecisa est.* Tenedii legati, ad senatum Romanum missis petierant, ut sibi suis legibus vivere liceret. id autem a Senatu negatum est, decretumque ut eadem conditione qua ceteri in provinciis Romanis id est legibus a populo Romano vel provinciali magistratu datis uterentur. Hanc igitur libertatem Tenediorum quum Cicero *Tenedia securi* praecisam esse dicit, alludit ad *securim Tenediam*, in numis etiam Tenediorum conspicuam, quae in proverbium abierat. Suidas v. Τενέδιος ξυνήγορος: Παροιμία Τενέδιος πέλεκυς. Ἀριστοτέλης μέντοι ὅτι βασιλεὺς Τένεδιος μετὰ πελέκεως δικάζων τὸν ἀδικοῦντα εὐθέως ἀνῄρει. Ἢ ὅτι Ἀστερίνα τόπος ἐν Τενέδῳ, ἔνθα ποταμίσκος· ἐν ᾧ καὶ καρκίνοι τὰ χελώνια διηρθρωμένα ἐπιπλεῖον ἔχοντες καὶ πελέκει ἐμφερῆ. Ἢ, ὅτι βασιλεύς τις νόμον θεὶς πελέκει τοὺς μοιχοὺς ἄμφω καρατομεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἐτήρησε τοῦτο, καθὸ καὶ ἐν τῷ νομίσματι, ἐφ᾽ οὗ μὲν πέλεκυς, ἐφ᾽ οὗ δὲ δύο πρόσωπα ἐξ ἑνὸς αὐχένος. Οἱ δ᾽ ὅτι γενναῖα (l. δεινά) ἔπαθεν ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς μετὰ πελέκεως τὰς φονικὰς ἔκρινε δίκας. Cf. Eckhel doctrina numor. veterum Vol. I. P. 2. p. 488.

SECURITAS tranquillitas animi, *Sorgenfreiheit.* Tusc. V. 14. *Qui autem illam maxime optatam et expeditam* securitatem (securitatem *autem nunc appello vacuitatem aegritudinis, in qua beata vita posita est*) *habere quisquam potest, cui aut adsit, aut adesse possit multitudo malorum?* Lael. 13. *quibusdam — placuisse opinor — commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiae; — caput enim esse ad beate vivendum* securitatem *qua frui non possit animus, si tamquam parturiat unus pro pluribus.* Fin. V. 8. *Democriti* securitas, *quae est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν.* Att. IV. 16. *miram* securitatem *videbis* (scil. animi mei) *cuius plurimae partes sunt in tuo reditu.*

SECUS. Fin. V. 13. *nobis aliter videtur, recte* secusne *postea.* Pis. 28. *Audistis dici philosophos Epicureos, omnes res, quae sunt homini expetendae, voluptate metiri. Recte* an secus *nihil ad nos.* Orat. III. 30. *eadem sunt membra in utrisque disputationibus, sed paullo* secus *a me* atque *ab illo partita ac distributa.*

Gell. XIII. 24. *quaedam, manubias sectionem castra denique Cn. Pompeii* sedente *imperatore,* decemviri vendent. 4. *sedere* dicuntur qui in tabernis aut locis publicis merces vendunt. Verr. III. 62. *Albam Aemilium* sedentem *in faucibus macelli.* 5. *sedentes* opponuntur *dicentibus* quum in senatu tum in iudiciis. Fam. V. 2. sedens *iis assensi.* Rosc. Am. 1. *quum tot summi senatores hominesque nobilissimi* sedeant, *ego potissimum* surrexerim. 6. de magistratibus dicitur, quum pro rostris in suggestu sedent aliis dicentibus, legem ferentibus, suadentibus, aut in tribunali vel ius dicunt, vel quaestioni praesunt, post. Red. in Sen. 5. *quo* sedente *legem trib. pl. tulit.* Sext. 15. sedentibus *consulibus.* Brut. 43. *Scaevola tribuno in rostris* sedente *suasit Serviliam legem Crassus.* 7. idem de iudicibus et consiliariis praetoris et advocatis partium. Orat. I. 36. *nobis* sedentibus *in tribunali Q. Pompeii praetoris urbani familiaris nostri.* Rosc. Com. 4. sedere *in consilio.* Cluent. 38. *si qui quaererent* sedissentne *iudices in C. Fabricium,* sedisse *se dicerent.* ibid. 37. *quum — in iudicio — paucos dies ex subsortitione* sedisset. Fam. I. 9. sedente *Pompeio* scil. in iudicio. Orat. II. 47. *quum C. Marius maerorem orationis meae praesens ac* sedens *multum lacrimis suis adiuvaret.*" — Hactenus Ernesti; qui tamen, §. 3. ubi notat sedere dici de iis qui in tabernis merces vendant usus est exemplo parum apto. Nam Verr. III 62. Alba Aemilius quem narrat Cicero *sedentem in faucibus macelli loqui palam vicisse Verrem emptos habere iudices* nec mercator erat, nec, ut nonnulli putarunt, senator, sed homo vilis et scurra, qui ut fit in faucibus macelli sedere, nugas agere, garrire, rumores spargere solebat, ut Romae homines qui *subrostrani* dicebantur sub Rostris desidere soliti.

SEDES. 1. sella aliusque locus ubi sedetur. Orat. I. 8. *Crassum pulvinos poposcisse et omnes in iis sedibus quae erant sub platano consedisse dicebat.* Catil. IV. 1. sedes *honoris, sella curulis.* 2. *domicilium.* Sull. 11. *urbs haec* sedes *omnium nostrum — domicilium imperii.* Cluent. 66. *cum sibi domum* sedemque *coniugii delegit.* Muren. 39. *omni in* sede *ac loco ferrum flammamque metuemus.* 3. metaphorice sedes alicuius rei dicitur, in qua est eius proprietas fundamentum. Rull. II. 35. *coloni Capuae in domicilio superbiae atque in* sedibus *luxuriae collocati.* Marcell. 9. *vagabitur nomen tuum lon-*

ge atque late, sedem quidem stabilem et domicilium certum non habebit. 4. metaphorice de loco in mente et memoria rei Orat. II. 87. his formis atque corporibus (in arte mnemonica) sicut omnibus quae sub aspectum veniunt sedes opus est. Etenim corpus intelligi sine loco non potest. Orat. III. 5. quum omnis ex re atque verbis constet oratio, neque verba sedem habere possunt si rem subtraxeris, neque res lumen si verba semoveris. 5. fundamentum aut caput alicuius rei Cael. 13. nullum est fundamentum horum criminum nulla sedes. 6. notio. Fin. II. 12. omnium sententia pronuntiabit — de voluptate nihil esse ei loci, non modo ut sola ponatur in summi boni sede quam quaerimus, sed ne illo quidem modo ut ad honestatem applicetur.

SEDITIO, Aufstand, Aufruhr. Att. V. 14. seditio militum sedata. Att. X. 1. Solon capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset. Orat. II. 28. M Antonius accusante Sulpicio quum hominem seditiosum furiosumque defenderet, non dubitavit seditiones ipsas ornare, et demonstrare gravissimis verbis multos saepe impetus populi non iniustos esse, quos praestare nemo possit, multas etiam e republica (zum Vortheil des Staats) seditiones saepe esse factas, — illam Norbani seditionem — neque reprimi potuisse et iure esse conflatam. — Qua de oratione ipse Antonius ibid. II. 48. omnium, inquit, seditionum genera, vitia, pericula collegi — conclusique ita ut dicerem, etsi omnes molestae semper seditiones fuissent, iustas tamen fuisse nonnullas et prope necessarias. 2. seditiosorum hominum manus. Cluent. 36. Iunii iudicium video esse eiusmodi, ut incursionem potius seditionis, vim multitudinis, impetum tribunicium, quam iudicium appellandum putem.

SEDITIOSE. Cluent. 1. conciones seditiose concitatae. Att. II. 21. Bibulus quum comitia in mensem Octobr. distulisset, quod solet ea res populi voluntatem offendere, putarat Caesar oratione sua posse impelli concionem ut iret ad Bibulum (i. e. ut cum clamore et tumultu ad domum eius iret), multa quum seditiosissime diceret, vocem exprimere non potuit.

SEDITIOSUS. Orat. II. 11. seditiosus civis et turbulentus. Vatin. 2. Gellius nutricula seditiosorum omnium. Inv. I. 3. quum ad gubernacula reip. temerarii atque audaces homines accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant. Quibus rebus tantum odii atque in-

vidiae suscepit eloquentia ut homines ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa *et* tumultuosa *vita se in studium aliquod traderent quietum.*

SEDO. 1. de malis. Phil. II. 18. tanta mala *florentissimae familiae* sedavi *vel potius sustuli.* 2. de controversiis, bellis, pugnis. Leg. I 21. *haec controversia tota* sedari *potest.* Catil. II. 13. *haec omnia sic agentur, ut res maximae minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum — me uno togato duce et imperatore* sedetur. Leg. III. 10. *At aliquando incenditur* (vis tribunitia). *Et quidem saepe* sedatur. 3. de motibus animi. Div. I. 29. *illa parte animi, in qua irarum exsistit ardor* sedata *atque restincta.* Off. I. 29. *Intelligitur appetitus omnes contrahendos,* sedandosque. 5. de fama et sermonibus. Att. XIII. 10. *sermunculum omnem aut restinxeris, aut* sedaris.

SEDUCERE, *bei Seite führen.* Att. V. 21. *quum haec disseruissem,* seducit *me Scaptius ait se nihil contradicere.* Fam. I. 9. *quoniam quidam nobiles homines — nimis amarent inimicum meum* (Clodium) *meque inspectante saepe eum in senatu modo severe* seducerent, (quasi de re gravi cum eo communicaturi), *modo familiariter atque hilare amplexarentur.* Phil. XIII. 10. *ausus es dicere — sceleratum Trebonium? quo scelere, nisi quod te Idibus Martiis a debita tibi peste* seduxit. Notum est e Plutarcho et Dione Cassio Antonium antequam Caesar interficeretur a Trebonio seductum esse et colloquio detentum ne forte Caesari succurreret. Cicero putabat nisi hoc factum esset futurum fuisse, ut ipse quoque Antonius una cum Caesare interficeretur. Itaque Fam. X. 28. ad Trebonium scribit: *Quod vero a te viro optimo* seductus *est, tuoque beneficio adhuc vivit haec pestis interdum — tibi subirascor.* Et Phil. II. 14. ubi dixerat aliquando Antonium cum Trebonio consilium cepisse Caesaris interficiendi addit: *ob eius consilii societatem, quum interficeretur Caesar, tum te a Trebonio vidimus* sevocari.

SEDUCTIO. Muren. 24. seductiones *testium;* nempe Servius quum accusationem in competitores comparabat, saepius ad testificationes colligendas eos seducebat quorum testimoniis opus habebat.

SEDULITAS. 1. officiositas, diligentia in officio. Fam. X, 15. sedulitas *mea et mihi et reip. tulit fructum,*

manitas beluae a communi tanquam humanitatis corpore segreganda *est.* Tusc. V. 28. *beata vita sola relicta comitatu pulcherrimo* (virtutum) segregata.

SEIUGATUS *separatus; seiunctus.* Div. I. 32. *intelligitur — humani animi eam partem, quae sensum, quae motum, quae appetitum habeat non esse ab actione corporis* seiugatam.

SEIUNCTIO figura sententiarum. Orat III. 53. *propositio quid sis dicturus, et ab eo quod est dictum* seiunctio. Huius figurae exemplum est Phil. . 3. *Exposui, P. C. profectionis consilium; nunc reversionis, quae plus admirationis habet, breviter exponam.* Orat. 40. haec figura his verbis designatur: *ut proponat, quid dicturus sit, ut quum* transegerit iam *aliquid,* definiat.

SEIUNGERE. 1. separare. N D. III. 24. fortunam *nemo ab inconstantia et temeritate* seiungit. Catil. I. 19. *dummodo tua calamitas a reip. periculo* seiungatur. 2. *distinguere, discernere.* Orat 20. seiunctus *orator a philosophorum eloquentia, a sophistarum ab historicorum, a poetarum.* Orat II. 25. *de ambitu raro illud datur ut possis liberalitatem a — largitione* seiungere. Tusc. IV. 13. seiungere *cogitatione morbum ab aegrotatione.* 3. *disiungere.* Fam. X. 6. seiunge *te quaeso aliquando ab iis cum quibus te non tuum iudicium sed temporum vincula* coniunxerunt. Verr. III. 84. *defensio remota ab utilitate reip.*, seiuncta *a voluntate legis.* 4. *excludere.* Vatin. 11. *gratias tibi agere debeo, quod me ex fortissimorum civium numero* seiungendum *non putaris.* 5. *avocare.* Fin. I. 20. animus *a spe* seiungi *non potest.* 6. *seiungere se* est abstinere. Cael. 3. seiungere *se a libertate verborum.*

SELECTIO. 1. *collectio e pluribus.* Leg. III. 10. *Est iniqua in omni re accusanda, praetermissis bonis malorum enumeratio vitiorumque* selectio. 2. *delectus.* Fin. III. 6. aestimabile — *appellamus id quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut* selectione *dignum — sit.* Fin. II. 14. (Aristo et Pyrrho) *in una virtute sic omnia esse voluerunt, ut eam rerum* selectione *exspoliarent.*

SELECTUS. 1. N. D. I. 31. selectae *brevesque sententiae* dicuntur κυρίαι δόξαι Epicuri. 2. „Verr. II. 13. *iudices selecti,* sunt qui iudicia publica exercent. Cluent. 43. *praetores urbani debent optimum quemque in* selectos *iudices* (h. e. decurias eorum) *referre.* Nam in iudiciis

sedent sorte quaesitoris, nec selecti ab hac sortitione dicuntur, ut quibusdam placet. Asconius quidem ad Act. I. in Verrem l. h. ad sortitionem refert hoc nomen; sed haud dubie erravit, quum Cicero diserte lectionem iudicum Praetori urbano tribuat l. c. a quo post ad Imperatores translata est, quot decurias ordinasse, praeter Suetonium, multis locis, docet Plin. XXXIII. 1. fuitque ea lectio pars actus rerum, cuius apud Suetonium frequens mentio. Sub Caesaribus selectos iudices paullo aliter, et arctiori quodam sensu dictos patet ex eodem Plinio." *Ern.*

SELIGERE. 1. *auswählen.* Orat. 15. *Nec vero utetur imprudenter hac copia sed omnia expendet et* seliget. 2. *sumere, assumere* (*sich etwas belieben lassen*). Fin. III. 6. *si cui propositum sit collineare hastam aliquo aut sagittam sit illi facere omnia, quae possit, ut collineet — illud autem ut feriat* (scopum) *quasi* seligendum, *non expetendum.*

SELLA. 1. sedes opificum. Catil. IV. 8. *nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri aut voluntate perditi, qui non ipsum illum* sellae *atque operis et quaestus quotidiani locum — salvum esse velint.* 2. sedes magistri (*Lehrstuhl*). Fam. IX. 18. sella *tibi erit in ludo tanquam hypodidascalo proxima.* 3. *sella curulis.* Verr. II. 38. *palam de* sella *ac tribunali pronuntiat* scil. praetor Verres, qui iudicium exercens sedebat in sella curuli, posita in tribunali. Verr. I. 47. *et hoc de* sella *vir optimus dixit.* ibid. 46. *vos oblitos esse non arbitror, quae multitudo, qui ordo ad Pisonis* sellam *isto praetore* solitus *sit convenire*, scilicet ut intercederet decretis Verris in quibus contra edictum suum decrevisset. 4. Phil. II. 34. *Sedebat in Rostris collega tuus* (C. Iulius Caesar) *amictus toga purpurea*, in sella aurea, *coronatus.* Div. I. 52. quum (Caesar) *immolaret illo die, quo primum in* sella aurea *sedit, et cum purpurea veste processit, in extis bovis opimi cor non fuit.*

SELLULARIUS fr. inc. *ac plebeia faece* sellulariorum; i. e. eorum qui opificia tractant, quae *artes sellulariae* dicuntur.

SEMEL. 1. Font. 5. Galli pecuniam semel *atque* iterum *ac* saepius — dare coacti sunt. 2. *ein für allemal.* Att. XIV. 13. *Antonius* semel *induxit in animum sibi licere quod vellet.*

SE-

SEMEN. 1. de plantis. Phil. II. 22. *in seminibus causa est arborum et stirpium.* Sen. 15. *terra* quum *gremio mollito ac subacto* semen *sparsum excepit.* 2. communiter de plantis et animalibus. N. D. II. 32. *alii naturam censent esse — vim participem rationis atque ordinis —* seminis enim vim *esse tantam, ut id quamquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipientem comprehendentemque naturam, nactumque sit materiam, qua ali augerique possit, ita fingat, et efficiat in suo quidque genere, partim ut tantummodo per stirpes alantur suas, partim ut moveri etiam et sentire et appetere possint, et ex sese similia sui gignere.* 3. de hominum progenie. Rull. II. 35. *non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac* seminis, *quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura loci et a vitae consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus.* Phil. IV. 5. mortem *quidem omnibus natura proposuit; crudelitatem mortis et dedecus virtus propulsare solet, quae propria est Romani generis et* seminis. 4. metaphorice pro causa quacunque vel principio rerum. Catil. I. 12. *stirps ac* semen *malorum omnium.* Off. II. 8. nec *vero umquam bellorum civilium* semen *et causa deerit, dum homines hastam illam cruentam et meminerint, et sperabunt,* scil. auctionem bonorum civis proscripti sub hasta vendendorum. Fam. VII. 31. *veni quaeso, ne tamen* semen *urbanitatis una cum rep. intereat.* Fin. V. 7. *virtutum igniculi ac* semina.

SEMENTIS. 1. sensu proprio. Orat. I. 58. *nemo nescit quid sit* sementis *aut messis.* Verr. III. 54. semente *prohibita ac messe amissa.* 2. metaphorice. Orat. II. 65. *ut* sementem *feceris ita metes.* N. D. III. 75. *hanc a diis immortalibus tantam arbitramur malorum* sementem *esse factam.* Att. IV. 7. moleste fero in agro Sabino sementem fieri proscriptionis.

SEMESTRIS. Att. X. 8. *intelliges id regnum vix* semestre *esse posse.*

SEMIANIMUS. Div. I. 47. *anguis*; in versiculo ex Ciceronis Mario.

SEMICIRCULUS. Fin. V. 20. etiam *inertissimos homines — videmus — quum non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos et* semicirculos *consectari.* Hanc lectionem nuper *Goerenzius* revocavit, quum Davisius et Ernestius ex aliquot Mss. re-

SEMITA. Rull. II. 35. Roma — *non optimis viis, angustissimis* semitis (*enge Gässchen*). Off. II. 17. *Oresti nuper prandia in* semitis *decumae nomine magno honori fuerunt.* Ad h. l. Heusingerus: „Decumas bonorum vel fructuum suorum quum aliis diis tum Herculi vovebant, vel felici alicuius rei eventu laeti, vel ut omnia prospere cederent precaturi. Id non mercatores tantum faciebant, quae opinio Orestem hunc feneratorem finxit, sed et nobilissimi quique. Hae vero religionis specie Orestes aliique populares homines ad apparanda plebi prandia eamque liberalitate sua deleniendam abusi fortasse sunt, vel ad eius exemplum decimae non tam deo, quam populo datae sunt." 2. metaphorice. Verr. II. 24. *intelligetis hanc pecuniam, quae via modo visa est exire ab isto, eandem* semita *revertisse* h. e. pecuniam quae palam ab eo exire visa est, occulte ei redditam esse.

SEMIVIVUS. 1. sensu proprio. Verr. I. 17. *hominem ingenuum — fumo excruciatum* semivivum *reliquit.* 2. metaphorice, imbecillis, contemnendus. Pis. 14. *voce et clamore abiecti hominis et* semivivi *furorem petulantiamque fregistis.* Sext. 59. *erat reclamatum* semivivis *mercenariorum vocibus*, i. e. exilibus et languentibus.

SEMIUSTULATUS. Milon. 13. *cadaver Clodii infelicissimis lignis* semiustulatum; nempe ambustum erat cadaver incensis curiae subselliis a concitata plebe arreptis, nec plane combustum ut reliquias nocturni canes dilaniarent. Phil. II. 36. *Tu tu* inquam illas *faces incendisti, et eas quibus* semiustulatus *ille* (Caesar) *est, et eas quibus incensa L. Bellieni domus deflagravit.* Nempe Caesari rogus quidem in campo Martio exstructus erat; ut ibi cadaver combureretur; sed ut narrat Suetonius Iul. cap. 84. lectum pro Rostris in forum magistratus et honoribus functi detulerant. Quem quum pars in Capitolini Iovis cella cremare, pars in curia Pompeii destinaret, repente duo quidam — ardentibus cereis succenderunt, confestimque circumstantium turba virgulta arida, et cum subselliis tribunalia — congessit etc. Idem narrat Plutarchus in Caesare.

SEMOVERE. Fin. II. 13. *simplices sententias eorum* (qui summum bonum in voluptate ponunt) *in quibus nulla est virtutis adiunctio a philosophia* semovendas *putabo.* cf. Fin. V. 8. Acad. post. I. 9. *Strato — ab ea disciplina omnino* semovendus *est.* Orat. III. 5.

SENATUS. Sext. 65. senatus *reip. custos, praeses, propugnator.* Phil. IV. 6. *orbis terrae consilium.* Leg. III. 12. *dominus publici consilii.* Sen. 6. *Scipio — uteretur consilio, ratione, sententia, quae nisi essent in* senibus, *non summum consilium maiores nostri appellassent* Senatum. 2. Harusp. Resp. 1. senatus datus dicitur, quum aliquis v. c. legatus, haruspex etc. in senatum admittitur exponendi causa quae velit. Sic Q. Fr. II. 12. *Tyriis est* senatus *datus frequens.* 3. Genitivus interdum est *senati.* Fam. V. 2. senati *consultum.* Caecil. 5. *quod beneficio* senati *iuris habui.*

SENATUSCONSULTUM. Phil. III. 10. *Antonius ne sine causa videretur edixisse, ut senatus adesset, quum de rep. relaturus fuisset, allato nuntio de legione quarta mente concidit; et fugere festinans* SCtum *de supplicatione per* discessionem *fecit, quum id factum esset antea nunquam;* scil. moris erat, ut si ageretur de supplicatione decernenda singuli senatores rogarentur sententias; Antonius autem, quia festinatione sibi opus erat, praetulit SCtum per discessionem. Vid. *Discessio.*

SENECTA vel SENECTUS. Orat. I. 60. *Subsidium bellissimum existimo esse* senectuti, *otium.* Sen. 6. *Temeritas est florentis aetatis; prudentia* senectutis. ibid. 17. *apex* senectutis *est auctoritas.* Orat. 50. *habet ut in aetatibus auctoritatem* senectus, *sic in exemplis antiquitas.* Sen. 8. *in* senecta *hoc reputo miserrimum, sentire ea aetate esse se odiosum* (überlästig) *alteri* (ex Caecilio). *Iucundum potius, quam odiosum. Ut enim adolescentibus bona indole praeditis sapientes* senes *delectantur, leviorque fit eorum* senectus, *qui a iuventute coluntur, et diliguntur, sic adolescentes senum praeceptis gaudent.* ibid. 2. senectutem *ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam.* 2. de populo. Fam. I. 9. *populus Atheniensis prope iam desipiens* senectute. 3. metaphorice. Brut. 2. *quum ipsa oratio iam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem et quasi* senectutem. ibid. 76. *Triarii in illa aetate plena literatae* senectutis *oratio.*

SENESCERE. 1. sensu proprio. Sen. 11. *sensim et sine sensu* (unvermerkt) senescit *aetas.* 2. de plantis. Div. II. 14. *arbores simul cum luna* senescentes *tempestive caedi.* 3. metaphorice de aliis rebus, quae decrescunt. Fam. VII. 26. senescentis *morbi remissio.* Tusc. II. 2. *oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum ut iam* — senescat, *brevique tempore*

ad nihilum ventura videatur. Orat. II. 2. *ut laudem eorum* (Crassi et Antonii) *iam prope* senescentem — *ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem.*

SENEX. Sen. 18. *At sunt morosi, et anxii, et iracundi* senes, *et, si quaerimus, etiam avari. Sed haec morum vitia sunt, non* senectutis. ibid. 11. *quos ait Caecilius* comicos stultos senes *hos significat credulos, obliviosos, dissolutos, quae vitia sunt non* senectutis, *sed inertis, ignavae, somniculosae* senectutis. ibid. 7. *nemo est tam* senex, *qui se annum non putet posse vivere* ibid 25. *ut de me ipso aliquid more* senum *glorier.* Sen 10 *Nec enim umquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet, mature fieri* senem, *si diu velis esse* senex. *Ego vero me minus diu* senem *esse mallem, quam esse* senem *ante quam essem.* 2. Sen. 6. *apud Lacedaemonios ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam appellantur* senes scil. γέροντες cf. Div. I.! 43. 3. *senes* coemptionales. Vid. *Coemptionalis.* 4. *antiquus.* Leg II 4 *haec* vis (legum ad recte facta vocandi) *non modo est* senior, *quam aetas populorum et civitatum, sed* aequalis *illius caelum atque terras tuentis et regentis dei* 5. metaphorice de oratione, maturitatem habente et virilem dignitatem. Brut. 43. Exstat (Crassi) — senior *ut ita dicam, quam illa aetas ferebat oratio.*

SENILIS. Div. II. 23. *Tages puerili specie dicitur visus, sed* senili *fuisse prudentia.* Sen. 11. *ista* senilis *stultitia, quae deliratio appellari solet,* senum *levium est, non omnium.*

SENSIM. Fin. V. 15. *progredientibus aetatibus* sensim *tardeve potius quasi nosmet ipsos cognoscimus.* Off. II. 8. sensim *hanc consuetudinem et disciplinam iam antea minuebamus.* Tusc. III. 22. sensim *et pedetentim progrediens extenuatur dolor.* Orat. II. 23. *exstinctis his omnis eorum memoria* sensim *obscurata est et evanuit.* ibid I. 59. Graeci tragoedi *quotidie antequam pronuntient vocem cubantes* sensim *excitant.* Verr. III. 68. *non* sensim *atque moderate ad istius amicitiam arrepserat.* 2. de oratione. Phil. II 17. *ille* sensim *dicebat, quod causae prodesset,* tu cursim *dicis aliena.* Cael. 11 *oratio* sensim *ac leniter accedit ad animos.*

SENSUM, *Vorstellung, Gedanke.* Orat. I. 8. *hoc uno praestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos et quod exprimere dicendo* sensa *possumus.* ibid. III. 14. *haec vis* (eloquentiae) *quae scientiam complexa*

rerum sensa *mentis et consilia sic verbis explicat, ut eos qui audiunt, quocunque incubuerit, possit impellere.*

SENSUS. 1. *Empfindung.* Div. I. 32. *Intelligitur humani animi eam partem quae* sensum, *quae motum, quae appetitum habeat, non esse ab actione corporis seiugatam.* N. D. III. 13. *si* (animal) *voluptatis* sensum *capit, doloris etiam capit.* 2. *das Vermögen zu empfinden, der Sinn.* ibid. *omne animal* sensus *habet. Sentit igitur et calida et frigida et dulcia et amara.* 3. *das Werkzeug oder Organ der Sinne.* N. D. II. 56. Sensus *interpretes ac nuntii rerum in capite tamquam in arce mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt — Atque ut in aedificiis architecti avertunt ab oculis et naribus dominorum ea quae profluentia necessario tetri essent aliquid habitura, sic natura res similes procul amandavit a* sensibus. Orat. 2. *quod neque oculis, neque auribus, neque ullo* sensu *percipi potest.* Fin. II. 16. *oculorum est in nobis* sensus *acerrimus.* N. D. II. 57. *Auditus* semper *patet. Eius enim* sensu *etiam dormientes egemus.* 4. *das moralische Gefühl.* Rosc. Am. 53. *assiduitate malorum* sensum *omnem humanitatis ex animis amittimus.* ibid. 44. *de me ipso ex animi mei* sensu *ac dolore pronuntio.* 5. *Gefühl des Angenehmen und Unangenehmen.* Sen. 20. Sensus *morienti, aliquis esse potest, isque ad exiguum tempus* Prov. Cons. 1. *praecipuum illum et proprium* sensum *doloris mei a sententia dicenda amovebo.* 6. *Gesinnung.* Pet. Cons. 11. *frons et vultus et sermo ad eorum, quos convenerit,* sensum *et voluntatem commutandus est.* Milon. 27. *Non sum tam vestri* sensus *ignarus atque expers, ut nesciam, quid de morte* P. Clodii sentiatis. Phil. X. 2. *Quis est iste tuus* sensus? *quae cogitatio? Brutos ut non probes, Antonios probes.* Sext. 10. *etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius* sensus *tenere possemus.* Orat. I. 51. (orator) *ita peragrat animos hominum, ita* sensus mentesque *pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones — acuto nobis homine opus est, qui sagaciter pervestiget, quid sui cives — cogitent, sentiant, opinentur, exspectent.* 7. *Denkart, Fassungskraft.* Orat. I. 3. *quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disiunctum.* Orat. III. 59. *Sententiae saepe acutae non acutorum hominum sensus praetervolant.* 8. *Schönheitsgefühl, Geschmack.* Verr. IV. 15. *mirari solebam istum in his ipsis rebus*

aliquem sensum *habere quem scirem nulla in re quidquam simile hominis habere.* Arch. 8. *quod si ipsi haec attingere, neque* sensu nostro gustare *possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam quum in aliis videremus.* 9. *Rührung, theilnehmende Empfindung des Redners.* Orat. III. 25. *ut oratio* sensus, *ut dolores habeat.* II. 45. *hoc vel in principiis, vel in re narranda, vel peroranda tantam habet vim, si est suaviter et cum* sensu *tractatum, ut saepe plus quam causa valeat.* 10. Sensus communis *der gemeine Menschenverstand.* Orat. I 3. *dicendi omnis ratio in medio posita, communi quadam* in usu atque in hominum more et sermone *versatur, ut in ceteris id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disiunctum; in dicendo autem vitium vel maximum sit a vulgari genere orationis, atque a consuetudine* communis sensus *abhorrere.* Orat. II. 16. Equidem *omnia quae pertinent ad usum civium, morem hominum, quae versantur in consuetudine vitae — in* sensu *hominum* communi *— comprehendenda oratori puto.*

SENTENTIA. 1. Orat. I. 28. philosophorum sententiae, *Lehrsätze, Gedanken.* N. D. I. 30. *in illis* (Epicuri) *selectis brevibusque* sententiis, *quas appellatis* κυρίας δόξας. *haec, ut opinor, prima* sententia *est. Quod beatum et immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.* 2. *sententiae* sunt oratorum. Opt. gen. or. 2. Sententiarum *totidem genera sunt, quos diximus esse laudum; sunt enim docendi acutae, delectandi quasi argutae, commovendi graves.* Brut. 78. *concinnae acutaeque* sententiae. Orat. II. 8. *acutae crebraeque* sententiae. 3. Interdum *sententia* opponitur *verbis* (*der Gedanke dem Ausdrucke entgegen gesetzt*). Opt. gen. or. 3. *Est vitiosum in* sententia, *si quid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinsulsum est. In* verbis, *si inquinatum si abiectum, si non aptum, si durum, si longe petitum.* Sic in arte rhetorica distinguuntur formae *sententiarum* et *orationis* s. *elocutionis* (*Figuren der Gedanken und des Ausdrucks*). Orat 39. Item Orat. III 52. *formantur autem et verba et* sententiae *paene innumerabiles, sed inter conformationem verborum et* sententiarum *hoc interest, quod verborum tollitur, si verba mutaris,* sententiarum *permanet, quibuscumque verbis uti velis.* 4. *die Bedeutung.* Off. III. 3. *quod a Stoicis dicitur convenienter naturae vivere, id habet*

hanc ut opinor sententiam, *cum virtute congruere semper* Leg. II. 5. *perspicuum in ipso nomine* legis *interpretando inesse vim et* sententiam *iusti et iuris* legendi Coecin 20. *in hac re cognita* sententia *interdicti verba subtiliter exquiri omnia noluerunt.* 5. Sententiae sunt *senatorum* in senatu (*die Stimmen bei der Berathschlagung.* Q. Fr. II. 1. Racilius *de privatis me primum* sententiam *rogavit — ibatur in eam* sententiam. Att. IV. 1. *accurate* sententiam dixi, *quum abessent consulares, quod tuto se negarent posse* sententiam dicere. — *Factum est SCtum in meam* sententiam. Planc. 39. *neque inconstantis puto* sententiam *tanquam aliquod navigium atque cursum ex reip. tempestate moderari. Ego vero haec didici — non semper easdem* sententias *ab iisdem, sed quoscumque reip. status, inclinatio temporum, ratio concordiae postularet, esse defendendas.* Fam. XI. 21. 6. *Sententiae* etiam sunt *iudicum* Verr. IV 47. *proh dii immortales!* quem *ego hominem accuso? quem legibus ac iudiciali iure persequor? de quo vos* sententiam *per tabellam feretis?* Q. Fr. II. 4. *Sextius omnibus* sententiis absolutus est. 7. Tribuitur etiam sententia populo universo Balb. 13. *de quo foedere populus Romanus* sententiam *non tulit.* 8. *Ex sententia* (*nach Wunsch*) Off. V. 21. *te ex* sententia *navigasse gaudeo.* Fam. II. 7. *sane feliciter et ex* mea sententia *remp. gessimus.* 9. Aliud est *ex animi sententia* in iuramentis, et in interrogationibus censorum. Off. III. 29. *Non enim falsum iurare periurare est, sed quod* ex animi tui sententia *iuraris, id nonfacere periurium est;* nempe ex animi sui sententia iurat, qui suapte sponte, prudens ac sciens iureiurando aliquid promittit, quod et cui promittere fas et iura sinunt.: Ac. pr. II. 47. *quam rationem maiorum etiam comprobat diligentia; qui primum iurare* ex sui animi sententia *quemque voluerunt; deinde ita teneri, si sciens falleret.* Orat. II. 64. *Ridicule illud L. Porcius Nasica censori Catoni, quum ille* Ex tui animi *sententia* (*ich frage dich auf dein Gewissen*) *tu uxorem habes? Non hercule* inquit, ex mei animi sententia: (ich *habe zwar eine Frau aber nicht nach meinem Wunsche*) locus respondentis erat ex ambiguo, quem nominibus tamen personarum haud memoratis ita narrat Gellius N. A. IV. 20. *Censor adigebat de uxoribus sollemne iusiurandum. Verba ita erant concepta.* UT TU EX ANIMI TUI SENTENTIA UXOREM HA-

BES? *Qui iurabat, cavillator quidam et canalicola et nimis ridicularius fuit. Is locum esse sibi ioci dicundi ratus, quum ita, uti mos erat censor dixisset* UT TU EX ANIMI TUI SENTENTIA UXOREM HABES? — Habeo, equidem, *inquit*, sed non hercle ex animi mei sententia. *Tum censor eum quod intempestive lascivisset, in aerarios retulit, causamque hanc ioci scurrilis apud se dicti subscripsit.*

SENTENTIOLA Phil. III. 9. sententiolas *edicti cuiusdam memoriae mandari, quas videtur ille peracutas putare, ego autem, qui intelligeret, quid dicere vellet adhuc neminem inveni.* „Nulla contumelia est, quam facit dignus.“ *Primum quid est* dignus? *Nam etiam malo* digni *multi, sicut ipse. An quam facit is, qui in* dignitate est? *quae autem potest esse maior? Quid est* porro facere contumeliam? *Quis sic loquitur?* Deinde: „Nec timor, quem denuntiat inimicus.“ *Quid ergo? ab amico timor denuntiari solet? Horum similia deinceps. Nonne satius est mutum esse, quam, quod nemo intelligit, dicere?* I. F. Gronovius enumeratis XV auctorum de hoc loco sententiis, suam copiose explicat. Illud autem Antonii: *nulla contumelia est, quam facit dignus*, sic interpretatur: „*ea non est contumelia, quam fecit dignus, qui sic faceret, a quo nihil aliud erat expectandum.* — Et affert praeter alia Senecae dictum lib. III. de ira c. 24. *Amicus est? fecit quod noluit. Inimicus est? fecit, quod debuit.* „Cum Antonio dixisset: *fecit dignus*. Huic optime quadrat quod sequitur: *Neque timor, quem denuntiat inimicus.* Quia nempe iam ante nihil nisi timendum ab eo exspectavi, siquidem sapui. Quicquid igitur denuntiet, non mihi novum timorem inicit, sed me cautiorem facit. Etenim *ira, quae tegitur nocet, professa perdunt odia vindictae locum*, ut est apud Senecam. Ceterum Cicero nihil aliud reprehendit in his verbis quam insolentiam. Atque eam iure reprehendi, quod certius argumentum est, quam quod in illis explicandis tot tantique viri dubio successu elaborarunt? Nisi enim haec esset nova et inusitata figura dicendi, quamobrem de illa intelligenda in hunc usque diem certaretur? Ipse quidem Tullius non ceperit illam, an noluerit capere, certum non habeo dicere; sed videtur potius non cepisse. Nam quod rogat, quid sit *facere contumeliam*, non exaudio, quasi id dici Latine nolit,

sed quod hic loci quid sit illud primo aspectu sit obscurissimum." Hactenus Gronov.

SENTENTIOSE. Orat. 71. *composite et* apte sine sententiis *dicere, insania est;* sententiose *autem sine verborum et ordine et modo infantia.* Orat. II. 71. *saepe etiam* sententiose (i. e. cum acumine quodam abscondito) *ridicula dicuntur.* Inv. I. 55. *Primum animum auditoris mitem et misericordem* conficere oportet. — Id locis communibus *efficere oportebit, per quos fortunae vis in omnes et hominum infirmitas ostenditur, qua oratione habita graviter et* sententiose *maxime demittitur animus hominum et ad misericordiam comparatur.*

SENTENTIOSUS. Brut. 95. Genera Asiaticae *dictionis duo* sunt: *unum* sententiosum *et argutum, sententiis non tam gravibus et severis, quam concinnis et venustis.*

SENTINA 1. proprie locus in navibus inferior, in quem sordes confluunt. Sen. 6. *quum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii* sentinam *exhauriant* 2. per translationem; de infimo dignitatis gradu Fam. IX. 15. *ne mihi quidem* ipsi tunc *placebat diutius abesse ab reip. custodia; sedebamus enim in puppi et clavum tenebamus. Nunc autem vix est in sentina locus.* 3. Item metaphorice de vilissimo genere hominum. Rull. II. 26. *ab hoc tribuno* plebis *dictum est in senatu, urbanam plebem nimium in rep. posse;* exhauriendam *esse, hoc enim verbo est usus, quasi de aliqua* sentina, *ac non de optimorum civium genere loqueretur* Catil. I. 5. *sin tu exieris — exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa* sentina *reip.* ibid. II. 4. *o fortunatam remp., siquidem hanc* sentinam *huius urbis eiecerit.*

SENTIRE 1. *empfinden* Phil. II. *Quidam morbo aliquo et sensus stupore suavitatem cibi non* sentiunt N. D. II. 56. *Gustatus qui* sentire *eorum quibus vescimur, genera deberet.* Off. 1. *quae aspectu sentiuntur.* Orat. *meae aures et curta* sentiunt, *nec amant redundantia.* Fam. XV. 16. *nulla videri miseria debet, quae non* sentiatur. 2. *merken.* Orat. 58. *Aristoteles paeona probat, eoque ait uti omnes,* sed *ipsos non* sentire, *quum utantur.* Lael. 27. *Ego illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim* 3. *Denken* Tusc. I. 3. fieri *potest, ut* recte *quis* sentiat, *et id quod* sentit, *polite eloqui non*

SEPELIRE, humare. Leg. II. 23. hominem mortuum, *inquit lex in XII* tabulis, in urbe ne sepelito neve urito; *credo vel propter ignis periculum Quod autem addit* neve urito, *indicat, non qui uratur, sepeliri, sed qui humetur.* Postea tamen humari etiam ad cadavera cremata traductum est. Orat. pro Flacc. 38. *qui vos in complexu liberorum coniugumque vestrarum trucidatos incendio patriae* sepelire *conatus est;* de P. Lentulo Catilinariae coniurationis socio. 2. Metaphorice Tusc. II. 13. *aut amittenda fortitudo, aut* sepeliendus *dolor,* i. e. contemnendus.

SEPES. N. D. I. 42. *loca silvestribus* sepibus *densa.*

SEPIA *der Dintenfisch.* N. D. II. 50. *atramenti effusione* sepiae *se tutantur.*

SEPIMENTUM, per translationem de vinculis systematis philosophici. Leg. I. 23. *atque* haec *omnia quasi* sepimento *aliquo vallabit* (animus) *disserendi ratione.*

SEPIRE 1. sensu proprio vallare, munire Sext. *domicilia coniuncta, quas urbes dicimus, moenibus* sepserunt. Fam. XV. 4. *oppidum* sex *castellis* sepsi. Orat. I. 9. *quis tibi hoc concesserit initio genus hominum — non prudentium consiliis compulsum potius, quam disertorum oratione delinitum se oppidis moenibusque* sepsisse. 2. *militibus aut custodibus circumdare.* Phil. I. 10. *forum* sepietur, *omnes claudentur aditus.* 3. *tegere* N. D. II. *natura oculos membranis tenuissimis vestivit ac* sepsit. ibid. *oculi excelsis undique partibus* sepiuntur 4. metaphorice de memoria, et cogitatione. Orat. I. 32. inventa — vestire atque ornare oratione, post memoria sepire. ibid. II. 35. *ubi eum locum omnem cogitatione* sepseris. 5. tueri. Att. III. 23. *nulla lex est, quae non ipsa se* sepiat *difficultate abrogationis.*

SEPONERE 1. recondere; Oecon. I. *seorsum arma ac tela* seponebantur, *in altera parte instrumenta.* Att. XI. 22. *scio venire nunc nil posse, sed* seponi et *occultari* Verr. IV. *quod celari oportebat, habebant* sepositum *ac reconditum.* 2. reservare. Orat. 42. *ut ii qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi* seponerent. Ant. III. 33. *ut alius aliam sibi partem in qua elaboraret,* seponeret. ibid. III. 22. sepositum *tempus ad discendum.* 3. *separare.* Orat. I. 6. *Graecos — partitionem quandam artium fecisse video, neque in universo genere singulos elaborasse, sed* seposuisse *a ceteris di-*

populus suffragia laturus includebatur; et hic quidem locus etiam dicebatur *Ovile* — similitudine ducta a septis, quibus oves includuntur. Att. IV. 16. *in campo Martio* septa *marmorea sumus facturi, eaque cingemus excelsa porticu.* Haec non sine cavillatione dicuntur in Caesaris profusionem, qui pro septis ligneis marmorea facere constituerat. 2. metaphorice. Phil. XIII. *Quibus enim* septis *tam immanes beluas continebimus;* scil. Antonium eiusque asseclas, pace cum iis facta.

SEPTUS 1. inclusus, cinctus Tusc. V. 23. *Archimedis ego quaestor ignoratum ab Syracusanis* — septum *undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum.* Verr. V. 27. de lautumiis Syracusanis: *nihil tam clausum ad exitus, nihil tam* septum *undique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest.* Att. IX. 12. populi *Romani exercitus Cn. Pompeium circumsidet, fossa et vallo* septum *tenet.* 2. tutus, munitus. Verr. V. 15. *nullius res* tuta, *nullius domus* clausa, *nullius vita* septa, *nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem et audaciam posset esse.* Phil. XII. 10. *quum* septus *sis legibus et iudiciorum metu, non sunt omnia timenda.* Mil. 1. *praesidiis salutaribus et necessariis* septi *sumus.* 3. metaphorice, de finibus alicuius artis definitis. Orat. II, 2. *ceterae fere* artes *se ipsae per se tuentur singulae; bene dicere autem, quod est scienter, et perite, et ornate dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis* septa *teneatur.*

SEPULCRUM Leg. II. 26. *de* sepulcris *nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat; poenaque est, si quis bustum* (nam id *puto appellari τύμβον*) *aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit. Sed post aliquanto propter has amplitudines* sepulcrorum, *quas in Ceramico videmus, lege sanctum est, ne quis sepulcrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo; neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi.* — Sepulcris *autem novis* (Demetrius Phalereus), *finivit modum. Nam super terrae tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem aut mensam, aut labellum. — Sed videamus Platonem, qui iusta funerum reiicit ad interpretes religionum* — *de* sepulcris *autem dicit haec: Vetat ex agro culto eove qui coli posset ul-*

nitur. Itaque *sequester* est in convicils pro corruptore. Cael. 7. *crimen* sequestrium Planc. 16. *cuius tu tribus venditorem, corruptorem*, sequestrem *Plancium fuisse clamitas*. cf. Verr. Act. I. 12. Cluent. 8. Verr. II. 44. *is est C, Claudius, qui in Sicilia* sequester *istius, interpres, confector negotiorum, prope collega Timarchidi numerabatur* Cf. Fam. VII. 7. *Ern.*

SEQUI. *1. persequi, expetere*. Off. I. 31. *nec quicquam* sequi, *quod assequi nequeas* 2. *sequi aliquid* dicuntur, qui locum adeunt, ut ibi aliqua re utantur, fruantur, non qui adeunt simpliciter, ut visum Drakenborchio ad Off. II. 86. Leg. II. 1. *praesertim hoc anni tempore hanc amoenitatem loci* sequor. N. D. II. 56. secutae sunt *nares vicinitatem oris* Add. Att. X. 18. 3. refertur ad causam propter quam aliquid fit. Rosc. Am. 1. *ut adsint propterea quod officium* sequuntur. Planc. 15. secutus *editicios iudices*. Off. I. 11. *credo aliquid* secutos; h. e. gravi de causa fecisse. 4. *accommodare se alicui* rei, *spectare aliquid*. Fam. IX. 4. diem sequar. Verr. Ant. I. 7. *non crimina, non testes non existimationem populi Rom*. sequentur. 5. in occupatationibus, certam pecuniae summam pro vera ponere sive *sumere*. Verr. III. 49. *multi* ~~LLS~~ *quinpue accessionis cogebantur dare: qui minimum singula numûm. Hoc minimum ut* sequamur — *um nun diesen kleinsten Satz anzunehmen*. 6. in iure *liberi* dicuntur *patrem sequi*, quum post divortium apud eum remanent et cum eo sunt Top. 4. *Ern.* 7. de auctoribus, quorum sententiae in philosophia, vel auctoritati in historia, aut in republica assentimur vel quorum instituta imitamur Off. I. 2. Sequimur *in hac quaestione potissimum Stoicos*. Fam. I. 9. *Plato, quem ego auctorem vehementer* sequor Flacc. *Quotus quisque est, qui hanc in republ. sectam sequatur* Verr. I. 43. *neminem metuisse, ne quis reperiretur, qui istius institutum* sequi *vellet* 8. de flexibilitate orationis. Orat. 16. *oratio est mollis, et tenera, et ita flexibilis, ut* sequatur *quocunque torqueas* 9. In conclusionibus *sequitur* est *efficitur*. Fin. II. 8. *non* sequitur (*es folgt nicht*) *ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus*. Fat. 8. *ut enim et ingeniosi et tardi nascuntur antecedentibus causis — non* sequitur *tamen, ut etiam sedere eos et ambulare principalibus causis definitum sit*. ibid. 12. *nec si omne enuntiatum aut verum aut falsum est*, sequitur *illico esse causas immutabi-*

aquam persequuntur. Vatin. 2. *repente te*, tanquam serpens e latibulis, *oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intulisti.* 2. metaphorice Harusp. 24. *iam ista serpens, quae tum hic delitescit, tum se emergit, et fertur illuc compressa atque illisa morietur.* (de Clodio).

SERPERASTRUM. Att. VII. 3. de serperastris *cohortis meae nihil est quod doleas.* Serperastra proprie sunt adminicula; quae cruribus puerorum primum ambulantium alligantur ne vari aut compernes fiant, dicti a *sirpando*, h. e. ligando; unde *sirpulae* apud Varronem de L. L. Ideo fortasse scribendum *sirpirastra.* Hoc autem nomine Cicero notat legatos, quaestores, tribunos et alios quos secum duxerat, quorum opera in coërcendo exercitu et regenda provincia utebatur. Eos audierat Atticus pessime se gerere; ideo scripserat Ciceroni ut ei malo mederetur. Haec Bosius recte ad h. l. *Ern.*

SERPERE 1. sensu proprio. N. D. II. 47. *alia animalia gradiendo, alia* serpendo *ad pastum accedunt, alia volando, alia nando.* Fin. V. 15. serpere *anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas — videmus.* 2. metaphorice de homine, *umherschleichen.* Her. IV. 49. *iste quotidie per* medium forum *tanquam iubatus draco,* serpit. 3. de oratore qui pedetentim ad causam tractandam accedit. Orat. II. 50. *ecce autem, quum te nihil aliud profecisse arbitrarer, nisi ut homines tibi civem improbum defendenti ignoscendum propter necessitudinem arbitrarentur,* serpere *occulte coepisti — ut illam non Norbani seditionem, sed P. R. iracundiam neque eam iniustam sed meritam ac debitam fuisse defenderes.* 4. de rebus quae augentur, increbrescunt, vulgantur. Verr. III. 76. serpit insitum in natura malum. Phil. I. 2. *quum* serperet *in urbe infinitum malum idque in dies manaret latius.* Lael. 12. serpit *deinde res, quae proclivius ad perniciem, quum semel coepit, labitur.* Orat. III. 24. hos novos (Latinos dicendi) *magistros nihil intelligebam posse docere, nisi ut auderent, — hoc quum unum traderetur, et quum impudentiae ludus esset, putavi esse censoris ne longius id* serperet, *providere.* Att. XV. 14. *sustulisse mihi videtur* (Dolabella) *simulationem desiderii* (quod plebs simulabat se Caesarem occisum desiderare) *quae* serpebat *in dies et inveterata verebar ne periculosa nostris tyrannoctonis esset.* Caecil. 21. serpit *ac prodit consue-*

tudo. Fin. II. 14. *ratio fecit — ut* (homo) *profectus a caritate domesticorum ac suorum*, serpat *longius et se implicet primum civium deinde omnium mortalium societate* ibid. V. 23. *caritas generis humani, quae nata a primo satu, quo a procreatoribus nati diliguntur, et tota domus coniugio et stirpe coniungitur*, serpit *sensim foras, cognationibus primum tum affinitatibus, deinde amicitiis post vicinitatibus, tum civibus et iis qui publice socii atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanae.* Lael. 23. serpit *nescio quomodo per omnium vitas amicitia.*

SERRA. Tusc. V. 40. *Surdi vocem citharoedi non audiunt; ne stridorem quidem* serrae *quum acuitur.*

SERRULA Cluent. 64. *quidam ex amicis Sassiae recordatus est, se nuper in auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium et tortuosam venire* serrulam.

SERTUM Catil. II. 5. sertis *redimiti, unguentis obliti*, Tusc. III. 18. si quem tuorum afflictum maerore videris, — *incendes odores? et* sertis *rediminri iubebis et rosa?*

SERVARE. 1. *observare, beobachten.* Cluent. 35. *iudicium in quo non modus habitus, non consuetudo* servata Off. I. 19. servare *aequitatem* Fam. IX. 22. *ego* servo *et* servabo *Platonis verecundiam.* 2. conservare, *erhalten, aufrechthalten.* Orat. II. 54. *parcebat adversarii dignitati, in quo ipso* servabat *suam* Sext. 22. *Unus remp. bis* servavi *semel gloria, iterum aerumna mea.* 3. asservare, *aufheben, verwahren.* Att. IX. 12. *volumen epistolarum tuarum sub signo habeo*, servoque *diligentissime* 4. reservare, *wohin aufsparen, verschieben.* Planc. 5. *sin temporibus te aliis reservasti, ego quoque et resp. ad ea te tempora revocavi, ad quae tu te ipse* servaras. Att. V. 17. *paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas, itaque eo me* servavi i. e. eo literas scribere distuli. 5. „*servare de caelo* est augurum Dom. 15. Vatin. 7. Divin. II. 35. Vid. in Ind. Legg. Lex *Aelia* ubi ostendimus hanc formulam tantum esse capiendam de fulminibus. Ad id confirmandum inprimis illud pertinet quod Div. II. 18. scribit Cicero: *comitiorum solum vitium est fulmen.* Qui ergo de caelo servant, ut comitia impediant, nihil aliud nisi fulmen aut tonitru observant.“ *Ern.*

SERVATOR Planc. 41. servatorem *capitis* sui Plancium appellat et paullo post *custodem salutis suae*.

SERVILIS. Pis. 1. *color iste* servilis, quis in Pisone fuerit, explicatur paullo post, ubi dicitur: *obrepsisti ad honores — commendatione fumosarum imaginum, quarum simile nihil habes praeter* colorem. ibid. 38. crepidatus, *veste* servili, *navem conscendit.* Orat. II. 80. servilis *percontatio* de Sosiae liberti percontatione in colloquio cum Simone apud Terentium in Andriae scena prima.

SERVILITER Tusc. II. 23. *in dolore maxime est providendum ne quid —* serviliter *muliebriterve faciamus.*

SERVIRE 1. servum esse. Top. 6. *quorum maiorum nemo servitutem servivit* Orat. I. 40. *si quis apud nos* servisset *ex populo foederato, seseque liberasset.* 2. *de populo libero tyranni imperio subiecto* Phil. VI. 7. *populum Romanum* servire *fas non est, quem dii immortales omnibus gentibus imperare voluerunt*, 3. *indulgere* Fam. XVI. 18. *indulge valitudini tuae, cui quidem adhuc tu, dum mihi deservis,* servisti *non satis.* Q. Fr. I. 1. *te rogo ut valitudini tuae diligentissime* servias. 4. *inservire, dienen, Dienste leisten, auf etwas bedacht seyn.* Planc. 38. *reip.* servivi, *nunquam mihi.* Q. Fr. I. 1. 9. *consulere* (nationum) *commodis et utilitati salutique sesvire.* Att. XIII. 49. *est bellum — non omnibus* servire; *etsi ut tu intelligis, magis mihi isti* serviunt, *si observare* servire *est.* Brut. 69. *obedire tempori multorumque vel honori vel periculo* servire. 5. rationem alicuius rei vel personae habere, *Rücksicht nehmen.* Tusc. I 15. *verisimile est, quum optimus quisque maxime posteritati* serviat, *esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit* habiturus. Phil. VIII. 10. *quam magnum est, personam in re publ. tueri principis! quae non animis solum debet, sed etiam oculis* servire *civium.* Off. III. 29. *illud quidem:* „neque dedi neque do fidem infideli cuiquam" *iccirco recte a poeta,* (Attio) *quia quum tractaretur Atreus, personae* serviendum *fuit,* (*er musste Rücksicht auf die Rolle nehmen, dem Charakter treu bleiben.*) Orat. 52. Isocrates — *se ipse tantum quantum aetate procedebat — relaxarat a nimia necessitate numerorum, quod declarat in eo libro — in quo dicit sese minus iam* servire *numeris quam solitus esset.*

quum vicinu habet ius itineris per eos, viae; aquaeductus, haustus aquae, pecoris ad aquam appellendi, pascendi etc. de quibus servitutibus est in Digestis. Q. Fr. III. 1. servitutem *fundo imponere*. Att. XV. 26. *paucos specus in extremo fundo et eos quidem subterraneos* servitutis *putat aliquid habituros* h. e. aliquid incommodi et servitutis sibi, vicino, allaturos." *Ern.*

SERUS. Fam. II. 7. sera *gratulatio ein verspäteter Glückwunsch*. Div. II. 70. *portenta* tarda *et sera nimis*. F. i. e. sero eventum habitura. Sic Cicero transtulit Homericum σῆμα ὄψιμον, ὀψιτέλεστον Iliad. II. 325. Phil. V. 1. *nihil umquam longius Kalendis Ian. mihi visum est, P. C. — sed querelam praeteritorum dierum sustulit oratio consulum, qui ita locuti sunt, at magis exoptatae kal. Ian. quam* serae *esse videantur*.

SERVULUS. Caecin. 19. ad verba interdicti: UNDE TU, AUT FAMILIA, AUT PROCURATOR TUUS. Si me *villicus tuus solus deiecisset, non familia deiecisset — sed aliquis de familia — Quid enim facilius est quam probari iis, qui Latine sciant, in uno* servulo *familiae nomen non valere*. Et. c. 20. *tam restitues, si unus* servulus, *quam si familia deiecerit universa, non quo idem sit* servulus *unus, quod familia, verum quia non quibus verbis quidque dicatur, quaeritur, sed quae res agatur*.

SERVULA Att. I. 12. P. *Clodium - credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi Caesaris, quum pro populo fieret, eumque per manus servulae servatum et eductum*. Harusp. 21. Clodius dicitur *ex eo loco quo eum adire fas non erat*, ancillarum beneficio, *emissus*.

SERVUS, sensu proprio. Balb. 10. Servi *quorum ius et fortunae conditio infima est*. Att. VIII. 5. servus a *pedibus* Off. I. *Ulysses contumelias* servorum *ancillarumque pertulit* — servi *societatis* Verr. II. 77. ministri publicanorum in provincia, qui portorium, scripturam, decimas exigunt. 2. metaphorice. Parad. V. 1. *igitur omnes improbi*, servi. *Nec hoc tam re est, quam dictu inopinatum atque mirabile. Non enim ita dicunt, eos esse servos, ut mancipia quae sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure civili, sed si* servitus *sit sicut est, obedientia fracti animi et abiecti, et arbitrio carentis suo, quis neget, omnes leves, omnes cupidos,*

omnes denique improbos esse servos? Cluent. *Legum idcirco omnes* servi *sumus, ut liberi esse possimus.* Fam. I. 9. *seditionum* servus *et minister.* Verr. IV. 50. *neque tam* servi *illi dominorum, quam tu libidinum.*

SERVUS adi. Rull. II. 2. *praedia libera meliore conditione sunt, quam* serva i. e. quibus inhaeret servitus.

SESELIS N. D. II. 50. *cervae paullo ante partum perpurgant se quadam herba, quae* seselis *dicitur.* Aristoteles ait: cervae post partum ἐπὶ τὴν σέσελίν δὲ τρέχουσι καὶ φάγουσαι οὕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα πάλιν. Plinius H. N VIII. 50. *cervae ante partum purgantur herba quadam quae* seselis *dicitur, faciliore ita utentes utero. A partu duas, quae* acos *et* seselis *appellantur, pastae, redeunt ad foetum.*

SESQUI unus cum dimidio. Orat. 56. *pes qui adhibetur ad numeros partitur ita, ut necesse sit partem pedis aut aequalem alteri parti aut altero tanto, aut* sesqui *esse maiorem; ita fit aequalis* (pars alteri parti) dactylis, *duplex* (pars alterius partis) *iambis,* sesquiplex (pars alterius partis) *paeoni.* In dactylo (— ᴗ ᴗ) scilicet syllaba longa aequalis est duabus brevibus; in iambo (ᴗ —) syllaba longa duplex alterius partis scil. syllabae brevis; in paeone — ᴗ ᴗ ᴗ tres breves sunt pars sesquiplex ($1\frac{1}{2}$) alterius partis scil. syllabae longae.

SESQUIALTER. Univ. sesquialteris ($1\frac{1}{2}$) *intervallis et* sesquitertiis ($2\frac{1}{2}$) *et* sequioctavis ($7\frac{1}{2}$)

SESQUIPLEX Orat. 57. *ita factos eos pedes esse ut in singulis modus insit aut sesquiplex aut duplex aut par.*

SESSIO. 1. *Modus sedendi* N. D. I. 34. *Si impetraritis, ut concedamus eandem esse hominum et deorum figuram; omnis cultus et curatio corporis erit adhibenda deo, quae adhibetur homini; ingressus, accubitio, inclinatio,* sessio. Fin. V. 12. sessiones *quaedam et flexi fractique motus contra naturam sunt.* Off. I. 35. *status, incessus,* sessio — *teneant illud decorum.* 2. *sedile, scamnum.* Orat. II. 5. *porticus haec — et tot locis* sessiones. Fin. V. 1. *Polemo cuius illa ipsa* sessio *fuit, quam videmus* 3. consessus *eine Sitzung.* Orat. III. 30. *non est paucorum libellorum hoc munus — neque — huius ambulationis antemeridianae aut nostrae pomeridianae* sessionis. 4. *das müssige Sitzenbleiben an einem Orte,* commoratio otiosa. Att. XIV. 14. *il-*

lam sessionem *Capitolinam mihi non placuisse, tu testis es.* Reprehendit Brutum et Cassium quod post Caesaris necem otiosi in Capitolio sederint, nec potius senatum convocarint. cf. XIV. 10.

SESSITARE. Brut. 15. *quam deam* (Suadam) *in* Periclis *labris* sessitavisse *ferunt.*

SESSIUNCULA. Fin. V. 20. *circulos aliquos et* sessiunculas *consectari.*

SESTERTIUS int. *numus*, quod verbum interdum adiicitur, ut Rab. Post. 17. valuit primo duos asses cum dimidio, deinde quatuor asses, ut denarius, qui quatuor sestertios aequabat, primo decem, post sedecim asses habuit. *Sestertium* autem in quo intelligendum est *pondo*, aequabat *mille sestertiorum numorum* summam. Nam quoniam singuli asses sunt ad libram argenti, ut unum ad mille; h. e. quoniam una libra argenti aequat mille assium summam, sestertium pondus h. e. duae librae cum dimidia etiam bis mille et quingentos asses aequarint necesse est. Teneant autem tirones hoc: Quum sic dicitur *quadraginta millia* HS aut simili modo in aliis numeris capiendum est de numis sestertiis, et HS est genitivus pluralis. Pro ea etiam dici potest *quadraginta sestertia.* Sed quum dicitur v. c. *quadragies sestertium*, primo sestertium est nominativus aut accusativus singularis numeri; deinde est compendiaria locutio pro *quadragies centena millia sestertium.* Nam *decies sestertium* dicebant pro decies centena millia sestertiorum, et sic in reliquis. Ergo *quadragies sestertium* idem est, quod *quadragies centena millia sestertiorum numorum* s. *quater millies mille sestertii numi.* Haec late et erudite demonstravit Gronovius de Sester. L. 1. inprimis cap. 4. *Ern.*

SETA *längeres Haar der Thiere.* Orat. III. 59. *Natura equo et leoni* setas, *caudam et aures ad motus animorum declarandos dedit.* Tusc. V. 21. (Dionysius) in medio apparatu (cenae) *fulgentem gladium e lacunari* seta *equina aptum demitti iussit, ut impenderet illius beati* (Damoclis) *cervicibus.*

SEVERE. 1. *streng.* Mur. 20. *Lites* severe *aestimatae* 2. *pflichtmässig ernst* Rosc. Com. severissime *exacta aetas.* 3. *streng in Grundsätzen.* Off. II. 2. severe *et honeste*, de philosophis qui utilitatem ab honestate non seiungunt.

SEVERITAS 1. *der Ernst.* Mur. 31. *si illius comitatem et facilitatem tuae gravitati* severitatique *asperseris* Orat. II. 17. *auditor tanquam machinatione aliqua tum ad* severitatem, *tum ad remissionem animi est contorquendus.* ibid. II. 58. *risus tristitiam ac* severitatem *mitigat.* 2. *Strenge.* Off I. 25. *Ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicae causa* severitas, *sine qua administrari civitas non potest* Q. Fr. I. 1. severitatem *acerbam multis humanitatis condimentis mitigare.* Pis. 5. severitas *censoria magistra pudoris et modestiae.* 3. iustitia iudicum in pronuntiando. Caecil. 3 severitas iudiciorum. Rosc. Am. 3. Catil IV. 5. *versari in severitate* dicuntur, qui severam sententiam dicunt.

SEVERUS 1. *ernst* Orat, II. 71. *Vultus quo* severior *et tristior est, hoc illa quae dicuntur* (ridicula) *salsiora videri solent.* Brut. 95. *sententiae non tam graves et* severae, *quam concinnae et venustae.* 2. *streng im pflichtmassigen Verhalten.* Brut. 31. *Tubero — vita* severus *et congruens cum ea disciplina* (Stoicorum) *quam colebat,* 3. *streng in Beurtheilung, richterlicher Entscheidung, in d. Regierung.* Man 13. *non potest esse* severus *in iudicando, qui alios in se* severos *esse iudices non vult.* Cluent. *iudex* severus *in facinorosos.* Verr. Act. I. 10. *L. Cassius ex familia tum ad ceteras res, tum ad iudicandum* severissima. Rosc. A. 3. *acria ac* severa *iudicia.* Off. III. 31. 7. Manlius — *perindulgens in patrem, idem acerbe* severus *in filium.* Tusc. IV. 18. Peripatetici *imperia nulla* severiora *esse putant sine aliqua acerbitate iracundiae.*

SEVOCARE 1. abducere, separare. N. D. III. 8. *difficile est mentem ab oculis* sevocare. Tusc. I. 31. *quid aliud agimus quum a voluptate — quum a rep., quum a negotio omni* sevocamus *animum — nisi animum ad se ipsum advocamus.* Div. I. 30. *quum est somno* sevocatus *animus a societate et a contagione corporis* 2. *auferre* Quint. *Naevius de communi quicquid poterat ad se in privatam domum* sevocabat. 3. *distinguere.* Orat. 20. *ab his non multo secus, quam a poëtis haec eloquentia quam quaerimus* sevocanda *est.*

SEXCENTENI profertur e Verr. V. 25. sed ibi legendum *sexceni,* Adde etiam Drakenb. ad Liv. XLV. 16. *Ern.*

SEXCENTI de magno, sed incerto numero. Att. XIV. 12. sexcenta *similia* cf. Rosc. Am. 32. *Ern.*

SEXPRIMI. N. D. III. 30. sunt sexprincipes ex ordine decurionum in municipiis; ita dicuntur *decem primi*, et *quinque-primi.*

SEXTANS *Duae unciae, quae sextam assis partem conficiunt*, unde pro sexta hereditatis parte Fam. XIII. 29. *in* sextante *esse.* Vid. *As. Ern.*

SEXTARIUS mensura liquidorum, continens cyathos duodecim Off. II. 16. *si emere aquae* sextarium *mina cogerentur.*

SEXTULA sexta pars unciae. Caecin 6. *duae* sextulae. ibid. Aebutio sextulam *aspergit.* Nempe in testamentis *sextula* est sexta pars duodecimae partis totius hereditatis h. e. $\frac{1}{72}$ totius bonorum summae.

SEXUS. Inv. I. 24. *hominum genus in* sexu *consideratur, virile an muliebre sit.* Oecon. *quoniam hunc* sexum (muliebrem) *custodiae et diligentiae assignaverat, iccirco timidiorem reddidit quam virilem.*

SI. 1. particula conditionalis. Caecin. 18. *sermo hercule familiaris non cohaerebit*, si *verba inter nos aucupabimur* 2. inprimis de argumentationibus hypotheticis. Inv. I. 35. Si *oportet sapere, dare operam philosophiae convenit. Oportet autem sapere. Igitur dare operam philosophiae convenit.* 3. cum negandi particulis. Cluent. 6. *Ea* si *oblivione* non posset, *tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur.* Orat. II. *id qui toto in genere fecerit, is si* non plane artem, *at quasi artem quandam effecerit* Orat. 29. *Nulla* est — *laus oratoris — cuius in nostris orationibus non sit aliqua* si non *perfectio, ut conatus tamen atque adumbratio.* Orat. II. 16. *equidem omnia quae pertinent ad usum civium — comprehendenda esse oratori puto*, si minus *ut separatim de his* rebus *philosophorum* more *respondeat; at certe at in causa prudenter possit intexere.* 4. in interrogationibus obliquis pro *utrum.* Div. II. 34. *dicito* si *pascuntur aves* Top. 22. *quaeritur* — si *expetendae divitiae*, si *fugienda paupertas.* 5. Or. 24. si *aliquid* cf. Att. III. 14. XIII. 13. 17. Fat. 19. Prov. Cons. 20. Catil. IV 10. si *aliquando.* 6. si *quae* pro si *qua* Att. IV. 2. Fam. V. 8. 12. Orat. II. 72. 75. Cael. 20. Leg. II. 5.

SIBILARE. Att. II. 19. *populares isti iam etiam modestos homines* sibilare *docuerunt.* *Populares* nomi-

nat Caesarem, Pompeium, Crassum, quos ait nunc populo offensos esse. Scribit enim: *scito nihil umquam — tam peraeque omnibus generibus, ordinibus aetatibus, offensum esse, quam hunc statum qui nunc est:* ideoque istos principes qui se populares putent, saepius in ludis publicis, ut gladiatoriis, scenicis, explodi, aut exsibilari.

SIBILUS Rosc. Com. 11. Eros comoedus — *e scena non modo* sibilis *sed etiam convicio explodebatur.* Att. II, 18. Fufium (Calenum) *clamoribus et* sibilis *consectantur* Pis. 27. Instant apparatissimi magnificentissimique ludi. *Date populo committe ludis.* Sibilum *metuis?* Fam. VIII. 2. quum Caelius Ciceroni nuntiasset, absolutum esse Messallam, quem Hortensius defenderat, ita pergit: *postridie eius absolutionem in theatrum Curionis Hortensius introiit. — Hic tibi strepitus fremitus, clamor tonitruum, rudentum* sibilus. *Hoc magis animadversum est, quod intactus a* sibilo *pervenerat Hortensius ad senectutem. Sed tum ita bene* (scil. *exsibilatus est*), *ut in totam vitam cuivis satis esset.*

SIC *propterea.* Fam. XIII. 70. *quia non est obscura tua in me benivolentia.* Sic *fit.* etc. 2. Multis modis exquisite dicitur ut *ita*, ubi vide. Att. VI. 1. sic *contendi* (sequente *ut.*) *ut talenta, quae mihi pollicebatur illi daret*

SICCARE. Phil. III. 3. *paludes* siccare.

SICCE sine ambitiosis ornamentis orationis Opt. gen. Ior. 4. *desinant dicere qui subtiliter dicunt, eos solos Attice dicere, id est quasi* sicce *et integre.*

SICCITAS 1. sensu proprio Q. Fr. III. 1. *aqua sane belle fluens, praesertim* (ut nunc est) *maxima* siccitate. Fragm. inc. In *Narniensi agro* siccitate *lutum fieri, imbre pulverem* 2. de regionibus arenosis Rull. II. 27. *nisi mavultis in Sipontina* siccitate *collocari* 3. de corpore humano. Tusc. V. 34. siccitas, *quae consequitur continentiam in victu.* Sen. 10. *summam in eo esse corporis* siccitatem. 4. *Siccitas* tribuitur orationi, quae omnibus ornamentis caret. N. D. II. 1. nec *subtilitate* (conturbor) *sententiarum, si orationis est* siccitas. Alia ratione de genere tenui orationis Brut. 82. *sin ieiunitatem et* siccitatem *et inopiam dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans in Attico genere ponit, hoc recte duntaxat.* 5. ponitur etiam de inge-

nio parum fecundo. Her. IV. 16. *Isti quum non modo dominos se fontium, sed se ipsos fontes esse dicant, et omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, si quum id polliceantur aliis, arescant ipsi siccitate.*

SICCUS dicitur de sano corpore, in quo nihil vitiosi humoris, quod non pituitosum, non mucosum etc. unde ad orationem subtilem traducitur cuius maximum est ornamentum vitiorum absentia. Brut. 55. *nihil erat in eius oratione, nisi sincerum, nihil nisi* siccum *atque* sanum. Opt. gen. or. 3. *sed quatenus voluerunt, sani et* sicci *tantum habeantur.* 2. sobrius Agr. I. 1. *sicci* opponuntur *vinolentis; utrum esse vobis consilia* siccorum, *an* vinolentorum *somnia videntur.*

SIDUS modo de compluribus stellis in unum aliquod signum conformatis ponitur ut Somn. 3. *sempiterni ignes, quae vos* sidera *stellasque vocatis*, modo de singulis stellis, ut Div. II. 42. sidera *quae vocantur errantia* sc. planetae.

SIGILLATIM vid. SINGULATIM.

SIGILLATUS caelatus Verr. IV. 14. *scyphi* sigillati.

SIGILLUM. 1. signum, simulacrum N. D. I. 30. *novi Epicureos omnia* sigilla (scil. deorum) *numerantes*, (*vel ut non nulli legunt* inhiantes, *ut alii* venerantes) 2. inprimis de operibus caelatis. Att. I. 8. *putealia* sigillata. Verr. IV. 22. *Apposuit patellam in qua* sigilla *erant egregia*, ibid. sigillis *avulsis reliquum argentum reddidit.* 3. signum annulo inpressum, *ein Siegel.* Ac. pr. II. 21. *si in eiusmodi cera centum* sigilla *hoc annulo impressero.*

SIGNARE de visis quae animo imprimuntur. Fat. *visum obiectum imprimit et quasi* signat *in animo suam speciem.* Acad. pr. II. 12. *nihil ita* signari *a vero posse ut non eodem modo possit a falso.*

SIGNATUS. 1. obsignatus. Att. XV. 28. signata *iam epistola.* Att. XI. 1. *accepi a te* signatum *libellum* 2. de pecunia. Verr. V. 25. *argentum factum atque* signatum (*gemünzstes Silber*) 3. de notionibus aut visis animo impressis. Tusc. I. 25. *memoriam esse* signatarum rerum *in mente vestigia* 4. significatus, de nominibus rerum. Orat. 19. *quamquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio* signata *nomine est.*

observata sunt (*haec tempore immenso et* significatione *eventus animadversa ac notata* 5. figura rhetorica Her. IV. 53. Significatio *est, quae plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione.* Eius quinque modi explicantur. Orat. III. 53. *plus ad intelligendum, quam dixeris* significatio. Orat. 40. significatio *saepe erat maior quam oratio.*

SIGNUM. 1. *Zeichen.* Inv. I. 30. Signum *est, quod sub sensum aliquem cadit, et* quiddam significat, *quod ex ipso profectum videtur, quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post sit consecutum; et tamen indiget testimonii et gravioris confirmationis; ut cruor, fuga, pallor, pulvis, et quae sunt his similia.* Div. II. 70. *Medici* signa *quaedam habent ex venis, et ex spiritu aegroti, multisque ex aliis futura praesentiunt.* Muren. 17. *Tempestates saepe certo aliquo caeli* signo *commoventur, saepe improviso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua causa concitantur.* Fin. III. 2. *addo illud, multa iam mihi dare* signa *puerum et pudoris et ingenii.* Orat. II. 45. *neque ad misericordiam adducetur* (iudex) *nisi tu* signa *doloris tui, verbis, sententiis, voce vultu, collacrymatione denique ostenderis.* 2. *Kennzeichen.* Orat. II. 41. *Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si* signa *et notas ostenderem locorum.* Fin. V. 25. Iures *rerum* signa *commutant* 3. *Siegel, Petschaft* Att. II. 20. *neque utar meo chirographo, neque* signo. Verr. IV. 63. *Literas obsignandas publico* signo *deportandasque curavi.* 4. *Siegel, Siegelabdruck* Verr. I. 45. *tabulae testamenti obsignatae non minus multis* signis, *quam e lege oporteat* Catil. III. 3. *ostendi tabulas Lentulo et quaesivi, cognosceretne* signum? *Annuit. Est vero, inquam, notum* signum, imago avi tui. ibid. *Literae omnes integris* signis *praetoribus traduntur* Att. IX. 12. *librum tuum habeo sub* signo *servoque diligentissime.* 5. *Signal.* Verr. IV. 44. Signum, *quod erat notum vicinitati buccina datur.* Pis. 15. *mei capitis servandi causa Romam uno tempore quasi dato* signo *Italia tota convenit* 6. statua s. simulacrum ex aere, marmore, ebore. Verr. IV. 1. *nego* signum *ullum aeneum, marmoreum, eburneum, nego ullam picturam neque in tabula neque in textili fuisse, quin* (Verres) *conquisierit, inspexerit, quod placitum sit abstulerit.* Fam. VII. 23. *Martis* signum *quo mihi pacis auctori?* Ab hac signifi-

catione vocabuli ductum est illud Cael. 5. de Catilina: *habuit* ille — *permulta maximarum non* expressa signa *sed* adumbrata *virtutum, Von vielen grossen Tugenden, wenn sie auch nicht echt bey ihm waren doch einen teuschenden Schein.* 6. in re militari *Fahnen, Feldzeichen.* Catil II. 6. signa *militaria* Font. 16. *infestis* prope signis *inferuntur Galli* in *Fonteium;* metaphorice de impetu accusatorio Orat. I. 48. signorum *collationes der Angriff in der Schlacht.* Fam. VII. 3. signa *tirone et collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit.* Inde per translationem signum *tollere* Marcell. 1. ad bene *de omni republ. sperandum, quasi* signum *aliquod sustulisti.* 7. *caeleste sidus, Himmelszeichen.* Inv. I. 34. Signorum *ortus et obitus definitum quendam ordinem servant* N. D. I. 9. *deus mundum* signis *et luminibus tanquam* aedes, *ornavit; si ut ipse melius habitaret; antea videlicet tempore infinito in tenebris tanquam in gurgustio, habitaverat.* Vulgo legitur *tanquam* aedilis *ornavit.* Verum etsi aediles in ludis publicis forum signis ornare solebant, tamen non poterant dici in foro habitare; neque vero hoc loco fori exornatio aeque bene atque aedium exornatio comparari potest cum mundi ornatione a deo facta. Div. I. *si luna defecisset in* signo *leonis*

SILENTIUM. 1. de cessatione sermonis Orat. I. haec quum Crassus dixisset, silentium est consecutum. ibid. III. *ipse conticuit, et ceteris* silentium *fuit* 2. de attentione auditorum, omni strepitu omisso. Q. Fr. II. 1. *Lupus egit eam causam et auditus est magno* silentio. Prov. Cons. 12. *illas res egi* silentio i. e. nemine interpellante aut reclamante Div. I. 28. *tu* silentium *facere iussisti* (*Ruhe und Stille geboten*) 3. de oblivione Orat. II. *laudem iam prope senescentem ab oblivione hominum atque a* silentio *vindicare.* 4. ponitur, quum dicendo aliquid praetermittitur. Sull. 22. *ne hoc quidem mihi videtur* silentio *praetereundum.* 5. Alia ratio est Brut. 22. (aúdivi) *illam causam tanta vi tantaque gravitate dixisse Galbam ut nulla fere pars orationis* silentio *praeteriretur;* i. e. sine acclamatione, qua plausum et admirationem auditores significabant. 6. in disciplina augurali quid sit *silentium* exponitur Div. II. 34. peritum *necesse est eum, qui* silentium *quid sit intelligat. Id enim* silentium *dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret.*

SI-

SILERE 1. *silentio praeterire.* Sull. 29. *si quum ceteri de nobis* silent, *non etiam nosmet ipsi taceamus, grave.* 2. de scriptoribus qui diu nihil edunt. Ac. post. I. 1. Silent *diutius Musae Varronis quam solebant* 3. quiescere Leg. III. 17. *ambitus nunc* silet 4. viribus destitui. Mil. 5. silent *leges inter arma.*

SILEX *Kieselstein.* Div. II. 41. *quum iuberetur certo in loco* silicem *caedere, perterritus visis id agere coepit.* Tusc. III. 6. *non* e silice *nati sumus; sed est naturabile in animis tenerum quiddam atque molle quod aegritudine, quasi tempestate quatiatur.*

SILVA 1. sensu proprio Orat. I. 9. *genus humanum* in *montibus ac* silvis *dissipatum.* Att. XII. 15. *quum mane me in* silvam *abstrusi densam atque asperam* (Asturae scil. vicinam), *non exeo inde ante vesperum.* 2. in aedibus urbanis est viridarium Verr. I. 19. signa — quae *apud te nupe. ad omnes columnas — in* silva *denique disposita sub divo vidimus* 3. metaphorice de rerum varietate et copia. Orat. III. 26. silva *rerum et sententiarum comparanda est* ibid. 30. *cui loco omnis virtutum et vitiorum est* silva *subiecta.* Orat. 3. *omnis ubertas et quasi* silva *dicendi ducta ab illis est* (scil. Academicis).

SILVESCERE *verwildern.* Sen. 15. *vitis putanda est, ne* silvescat *sarmentis.*

SILVESTER. s. SILVESTRIS N. D. I. 42. *loca* silvestribus *sepibus densa.* Lael. 19. *Locis delectamur montuosis et* silvestribus Brut. 74. silvestris *via* Inv. I. 2. in silvestribus *tectis.* Tusc. V. 27. *quid bestiae? non frigus — non montivagos* atque silvestres *cursus lustrationesque patiuntur?* Cael. 11. (Lupercorum) *coitio illa* silvestris *ante est instituta, quam humanitas atque leges.*

SILUS qui nasum eminentem atque repandum habet. N. D. I. 29.

SIMIA N. D. I. 35. simia *quam similis, turpissima bestia, nobis?* Div. I. 34. simia *regis Molossorum quum Spartiatae oraculum ab Iove Dodonaeo petivissent et sortes ipsas et cetera quae erant* ad sortem *parata disturbavit.* cf. ibid. II. 32.

SIMIOLUS convicium in hominem ineptum Fam. VII. 2. *hic* simiolus *animi causa, me, in quem inveheretur, delegerat.*

nandi causa, *aut probandi*, *aut apertius dicendi*, *aut ante oculos ponendi. Quomodo igitur quatuor de causis sumitur, ita quatuor modis dicitur, per contrarium, per negationem, per brevitatem, per collationem;* qui modi deinde fusius explicantur exemplisque illustrantur. 7. *Argumentum ex similitudine* quid sit intelligitur Orat. II. 40. hoc exemplo: *Si ferae partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?* Top. 10. *Sunt* similitudines, *quae ex pluribus collationibus perveniunt quo volunt, hoc modo:* Si tutor fidem praestare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. — *Alterum* similitudinis *genus collatione sumitur, quum una res uni, par pari comparatur.*

SIMPLEX. 1. *unus.* Inv. II. 1. *nihil* simplici *in genere omni ex parte perfectum natura expolivit. Itaque tamquam ceteris non sit habitura, quod largiatur, si* uni *cuncta concesserit, aliud alii commodi muneratur.* Oecon. I. simplex *natura* i. e. unus idemque sexus. 2. Sen. 21. *quum* simplex *animi natura esset.* Hoc et similibus locis utuntur ii, qui demonstrare suscipiunt veteres philosophos quosdam *immaterialitatem* animi, quam dicunt, probasse. Id fit, quia simplicitatis verbo nostri philosophi de *immaterialitate* utuntur, unde veteres eandem vim huic verbo subiecisse credunt, in quo falluntur. Nam veteres *simplex* opponunt *mixto* et ex diversis generibus elementorum concreto, non ei, quod partes habet. N. D. III. 14. *Etenim aut* simplex *est natura animantis, ut vel terrena sit, vel ignea, vel animalis, vel humida quod quale sit, ne intelligi quidem potest: aut* concretum *ex pluribus naturis.* Sen. 21. sic *mihi persuasi — quum* simplex *animi natura esset neque haberet in se quidquam admistum dispar sui atque dissimile, non posse eum dividi.* Acad. post. I. 7. *qualitatum sunt aliae principes, aliae ex iis ortae. Principes sunt* uniusmodi *et* simplices. *Ex iis autem* ortae variae sunt *et quasi* multiformes. 3. Et in genere *simplex* in omnibus rebus opponitur ei, quod est ex pluribus disparibus et dissimilibus. Off. III. 33. *nec finis bonorum et malorum qui simplex esse debet ex* dissimilibus rebus *misceri et temperari potest.* Sull. 3. simplex *officium* i. e. unum idemque non varium. Atque hanc ipsam ob causam homines candidi et sinceri dicuntur *simplices* quia idem dicunt idem cogitant,

quod qui non faciunt *multiplices* dicuntur. Vid. *Multiplex* Att. X. 6. *nihil* simplex, *nihil sincerum* in Q. Cicerone filio Orat. 69. *o virum* simplicem, *qui nos nihil celat*. 4. *rectus*, *directus* N. D. II. 57 de auditu: *flexuosum iter habet, ne quid intrare posset, si* simplex *et rectum pateret.* Sic apud Plinium H. N. VIII. 16. *villus simplex* opponitur *crispioribus iubis.* 5. *sine conditione et adiunctione.* Inv. II. 57. *esse quasdam cum adiunctione necessitudines, quasdam* simplices *et absolutas.* (*unbedingte Nothwendigkeit*) Fat 23. *quaedam* inquit (Chrysippus) *in rebus* simplicia, *quaedam copulata.* Simplex *est* morietur eo die Socrates. *Huic sive quid fecerit, sive non fecerit, finitus est moriendi dies. At si ita fatum* sit: Nascetur Oedipus Laio: *non poterit dici sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit;* copulata *enim* res *est et* confatalis. *Ein.* 6. opponitur etiam *ancipiti*. Att. XII. 7 simplex *est manere* (filium) *illud* (scil in Hispaniam ire) *anceps.*

SIMPLICITER. 1. *non varie.* Acad. post I. 2. *illi* simpliciter *pecudis et hominis idem bonum esse censent* 2. *seorsim, sigillatim, per se,* Inv. II 33 *quaedam genera causarum* simpliciter *et ex sua vi considerantur; quaedam autem si aliud aliquod controversiae genus assumunt.* Top. 22. *quum autem quale sit quaeritur, aut* simpliciter *quaeritur, aut comparate.* Simpliciter: *expetendane sit gloria.* Comparate. *praeponenda sit divitiis gloria.* 4. de oratione simplici Inv. II 5 *hic — tantum ipsa inventa unamquamque in rem exponentur* simpliciter *sine ulla exornatione*, h. e. ut omittatur locus de expolitione inventorum. 4. *aperte, candide, sine ulla simulatione aut tergiversatione* Orat. III. 17. simpliciter *defendere aliquid* Off. II. 9. *est* simpliciter *breviterque dicendum* Fam. VIII. 6. *ne parum* simpliciter *et candide inimicitias posuisse videare.* 5. *sine respectu ad hominum potentiam, gratiam etc.* Quir. post red. 10. *in sententia* simpliciter *referenda* 6. *clare ut ab omnibus intelligi possit* Orat. II. 15. *qui leges, qui iura qui civitates constituerunt, locuti sunt* simpliciter *et splendide.*

SIMPULUM, vas parvum, simile cyotho, quo in sacrificiis vinum libant. Harusp. *si aedilis verbo aut* simpulo *aberravit.* Leg. III. 16. *Excitabat fluctus in* simpulo, (i. e. Arpini in municipio) *ut dicitur Gratidius, quos post filius eius Marius* (Gratidianus) *in Ae-*

excitavit mari (i. e. in republica Romana, longe maiore theatro).

SIMPUVIUM i. q. simpulum. Rep. fr.

SIMUL pro *simulac.* Tusc. IV. 6. simul obiecta species est 2. *Simulac primum* pleonastice est Verr. I. 18. simulac primum *ei occasio visa est* Add. Phil. IV. 1. *Ern.* 3. *simul* addito *cum.* Inv I. 19. simul cum *rebus ipsis.* Orat. III. 3. *ut ille* (Crassus) *qui haec non vidit et vixisse cum rep. pariter et cum illa* simul *exstinctus esse videntur.* 4. *simul* sequente *ut* Acad. pr. II. simul ut *experrecti sumus, visa illa contemnimus* 5. sequente *atque.* Att. VIII. 1. simul atque *aliquid audiero, scribam ad te.*

SIMULACRUM 1. sensu proprio Inv. II. 1. *Helenae* simulacrum Verr. II. *effigies* simulacrumque *Mithridatis.* 2. metaphorice species quaedam aut umbra rei. Div. II. 33. *haec* auspicia *quibus utimur*, simulacra *sunt auspiciorum, auspicia nullo modo* Fam. X. 1. *nec animo* simulacrum *aliquod aut vestigium civitatis.* Rab. Post. 15. simulacrum *pristinae dignitatis.* Fin. V. 15. *parvi virtutum* simulacris, quarum *in se habent semina, sine doctrina moventur.* Off. I. 15. *in quibus praeclare agitur si sunt* simulacra *virtutis* 3. simulacra Democriti N. D. II. 30. sunt quae graece dicuntur εἴδωλα. Vid. Inv Gr. Εἴδωλον.

SIMULARE Fam. X. 8. *multa et* simulavi *invitus et* dissimulavi *cum dolore* Off. I. 30. *Inprimis versutum et callidum factum* Solonis, *qui quo et tutior vita eius esset, et plus aliquanto reip. prodesset furere se simulavit.* Iustinus II. 7. *Inter Athenienses et Megarenses de proprietate Salaminae insulae prope usque ad interitum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capital esse apud Athenienses coepit, si quis legem de vindicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon, ne aut tacendo parum reip. consuleret, aut censendo sibi periculum afferret, subitam dementiam simulat, cuius venia non dicturus modo prohibita, sed et facturus erat. Deformis habitu, more vecordium, in publicum evolat; factoque concursu hominum, quo magis consilium dissimularet, insolitis sibi versibus suadere populo coepit, quod vetabatur; omniumque animos ita cepit, ut extemplo bellum adversus Megarenses decerneretur, insulaque devictis hostibus Atheniensium fieret.*

SIMULATE N. D. II. 67. *mala et impia consuetudo est contra deos disputandi, sive ex animo id fit, sive* simulate. Q. Fr. I. 1. 4. *Sint aures tuae, quae id quod audiunt existimentur audire, non in quas ficte et* simulate, *quaestus causa insusurretur.*

SIMULATIO 1. Off III. 15. *ex omni vita* simulatio *dissimulatioque* (*Heucheley und Verstellung*) *tollenda est.* Lael. 25. *quum omnium rerum* simulatio *est vitiosa* (*tollit enim iudicium veri, idque adulterat*) *tum amicitiae repugnat maxime*, N. D. I. 1. *in specie ficta* simulationis *sicut reliquae virtutes, ita pietas inesse non potest.* Att. VII. 1. *quam non est facilis virtus! quam vero difficilis eius diuturna* simulatio (*wie schwer ists sie lange zu heucheln*) Off. I. 14 *talis* simulatio (*Tauschung*) *vanitati est coniunctior quam liberalitati aut honestati.* ibid. III. 26. Ulysses simulatione insaniae (*durch den angenommenen Schein einer Verstandesverwirrung*) *militiam subterfugere voluit.* Brut. 14. quis puret celerita em ingenii *L. Bruto illi — defuisse — qui summam prudentiam* simulatione *stultitiae texerit.* 2. ponitur etiam pro *praetextu.* Fam. XI. 13. simulatione *reipublicae* (*unterm Vorwand des öffentlichen Wohls*) Rull II. 16. simulatione ac *nomine legis agrariae.* Sull. 19. (Indicat Cornelius) *gladiatores emptos esse, Fausti* simulatione *ad caedem ac tumultum*, i. e. hoc praetextu, quasi emerentur Fausto.

SIMULATOR. 1. *Heuchler.* Pet. Cons. 10. *quibus rebus benivolus et* simulator *diiudicari possint.* 2. *ein Meister in schalkhafter Verstellung.* Off. I. 30. *in omni oratione* simulatorem quem Εἴρωνα *Graeci nominaverunt Socratem accepimus*, scil. quia se omnium rerum inscium fingebat et rudem. Lectionem *simulatorem* bene defendit *Iac. Frid. Heusinger* quum eius patruus Io. Michaël ex Lambini et Pearcii emendatione *dissimulatorem* probasset. Ceterum vid. Εἴρων in Ind. Gr.

SIMULATUS Off. II. 12. *Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt, nec* simulatum *quicquam potest esse diuturnum.* (*Keine Vorspiegelung, kein Blendwerk kann sich lange halten*). Caecin. 5. *ficto officio* simulataque *sedulitate* (*durch vorgespiegelte Ergebenheit und geheuchelte Dienstgeflissenheit*) *coniunctus.* Phil. XI. 2. *complexus summae benivolentiae falsi indidices* exstiterunt *in amore simulato.* 2. assimilatus Att. IX. 7. *Homeri Minerva* simulata *Mentori.*

SIMULTAS, *Groll*; Her. III. 3. *nec gratia* — *nec* simultate *a recta via deduci oportere.* Manil 24. simultates *partim obscuras partim apertas suscepi* Planc. 31. simultates, *quas meum habebat deposuit.*

SINCERUS 1 de animo Lael. 25. *amicus* sincerus Att. X. 6. *nihil simplex*, *nihil* sincerum 2. de moribus publicis. Quint. 1 *nihil est iam sanctum atque* sincerum *in civitate* 2 verus, incorruptus Fam. XV. 6. *iudicium* sincerum *ac subtile* Off. II. 5. *perspicere quid in quaque re verum* sincerumque *sit* 4. de oratione aut scribendi genere. Brut. 55. *Nihil erat in eius oratione nisi* sincerum, *nihil nisi siccum atque-sanum.* Brut. 85. *Thucydides rerum gestarum pronuntiator* sincerus *et grandis.*

SINERE Fin. I. 16. *improbitas nunquam* sinit *eum respirare.* Catil. I. 3. *non feram*, *non patiar*, *non* sinam. Caecin. 23. *non deieci*, *si non* sivi *accedere.* Sext. 44. *accusare eum moderate a quo ipse nefarie accusatur per Senatus auctoritatem non est* situs.

SINGILLATIM vel SINGULATIM Inv. I. 30. singillatim — *de uno quoque genere dicemus* Phil II. 36. *Civitas non* singillatim *sed provinciis totis dabitur* Verr. V. 55. singillatim *potius quam generatim loqui.* Caecil. 22. *ut ea*, *quae* singulatim *ac diu collecta sunt*, *uno tempore universa perdamus.*

SINGULARIS 1. *unus.* Univ. 4. Singularem *deus hunc mundum atque unigenam procreavit* 2. *eximius*, *inter alios excellens* Orat. I. 38. *Antonii incredibilis quaedam et prope* singularis *et divina vis ingenii.* 3. opponitur *vulgari.* Her. II. 30. *non vulgare*, *sed* singulare *maleficium.* 4. item *communi.* Fam. I. 9. *communi officio*, *non aliquo* singulari *beneficio.* Sall. 1. *Ita tulit casus*, *ut quum* communi *ambitionis invidia tum* singulari *Antonii odio everteretur.* Inv. II. 3. *non parum cognosse*, *sed in parum cognito stulte et diu perseverasse turpe est*; *quod alterum* communi *hominum infirmitati*, *alterum* singulari *unius cuiusque vitio est attributum.* 5. *proprius* Verr. III. 88. *sunt quaedam in te* singularia, *quae in nullum alium convenire possunt* 6. *einzeln.* Att. VII. 7. *quos tu bonos esse dicas non intelligo*; ipse *nullos novi*; *sed ita si* ordines *bonorum quaerimus. Etiam* singulares *sunt boni viri.*

SINGULI. Orat. III. 55. *refert qui audiant frequentes*, *an pauci*, *an* singuli. Orat. 67. *Saepe* singu-

lis (pedibus) *utendum est, plerumque binis, non fere ternis amplius.* Orat. I. 5. *vix* singulis *aetatibus* singuli *oratores tolerabiles inventi sunt.* Fam. XVI. 8. ego singulos *Euripidis versus* singula *testimonia puto.* N. D. II. 65. *nec vero universo generi hominum solum, sed etiam* singulis *a diis immortalibus consuli et provideri solet.*

SINGULTUS Planc. 31. *non modo lacrimulam, sed multas lacrimas et fletum cum* singultu *videre potuisti.*

SINISTER. Div. II. 39. Latinis quae *sinistra* dicantur in auspiciis Nempe ea quae Graecis *dextra.* Quamquam Latini saepe Graecorum consuetudinem secuti *sinistra* in malam partem dixere. Causa est, quia augur sedet ore ad meridiem verso; unde orientem a sinistris habet, quae plaga felix putabatur. *Ern.*

SINUS 1. Einbucht des Meeres. Verr. V. 56. qui sinus *quosdam maritimos obsedisse dicuntur* 2. *gremium* Leg. II. 25 *ut* sinus *et* gremium *quasi matris mortuo tribueretur.* 3. metaphorice de complexu familiari, vel familiaritate ipsa. Fam. XIV. 4. *iste vero sit in* sinu *semper et complexu meo.* Att. II. 24. *in* sinu *ac familiaritate adolescentis.* Q. Fr. II. 12. *Caesar mihi crede in* sinu *est, neque discingor* (*sitzt mir im Schoose und ich lasse ihn nicht fallen*) 4. de secura alicuius rei possessione. Pis. 37. *Aetolia in* sinu *pacis posita medio fere* Graeciae gremio *continetur* 5. „Verr. I. 50. *negotium sibi in* sinum *delatum*, i. e. sua sponte sibi et commode accidisse. ibid. 10. *ex sinu nostro* apponere dicimur testes calumniatores, subornatos ac nobis eosque amicos nostros et nostris commodis studentes. Tusc. III. 21. in sinu *gaudere* h. e. secum, privatim." *Ern.*

SIPARIUM, velum quod scenae obtenditur, aulaeum Prov. cons. 6. *Piso cum Graecis iam in exostra helluatur, quum ante post* siparium *solebat*, i. e. clam, occulte *Ern.*

SIPHON. Fin. II. 8. *vinum hic* siphone *cui nihil dempsit.* Siphon est fistula qua utimur ad eliciendum e dolio vinum fere gustandi causa. Videndus Scaliger ad Varron. p. 182. *Ern.*

SISTERE 1. cum pronomine *se.* Att. III. 25. *fac ut te ante Kal. Ian ubicumque erimus* sistas. 2. active est praestare, ut alius iudicio praesto sit. Off. III.

vas factus est alterius sistendi. Quint. 7. *Alphenus promittit Naevio* sisti Quintium 3. „omisso se (v. Gron. ad Liv. IV. 12.) significat *erigere se*, recreari, *salvum esse atque incolumem.* Verr. III. 96. *qui remp.* sistere *negat posse, ni ad equestrem ordinem iudicia referantur.* 4. de obeuntibus vadimonium Quint. 7. sistere *vadimonium.*

SITELLA; vas in quod tabellae a suffragia ferentibus coniiciuntur. N. D. I. 38. *Ti. Gracchum quum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octavio deferentem* sitellam. cf. Fr. Cornel. I. et Interpr. ad Liv. XXV. 3. *Ern.*

SITTYBAE Att. IV. 5. vid. Ind. Gr. in Σύλλαβοι.

SITIENTER, cupide Tusc. IV. 17. sitienter *capetere.*

SITIRE 1. sensu proprio Pis. 25. *qui* ad *portam* — sitiens *pervenerim.* 2. metaphorice de siccitate Orat. 24. sitire *agros.* 3. *cupide appetere* Planc. 5. sitientem *me virtutis tuae deseruisti.* Q. Fr. III. 5. sitire *honores* Tusc. V. 6. sitiens *voluptates.* Phil. V. 7. *qui sanguinem nostrum* sitiebat. 4. deficere Q. Fr. III. 1. *ipsi fontes iam* sitiunt.

SITIS. 1. sensu proprio. Fin. I. 11. *quum cibo et potione fames* sitisque *depulsa est.* Phil. V. 7. *ipso* (Antonius) *declamitavit* sitim *quaerens* 2. metaphorice Parad. I. *nunquam expletur cupiditatis* sitis Sen. 8. *Literas Graecas — avide arripui quasi diuturnam* sitim *explere cupiens.*

SITUS 1. aliquo loco positus. Verr. IV. 48. (de Ennensium nemore), *Locus quod in media est insula* situs, *umbilicus Siciliae nominatur.* Div. II. 41. *eo loco, ubi Fortunae nunc* sita *aedes est* Leg. II. 22. *Marii* sitas *apud Anienem reliquias dissipari iussit.* 2. *de mortuis conditis.* Leg. II. 22. siti *dicuntur, ii qui conditi sunt.* 3. metaphorice de eo quod in aliqua re constat, in ea positum est. Tusc. V. 12. Quid? *tu in eo* sitam *vitam beatam putas?* Off. I. 2. *in officio colendo* sita *vitae est honestas omnis* Tusc. I. 2. *summam conditionem Graeci* sitam *censebant in nervorum vocumque cantibus.* 4. de eo quod est in potestate Fat. 17. *si causa appetitus non est* sita *in nobis, ne ipse quidem appetitus est* in nostra potestate.

10. *hominum* societas *inter ipsos et coniunctio.* Lael. 6. societas *generis humani, quam conciliavit ipsa natura.* Off. I. 16. *latissime quidem patens hominibus inter ipsos omnibus inter omnes* societas *est.* 2. *Verbindung unter den Völkern einer Sprache, Nationalverbindung.* Off. I. 17. Gradus plures sunt societatis hominum. Ut enim ab infinita illa *discedatur, propior est eiusdem gentis, nationis, linguae, qua maxime homines coniunguntur.* 3. *Verbindung unter den Burgern eines Staats.* Fin. II. 14. *ratio fecit hominem hominum appetentem — ut profectus a caritate suorum serpat longius et se implicet primum* civium *deinde omnium mortalium* societate. Off. I. 17. *interior* (societas) *est eiusdem esse civitatis. Multa enim sunt civibus inter se communia; forum, fana, porticus, viae, leges, iura, iudicia, suffragia, consuetudines praeterea et familiaritates.* 4. *Verbindung durch Ehe und Blutverwandtschaft.* Off. I. 17. *arctior colligatio est* societatis *propinquorum. Ab illa* enim *immensa* societate *humani generis in exiguum angustumque concluditur. Nam quum sit hoc natura omnium animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima* societas *in ipso coniugio est; proxima in liberis — sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorumque; — sequuntur connubia et affinitates.* Oecon. 2. *maritale coniugium sic comparatum est natura, ut non solum iucundissima, verum etiam utilissima vitae* societas *iniretur, et ne genus humanum temporis longinquitate occideret. Propter hoc mas cum femina est coniunctus; deinde ut ex hac eadem* societate *mortalibus adiutoria senectutis nec minus propugnacula praeparentur.* 5. coniunctio inter deum et homines. Leg. I. 7. *Prima homini cum deo rationis* societas 6. de variis inter singulos homines coniunctionibus sive honestis, sive improbis. Brut. 1. *Vir egregius coniunctissimus meum consiliorum omnium* societate. Fam. XII. 28. *quod* societatem *reip. conservandae tibi mecum a patre acceptam renovas, gratum est.* Catil. I. 13. hostes patriae, *latrones Italiae, scelerum foedere inter se ac nefaria* societate *coniunctos aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.* 7. inprimis notae sunt *societates publicanorum (die Gesellschaften der Staatspächter)* Planc. 13. societatem *maximarum auctor, plurimarum magister* Fam. XIII. 9. societas *Bithynica* Mur. 32. *quid, si omnes* societates *obviam*

venerunt. Sext. 14. nulla Romae societas *vectigalium* 7. aliae sunt *societates* lucri causa inter privatos initae. Quint. 4 societatem *sibi debere.* ibid. 3. *magna fide* societatem *gerere.* 8. de coniunctione inter animalia N. D. II. 48. *Pinna cum squilla quasi* societatem *init comparandi cibi.* 9. de nexu inter diversas artes, vel res complures. Orat. I. 10. *Missos faciamus mathematicos, musicos — quorum artibus ista vestra dicendi vis ne minima quidem* societate *coniungitur.* Fat. 2. *cum hoc genere philosophiae, quod nos sequimur, magnam habet orator* societatem. Div. II. 71. *nulla naturae* societas *cum somniis.*

SOCIUS 1. de personis inter se vel negotiorum vel fortunarum ratione coniunctis. Fam. I. 9. *me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum rerum denique omnium* socium *comitemque habebis* Brut. 1. socius *ac consors gloriosi laboris* Rosc. Am. 40. *novem homines honestissimos eiusdem muneris legationis officii mandatorumque* socios *inclusit, decepit.* Flacc. I. socius *atque adiutor consiliorum periculorumque meorum.* Frat. 17. *feminae gignere ipsae sibi praesidia et habere domi fortunarum omnium* socium *participemque possunt.* Orat. I. 16 *finitimus oratori poeta — multis vero ornandi generibus* socius *ac paene par.* 2. „socius de publicanis simpliciter, et adiecto vectigalis nomine quod redemerunt. Planc. 9. sociis *unice diligebatur* cf. Verr. II. 20. Div. XIII. 9. socii Bithyniae. ibid. 65. socii *scripturae.* 3. *Arbitrium pro socio* Quint. 3. est, in quo quis a socio sibi iniuriam et fraudem factam persequitur. Hinc Flacc. 18. *pro* socio *damnari,* quum quis fraudis in socium convincitur." *Ern.* 4. metaphorice socius ponitur de rebus, virtutibus, artibus inter se coniunctis Orat. I. 55. *duae artes inter se pares, et eiusdem* sociae *dignitatis.* Brut. 12. *Eloquentia pacis est comes otiique* socia Font. 16. *vitae* socia *virtus, mortis comes gloria.*

SOCORDIA Her. II. 23. exemplum vanae rationis affertur hoc: *Philosophia vitanda est; affert enim* socordiam *atque desidiam.*

SOCORS. Brut. 68. *Glabrionem bene institutum avi Scaevolae diligentia* socors *ipsius natura negligensque tardaverat.*

SOCRUS, uxoris aut mariti mater. Cluent. 12. *Dinea, quae tum ei mulieri* socrus *erat.*

SODALIS est collega, non in quocunque collegio; nam *sodalitas* a *collegio* diserte distinguitur Brut. 46. sed in eo, quod sacrorum causa in honorem alicuius dei constitutum est, cuius membra una epulantur, quales sunt ἑταιρεῖαι Graecorum. Cael. 11. sodalis *in Lupercis*, Cat. 13. *primum habui* sodales *semper. Sodalitates autem me quaestore constitutae sunt, sacris Idaeis Magnae Matris acceptis. Epulabar igitur cum* sodalibus *omnino modice.* De his sodalibus et sodalitatibus vid. Budaeum ad Pandectas p. 299. sq. Salmas ad Ius Attic. et Rom. c. 4. — 2. Verr. I. 37. quaestor appellatur *sodalis* praetoris. 3. *socius.* Verr. I. 36. sodalis *istius erat in hoc morbo et cupiditate.* 4. *Sodales* dicuntur etiam, qui coëunt, ut magistratum alicui iniustis modis conficiant. Vid. *Sodalitas.* Cael. 7. *crimen* sodalium; unde verbum criminosum est Planc. 19. *Ern.*

SODALITAS. Collegium sodalium. Vid. *Sodalis.* Sen. 12. sodalitates *autem* me quaestore constitutae sunt: Brut. 46. *homo summa nobilitate, cognatione*, sodalitate, *collegio.* 2. coitio. Planc. 13. *per hanc consensionem, quae honeste magis quam vere*, sodalitas *nominaretur.* Nempe illa consensio, ut recte Graevius, coitio erat, epulis et largitionibus contractorum civium, ambitus causa, ut per eos tribus corrumperentur. Hoc genus coitionis turpe est, *sodalitas* autem honesta. Itaque honestum nomen rei turpi tribuitur. cf. Q. Fr. II. 3. 3. necessitudo inter quaestorem et legatum Verr. I. 37. *abs te officia* sodalitatis *flagitet. Ern.*

SODALITIUM, sodalitas, *coitio.* Planc. XV. *Lex Licinia quae est de* sodalitiis. Vid. Ind. Leg. et Budaeum l. l. 2. *convivium sodalium.* Her. IV. 32. *venit in aedes quasdam, in quibus* sodalitium *erat eodem die futurum. Ern,*

SOL. 1. sensu proprio. Somn. 4. *Subter mediam fere regionem* sol *obtinet, dux et princeps, et moderator luminum reliquorum, mens mundi, et temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret et compleat.* N. D. II. 27. Sol *dictus vel quia* solus *ex omnibus sideribus est tantus, vel quia quum est exortus obscuratis omnibus* solus *apparet.* 2. *Sol* in numero deorum. N. D. III. 19. *Circe et Pasiphaë et Aea* c. Perseide *Oceani filia natae, patre* Sole *in deorum numero*

Att. IV. 6. *de Lentulo scilicet sic fero ut debeo. Virum bonum et magnum hominem — perdidimus; nosque malo* solatio *sed nonnullo tamen consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus*, non *ut Sauleius et vestri* (Epicurei, qui mortem contemnendam esse censebant, quia nullus sit post eam sensus) *immo hercule, quia sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio videntur ex eius incendio esse abreptus* 2. levamentum. Rull. II. 29. solatium *annonae*, dicitur ager qui possit in magna caritate annonae subvenire.

SOLEAE 1. sunt calcei muliebres et hominum molliorum, unde Clodio et Verri obiiciuntur. Harusp. 21. soleae muliebres. cf. *Soleatus*. Gell. XIII. 20, 2. compedes. Her. I. 13. Mallcolus iudicatus est matrem necasse. Ei damnato — soleae ligneae pedibus inductae sunt, et in carcerem coniectus est. Inv. II. 50. *Ern.*

SOLEATUS. Verr. V. 33. *stetit* soleatus *praetor populi Rom. cum pallio purpureo tunicaque talari;* quibus omnibus Verri muliebris vestitus exprobratur. Pis. 6. *meministine — nescio quo e gurgustio te prodire involuto capite*, soleatum. Reprehenditur consulem hora diei quinta eo habitu prodiisse, quo in popina forte quadam usus erat.

SOLEMNIS. SOLLEMNIS Pis. 22. *dies quasi immortalium deorum festi atque* sollemnes Tusc. I. 47. sollemne *et statum sacrificium* Leg. III. 3. *ludi* sollemnes Verr. V. sollemnes *coetus ludorum*. Mil. 27. (Clodius) *cuius supplicio senatus* sollemnes *religiones expiandas saepe censuit* Mur. 1. sollemnis *comitiorum precatio* Orat. III. 51. *epularum* sollemnium *fides ac tibiae*. Mil. 10. *iter* sollemne *legitimum, necessarium — Lanuvium ad flaminem prodendum*. 2. Quint. 6. *Nullum est officium tam sanctum* atque sollemne *quod non avaritia comminuere atque violare soleat*. 3. pro *consueto*. Att. VII. 6. *nostrum illud* sollemne *servemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus*.

SOLERE. Rosc. Com. *qui mentiri* solet, *peierare consuevit* Orat. I. 30. *ratio consuetudinis qua quondam* solitus sum *uti* Off. I. 39. *ampla domus dedecori domino saepe fit, si est in ea solitudo; maxime si aliquando alio domino* solita est *frequentari*. Orat. II. 13. *Thucydides — id quod optimo cuique Athenis accidere* solitum est, *in exsilium pulsus*.

privatis Dom. 36. *deflevi liberorum carissimorum* solitudinem.

SOLIVAGUS, solitudinem sequens, extra societatem vivens. Tusc. VI. 13. *bestiae partim* solivagae, *partim congregatae.* 2. solitarius. Univ 6. *Caelum* solivagum. 3. metaphorice. Off. I. 44. *nisi ea virtus, quae constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem, rerum* solivaga *cognitio et ieiuna videatur.*

SOLIUM est sella excavata et propterea commodior, qua patres familias omnes utebantur et feminae in conviivis. Inprimis autem ICti solebant, quum domi de iure respondebant, in solio sedere. Leg. I. 3. *more patrio sedens* in solio *consulentibus responderem* Orat. II. 84. *dicet te, quum aedes venderes ne in rutis quidem et caesis* solium tibi *paternum recepisse,* nempe Bruti patris ICti. Orat. II. 37. a *subselliis in otium* soliumque *se contulerit* h. e. desierit causas in foro agere et contra domi de iure responderit. 2. Diis etiam in templis sellae positae sunt, quae *solia* dicebantur. Harusp. 27. *deorum ignes,* solia, *mensas* etc. Vid. Graev. ad h. l. 3. Pis. 27. Vulgo legebatur: *bibitur usque eo, dum de* solio ministretur. Graevius solium h. l. putat esse lectum vel sellam ubi hospes Piso sederit solus, ut sit hic sensus: bibitur, quamdiu hospes convivis propinat. Sed neque commodus est hic sensus, neque verba eum patiuntur. Nam primo, hic sensus si esset, intemperantia in bibendo non appareret; deinde *usque eo dum* cum coniunctivo non potest significare *quamdiu.* Si *solium* est a Ciceronis manu, putem esse *dolium.* Nam *solium* etiam in balneis est vas aquarium, quod et *labrum* dicitur. Sed mihi placet Augustini emendatio, qui legebat, *de dolio.* Bibitur tamdiu, donec vinum defusum et vetustum non suppetat amplius, sed etiam vinum recens, doliare, ministretur. *Solium* et *dolium* confunduntur in libris scriptis. Vid. Pamel. ad Cypriani ep. 76. n. 42. Harduin. ad Plin. XXXV. 12. *De dolio autem* bibere dicitur in contemptum. Vid. *Dolium* — *Ern.* Vera lectio est: *bibiturus quae eodem de* dolio *ministrentur.* Nempe Cicero paullo ante dixerat; panem et vinum in Pisonis conviviis a propola atque de cupa ministrari; deinde addit: Graeci stipati quini in lectulis, saepe plures; ipse solus, (in

officii tum periculi mei. Fam. II. 12. sollicitus *eram de rebus urbanis.* Q. Fr. II. 2. *magis sum* sollicitus *exspectatione ea quam metu.* Rull. I. 8. *civitas* sollicita *suspicione, suspensa metu, perturbata seditionibus.* Lael. 15. *in vita tyrannorum omnia semper suspecta atque* sollicita. Fam. X. 18. Sollicitiorem *certe hominem non suis contractis neminem puto fuisse.*

SOLOECISMUS Her. IV. 12. Soloecismus *est quum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur.*

SOLSTITIALIS Tusc. I. 39. solstitialis dies *der längste Tag im Jahre* N. D. III. 14. *cur sol se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque* brumali. cf. Univ.

SOLSTITIUM dies anni longissima. N. D. II. 19. posset — *solis accessus discessusque* solstitiis *brumisque cognosci.* Sic semper solstitium antiquiores dixerunt, ut esset unum solstitium (scil. quod nos dicimus aestivum) ut bene monet Victorius ad Varr. R. R. I. 46. Apud Plinium autem est *solstitium aestivum* II. 103. et ap. Macrob. Sat. I. 21. Idem tamen Plinius alias utitur more Ciceroniano, ut l. c. ubi *solstitia* opponuntur *brumae*, et IV. 5. est *oriens brumalis et solstitialis.* — *Ern.*

SOLVERE. 1. *Ab alio solvere* significat, non ex arca sua solvere, sed per attributionem, delegationem, scripturam, aut nummis alterius. Caecin. 6. solvitur a Caesennia cf. Att. VII. 18. ibid. V. 21. *homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se* a me solvere; *quod enim praetori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se* a me *quodammodo* dare. 2. *solvere fidem.* Fam. X. 23. pro *persolvere, praestare.* Alia exempla vid. ap. Burmann ad Ovid. Metam. XI. 135. 3. *solvi* pro liberari ab obligatione aliqua. Rull. II. 36. solvi *legibus.* Opponitur *teneri legibus.* In quo est etiam constructio cum genitivo apud Ciceronem Sext. 7. *solvi legum*, per Graecismum: de quo vid. Bronkhus. ad Tibull. I. 8. 40. 4. refellere. Fin. I. 7. *qua via captiosa* solvantur. 5. nautae dicuntur *solvere*, quum ancoras tollunt et navigant. Att. I. 10. solvere *ancoras* Muren. II. *portu* solves. Div. I. 26. solvere *imperat.* Fam. XVI. 19. *nos eo die cenati* solvimus. *Ern.*

ckung der Zahlungen der Credit gesunken) Orat. I. 23. solutio *linguae*, de facilitate et volubilitate in dicendo. Contrarium est *haesitare lingua*.

SOLUTUS 1. *liber, cui integrum est facere quod velit*. Fam. I. 9. *si essent omnia mihi* solutissima. Verr. II. 78. soluti *ad causas veniebant*, de patronis, qui nullam mercedem acceperunt ab iis quorum causam receperunt, ut iis non sit necessarium, quamvis manifesta scelera defendere. Mil. 13. soluta *praetura*. Mil. II. 18. *quum videas voluntatem civitatis* solutam, *virtutem alligatam*. 2. Rull. III. 2. soluta *praedia*, opponuntur *obligatis*. 3. Planc. 30. *solutus*, opponitur ei, qui nullis beneficiorum vinculis obstrictus est. 4. *solutus* opponitur ei, qui torquetur in equuleo. Deiot. 1. *quum more maiorum de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri liceat*, — *exortus est servus, qui quem in equuleo appellare non posset, eum accusaret* solutus. 5 *remissus, negligens*. Catil. II. 12. *mea lenitas* solutior *visa est*. 6. *facilis* Fam. VI. 7. solutum *putatur alterum laudare*. 7. *debilitatus* Rull. II. 33. *nervis urbis omnibus exsectis urbem ipsam* solutam *ac debilitatam reliquerunt*. 8. *de hominibus facetis qui libere rident omnia*, Dom. 39. *o rem quam* soluti *homines ridere non desinant*. 9. *absolutus* Mil. 4. scelere solutus. *Ern.* 10. orator *solutus* est primo qui liber est et expeditus in explanandis sententiis et in elocutione Brut. 48. *omnium oratorum sive rabularum* — solutissimum *in dicendo et acutissimum iudico nostri ordinis Q. Sertorium*. Brut. 47. solutus *in explicandis* sententiis ibid. *verbis* solutus *satis*. Deinde in actione *solutus* dicitur, qui nimius est in gestu. Brut. 62. *Titius* solutus *et mollis in gestu, ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset*; id est (ut recte intpr. I. C. Theoph. Ernesti in lex. technol. Lat. Rhetor.) nimis augens corporis motum et putida accuratione singula fere verba gestibus et motu explicans. 11. oratio dicitur *soluta*, quae non est adstricta numeris. Orat. 23. *primum* (oratorem in genere tenui) *tamquam e vinculis numerorum eximamus*. — Solutum *quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare*. Orat. III. 44. *ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita* soluta *ut vagentur*. Idem paullo ante sic extulerat: orator sic illigat sententiam verbis ut eam numero quodam complectatur et adstricto et

eos inani voce sonare (*ein leeres Wortgeklingel machen*). 3. de sŏno verborum, item sermonis vel pronuntiationis Orat. 49. *verba bene* sonantia. Orat. III. 37. *verba in quibus plenum quiddam et* sonans *esse videntur*, Brut 74. *Cotta* sonabat *contrarium Catulo, subagreste quiddam planeque subrusticum* Arch. 10. Q. Metellus Pius — qui *praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubae natis poetis* pingue *quiddam* sonantibus *atque* peregrinum *tamen aures suas dederet*.

SONIPES Orat. III. 47. verbum *sonipedes* affertur ut exemplum paeonis quarti. (∪∪∪—)

SONITUS 1. sensu proprio. Her. IV. 15. sonitus *tubae*. Somn. 5. *hoc* sonitu (orbium caelestium) *oppletae aures hominum obsurduerunt — sicut ubi Nilus — praecipitat ex altissimis montibus ea gens, quae illum locum accolit propter magnitudinem* sonitus *sensu audiendi caret. Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversione* sonitus, *ut eum aures hominum capere non possint* 2. metaphorice. Orat. 28. *admiratae gentes — hanc eloquentiam, quae cursu magno* sonituque *ferretur*. Att. I. 14. *nosti iam in hac materia* sonitus *nostros*.

SONIVIUS Fam. VI. 6. *tripudia sonivia*, sunt quum offa excidit pullis pascentibus et in terram cadens sonitum facit. *Ern.*

SONS, alicuius culpae vel maleficii reus. Off. I. 24. *punire* sontes Phil. II. 8. *comprehensio* sontium *mea, animadversio senatus fuit*. Tusc. II. 17. *quum* sontes (ad mortem damnati gladiatorum instar) *ferro depugnabant*.

SONUS N. D. II. 58. *varietas* sonorum ibid. II. 57. *aures duros et quasi corneolos habent introitus multis cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur* sonus ibid. II. 60. *manus apta ad nervorum eliciendos* sonos ibid. II. 59. *lingua* sonos *vocis distinctos et pressos efficit*. Orat. I. 59. Graeci tragoedi, *vocem — quum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad gravissimum* sonum *recipiunt et quasi quodam modo colligunt*. Off. I. 40. *Sic vivendum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis, quo maior et melior actionum quam* sonorum *concentus est*. Tusc. I. 25. *qui* sonos *vocis, qui infiniti videbantur paucis literarum notis terminavit;* (*de inventore artis scribendi.*)

et *faecem multo melius.* 6. ponitur etiam convicii causa. Pis. 26. *o lutum! o sordes!* 7. quoniam in luctu utebantur vestibus sordidis, *sordes* item ut *squalor* notat hanc luctus aut maeroris miseriam, Fam. XIV. 2. *te nunc mea Terentia sic vexari, sic iacere in lacrymis et* sordibus! 7. item de iis qui capitis accusantur; qui iidem solebant sordidatis vestibus uti. Cluent. 6. *praesto est* (mater Cluentii) *mulier audax pecuniosa crudelis, instituit accusatores — squalore huius et* sordibus *laetatur* ibid. 67. *ne forte mater hoc sibi optatissimum spectaculum huius* (filii sui) sordium *atque* luctus *et tanti squaloris amitteret.*

SORDIDATUS 1. sordibus immundus Pis. 27. *servi* sordidati *ministrant* Phil. II. 29. sordidata *mancipia.* 2. maerore vel miseria affectus inprimis in accusationis periculo Orat. II. 47. *maestus et* sordidatus *senex,* Pis. 41. nec *minus libenter metuentem videbo ne reus fias, quam reum: nec minus laetabor, quum te semper sordidum, quam si paullisper* sordidatum *viderim.*

SORDIDE de nimia parsimonia. Orat. II. 86. dicunt — nimis illum (Scopam) sordide *Simonidi dixisse, se dimidium eius, ei* quod *partus esset, pro illo carmine daturum.*

SORDIDUS 1. sensu proprio. Att. XII. 26. Villula sordida *et valde pusilla.* Tusc. III. *saepe est etiam sub palliolo* sordido *sapientia* 2. metaphorice de hominibus exiguae fortunae ne dignitatis Phil. I. 8. ut enim quisque sordidissimus *videbitur, ita libentissime severitate iudicandi sordes suas eluet* 3. de *quaestus studio, avaritia aut nimia parsimonia* Off. II. 6. *pretio ac mercede ducuntur, quae* sordidissima *est illa quidem ratio et inquinatissima.* 4. *illiberalis, homine libero non dignus* Off. I. 42. *de artificiis et quaestibus qui liberales habendi, qui* sordidi. 5. de hominibus moestitia aut luctu oppressis. Mur. 40. *squalore sordidus* dicitur Murena, quod erat de ambitu reus. Vid. *Sordes.*

SORITES. genus sophismatis aut captiosae interrogationis, quum quaeritur v. c. an duo tritici grana acervus sint, quumque id negatur, sensim pergitur numerando, donec aliquis qui negasset quindecim esse acervum tandem cogitur addito uno dicere, iam esse acervum. Div. II. 4. *quemadmodum* soriti *resistas? quem si necesse sit Latino verbo liceat* acervalem *ap-*

pellare; sed nihil opus est; ut enim ipsa philosophia *et multa verba Graecorum, sic* sorites *satis Latino sermone tritus est.* Ac. pr. II. 16. *captiosissimo genere interrogationis utuntur, quod genus minime in philosophia probari solet quum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. Soritas hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano* ibid. II. 29. *venit ad* soritas, *lubricum sane et periculosum locum, quod tu modo dicebas esse vitiosum interrogandi genus. Quid ergo? istius vitii num nostra culpa est? Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla, in re statuere possimus, quatenus. Nec hoc in acervo tritici solum, unde nomen est, sed nulla omnino in re minutatim interrogati, dives pauper, clarus obscurus sit, multa pauca; magna parva; longa brevia; lata angusta, quanto aut addito aut dempto certum quod respondeamus non habemus.*

SOROR. Div. I. 21. *soror* germana.

SORORICIDA. Dom. 10. parricida, fratricida; sororicida; convicia in Clodium.

SORORIUS. Sext. 7. Clodius dicitur homo *fraternis flagitiis,* sororiis *stupris, omni inaudita libidine infamis.*

SORS 1. *Loos.* Div. II. 33. sortes, *quae ducuntur, non quae vaticinatione funduntur, quae oracula verius dicimus* Cornel. Fr. Div. I. 18. sortes *aequare.* Eadem forma est apud Plautum Casin. II. 6. ubi in sortitione Stalino dicit uxori, *uxor aequa* scil. sortes, qui locus est classicus, ad quem adeo videndi sunt interpretes. Pronum est intelliger *pares facere,* ut nihil intersit, nec fraus fieri possit in educendo. Sed Patricius ad Cornelianae fragm. putat esse movenda urna confundere ac miscere. Id quomodo fieri potuerit, ubi urna plena esset aquae, ut in sortitione Plautina, et quare id dicatur, *aequare sortes,* non satis video. Nam Stalino iubet sortes aequare iam deiectas in urnam cum aqua Non satis puto intelligi, ut nunc est, quid sit, *sortes aequare.*" Hactenus Ernesti, qui tamen mihi non videtur habuisse quod de significatione horum verborum dubitaret. Fingamus enim septendecim homines sortiri debere, utrum alicui negotium aliquod committant; ita ut si novem ex iis educant sortem affirmativam, id ei committendum sit; hic necesse est ut in urnam coniiciantur novem sortes af-

firmativae, totidemque negativae; id est ut *sortes aequentur*. Alias enim haud iusta fieret sortitio. Quum autem sint complura genera sortitionis, non eadem est in omnibus aequandi sortes ratio. Verr. II. 51. Cicero narrat, quae sequuntur: *Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos Iovis sacerdotem* sortito *capi iubebat, quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur. Quum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, vel revocatur ad* sortem. *Perfecerat iste (Verres) imperio, ut pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur. In* sorte *cui imperare non poterat, exspectabant homines quidnam acturus esset. Homo id quod erat facillimum, primo vetat* sortiri; *iubet* extra sortem *Theomnastum renuntiari. Negant id Syracusani per religiones sacrorum ullo modo fieri posse: fas denique negant esse. Iubet ille sibi legem renuntiari. Recitatur; in qua scriptum erat* UT QUOT ESSENT RENUNTIATI TOT IN HYDRIAM SORTES CONIICERENTUR; CUIUS NOMEN EXISSET, ut IS HABERET ID SACERDOTIUM. *Iste homo negotiosus et peracutus, Optime, inquit. Nempe scriptum est, quot renuntiati erunt. Quot ergo,* inquit, *sunt renuntiati? Responsum tres. Nunquid igitur oportet, nisi tres* sortes *coniici; unam educi. Nihil. Coniici iubet tres, in quibus omnibus scriptum esset nomen Theomnasti.* Hic si custos fuisset sortitionis, aequasset sortes, i. e. curasset ut singula trium candidatorum nomina singulis sortibus inscriberentur. Sic enim demum iusta et aequa fuisset sortitio. Div. II. 4. *Quid est* sors? *Idem propemodum, quod talos iacere, quod tesseras, quibus in rebus temeritas et casus non ratio nec consilium valet* ibid. 41. *ubi Fortunae nunc sitae aedes, mel ex olea fluxisse dicunt, haruspicesque dixisse, summa nobilitate illas* sortes *futuras, eorumque iussu ex illa olea arcam esse factam, eaque conditas sortes, quae hodie fortunae monitu ducuntur. Quid igitur in his potest esse certi, quae fortunae monitu, pueri manu miscentur atque ducuntur.* Div. I. 34. *simia et* sortes *ipsas, et cetera quae erant ad* sortem *parata dissipavit.* Inv. I. 33. locus (de auctoritate deorum immortalium) sumetur *ex* sortibus, ex oraculis, *vatibus, ostentis, prodigiis, responsis et similibus rebus,* 2. inprimis sortis fit mentio, in muneribus et provinciis quae sortitione dari solebant, Muren. 8. *quaestura utriusque propemodum pari mo-*

in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam et turpitudinem non oportet. Phil. III. 10. *Divina vero opportunitas ut in* sortitione *provinciarum, quae cuique apta esset, ea cuique obveniret.*

SORTITO *per sortitionem durchs Loos* Fam. VIII. 8, *eos* sortito *in provincias mitti placere.* Verr. II. 51. *lex Iovis sacerdotem* sortito *capi iubet.*

SORTITUS. Dom. 19 *quid si etiam de pluribus rebus uno* sortitu *retulisti.* Quid in rogatione ferenda *sortitio* sit, nemo interpretum demonstravit. Manutius adeo suspectum habet de mendo locum et reponendum censet *scitu.* Sed non magis *scitus* ad legis rogatorum refertur, quam *sortitus.* Non nego scitu posse dici pro rogatione accepta, posito consequente pro antecedente. Verum ita etiam sortitus de omni rogatione quum accepta, tum antiquata dici potest. Nam rogatione facta et tabellis suffragiorum distributis fit sortitio tribuum qua praerogativa definitur. Sensus igitur est: Quum plures leges tuleris, de iis tantum semel et simul suffragia ferri iussisti, contra legem Caeciliam. Sic video accepisse etiam Ferratium Epistol. in Or. Cicer. p. 356. *Ern.*

SOSPITA, Iunonis Lanuviane epitheton. Muren. 4. 41. *sacra patria Iunonis* Sospitae. N. D. I. 29. *illam nostram* Sospitam, *quam tu nunquam ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.*

SOTER. Verr. II. 63. *itaque eum non solum patronum istius insulae, sed etiam* sotera *inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum ut latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum* Soter *qui salutem dedit.* De hoc cognomine quod crebro in nummis Iovi, Neptuno Aesculapio, Dioscuris, Herculi, medicis, regibus et Caesaribus tribuitur, et saepe *Evergetae* iungitur vid. Spanhem de usu et praestantia numism. Div. VII. p. 416. Diss. XII. p. 500. Verbum *Salvator*, quo Graecum commode interpretantur Ciceronis aetate nondum usitatum fuit. De eo vid. praeter Cellar. in Fabri lex. Heumannum ad Sammarthani Elogia p. 239. Verum quaeri potest cur Cicero neget latino uno verbo reddi posse, quum *Servator* Latine dicatur idque verbum sine dubio responderat Graeco? Nam in numis et lapidibus, qui Graecis *Soteres* dicuntur Latinis sunt *Servatores. Iupiter* qui-

dem *Servator* apud Plin. XXXIV. 8. est Iupiter σωτήρ. Scilicet *Servator* est σωτὴρ quatenus a malis et periculis liberat, ut Plinius l. c. Peucestem vocat Alexandri *Servatorem*, qui a morbi eripuit; non autem quatenus σωτὴρ idem est εὐεργέτης, qui nos commodis auget est ornat. Nam *Soter* est item qui *Evergeta* aut paullo plus, et interdum alterum pro altero ponitur. Sic v. e. Polyb. l. v. p. 500. commemorat Antigonum Tutorem non solum vivum esse *Evergetam* applicatum, sed etiam *Sotera* post mortem. Adde Dion. Cass. L. LII. p. 493. ubi Maecenas ait Patris et Soteris nomen accepturum Augustum ex imperio iusto, aequo, leni. *Ern.*

SPARGERE 1. de liquidis. Arat. Fr. spargere *amnem lacrymis.* Tusc. I. 41. *saxa* spargens *tabo.* 2. de aridis Rosc. Am. 18. *sua manu* spargere *semen.* Phil. III. 6. *qui numos populo de Rostris* spargere *solebat.* 3. communiter de utrisque Catil. II. 10. *qui venena* spargere *didicerunt* Parad. V. 2. *in familia qui tractant ista, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui* spargunt, *non honestissimum locum servitutis tenent.* 4. metaphorice Her. IV. 1. *res* sparsas *et vage disiectas eligere.* Deiot. 9. *graves de rumores* sparsi *sunt* Div. I. 3. *quod Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam* sparsisset. Sen. 21. *credo deos immortales* sparsisse *animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur.* Arch. 12. Ego omnia *quae gerebam iam tum in gerendo* spargere *me ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam.*

SPARUS. Mil. 24. sparorum *pilorumque multitudo.* Nonius de genere armorum: Sparus telum agreste. Virgil Aen. XI. 682. *agrestesque manus armat* sparus. Paulus ex Festo: Spara *minimi generis iacula, a spargendo dicta.* Sallustius Catil. 56. *sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa. Ceteri ut quosque casus armaverat,* sparos, *aut lanceas, alii praeacutas sudes portabant.* Hactenus Abramius ad h. l.

SPATIARI. Rosc. Am. 21. de Erucii negligentia in accusando: *ita negligens esse coepit, ut quum in mentem veniret ei resideret, deinde* spatiaretur. Opt. gen. or. 3. spatiari *in xysto,*

SPATIUM. 1. sensu proprio de cuniculis in ludis publicis ut Olympicis. Sen. 5. *fortis equus*, spatio *qui saepe supremo vicit Olympia.* Ex Ennio. 2. hinc spatia dicuntur *ambulacra in Gymnasiis* aut praediis

vel porticibus Orat. III. spatia Academiae. Leg. I. 4. *quin igitur ad illa* spatia *nostra sedesque pergimus.* 3. ipsa ambulatio. Orat. I. 7. *postero die quum in ambulationem ventum esset, dicebat Scaevolam duobus* spatiis *tribusve factis* (*nachdem sie die Allee zwey bis dreymal auf und ab gegangen waren*) dixisse. Muren. 34. de iis qui candidatos honorum officii causa sectantur. *Neque postulandum est a nobis aut ab equitibus Romanis ut suos necessarios candidatos sectentur totos dies; a quibus* (senatoribus et equitibus) *si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur,* (i. e. si nobis candidatis hunc honorem habent ut semel per basilicam nos comitentur) *diligenter observari videmur et coli.* 4. Ab hac notione ducitur usus huius verbi metaphoricus Orat. III. 2. *o inanes nostras contentiones, quae in medio* spatio *saepe franguntur et corruunt.* Brut. 90. *ut nostrum cursum perspicere possis, et videre quemadmodum simus in* spatio (artis oratoriae) *Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti.* 5. certa temporis longitudo. Q. Fr. I. 1. *biennii* spatium Verr. II. 39. spatium *dierum fere triginta.* 6. tempus ad aliquid efficiendum sufficiens Off. I. 33. Spatium *deliberandi habuerunt.* Tusc. II. 15. Spatium *considerandi non datur.* Rab. Perd. 2. qui me *ex constituto* spatio *defensionis in semi horae curriculum coëgisti.* Fr. inc. si mihi *vitae* spatium *duplicetur vel iis tantummodo poetis percurrendis qui λυρικοὶ a Graecis vocantur non esse suffecturum* Arch. 11. *si nihil animus praesentiret in posterum, et si quibus regionibus vitae* spatium *circumscriptum est eisdem omnes cogitationes terminaret suas.*

SPECIES 1. forma corporum Ac. post I. 7. *materia sine ulla* specie *et carens* omni *qualitate* Ac pr. II. 17. *eadem est in somniis* species *eorum, quae vigilantes videmus* N. D III. 20. *arcus quia* speciem *habeat admirabilem Thaumante dicitur esse nata.* Div. II. 97. *nulla* species *cogitari potest, nisi pulsu imaginum.* Fat 19. Visum obiectum (*eine äussere Erscheinung*) *inprimet et quasi signabit in animo suam* speciem. 2. in primis forma simulacrorum, immo simulacrum ipsum. Div. I. 12. species *ex aere vetus.* ibid 36. *hanc* speciem *Praxiteles caelavit argento.* 3. figura hominum vel deorum. Her. IV. 47. *citharoedus forma et* specie

et *statura apposita ad dignitatem.* N. D. I. 18. *a natura habemus omnes omnium gentium* speciem *nullam aliam, nisi humanam, deorum.* 4. inprimis figura hominum, quatenus ad aspectum vel venusta, vel dedeformis est; (*das Aussehn, die äussere Erscheinung*) Off. I. 35. *Natura formam nostram reliquamque figuram, in qua* species *esset honesta, eam posuit in promptu.* Orat. II. 78. *in ipso illo gladiatorio certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quae non ad vulnus, sed ad* speciem *valere videantur* (*die nur zum guten Aussehn gehören*) Orat. I. 29. *haec quae sunt* in specie *posita in te Sulpici divina sunt* 5. haec significatio transfertur ad alia. Sen. 16. *agro bene culto nil potest esse nec usu uberius, nec* specie *ornatius* ibid. *quid de vinearum* specie *dicam?* Verr. I. 22. *Vidi forum ornatum ad* speciem *magnifico ornatu ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri* (*für die äussere Ansicht prächtig, für das Gefühl aber und das Nachdenken traurig*) visio rei externa, sive vera, sive falsa aut simulata. 6. (*der Schein, Anschein einer Sache*) Tusc. II. 18. de dolore. *Ego illud, quidquid sit, tantum esse quantum videatur, non puto falsaque eius* visione et specie *moveri homines dico vehementius* Off. III. 33. sin speciem *utilitatis etiam voluptas habere dicetur* Cael. 5. *Catilina multos viros bonos* specie *quadam assimulatae virtutis tenebat,* Att. IV. 16. *amisimus omnem non modo succum et sanguinem sed etiam colorem ac* speciem *civitatis* Fin. V. 1. ne species *quaedam commovit inanis scilicet, sed commovit tamen.* 7. „externus apparatus ornatus, dignitas, quae in oculos cadit imprimis Rull. II. 14. species *tyrannorum* ubi vid. Graev. Or. I. 29. haec *quae sunt* in specie *posita in te divina sunt* de dotibus oratoris externis corporis. Orat. II. 74. *adhibere quandam in dicendo* speciem *atque pompam* Pis. 11. *fuit pompa, fuit* species, *incessus saltem Seplasia dignus.* Brut. 62. *magis* specie *et motu, atque ipso amictu capiebat homines quam dicendi copia.*" *Ern.* 8. Vocabulum *species* Cicero usurpat, pro ἰδέα Platonis. Ac. post. I. 8. *mentem volebant rerum esse iudicem; solam censebant idoneam cui crederetur; quia sola cerneret id, quod semper esset simplex et uniusmodi et tale quale esset; hanc illi* ideam *appellabant iam a*

Pla-

Platone ita nominatam, nos recte speciem *possumus dicere.* Orat. 2. 3. *Ego sic statuo nihil esse in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit, unde illud, ut ex ore aliquo, quasi imago exprimatur,* (*das Ideal des Schönen*) *quod neque oculis, neque auribus, neque ullo sensu percipi potest, cogitatione tantum et mente complectimur. — Ut igitur in formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cuius ad cogitatam* speciem *imitando referuntur ea, quae sub oculos ipsa cadunt, sic perfectae eloquentiae* speciem *animo videmus, effigiem auribus quaerimus. Has rerum formas appellat* ideas *ille non intelligendi solum,* sed *etiam dicendi gravissimus auctor et magister Plato, easque gigni negat et ait semper esse, ac ratione et intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu. Quidquid est igitur de quo ratione et via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam* speciemque *redigendum.* 9. In logicis *species* est pars generis s. notio generi subiecta (*die Art einer Gattung*). Inv. I. 27. *quum* genere *idem sit, fit aliud, quod parte quadam et specie differat.* Top. 7. in divisione *formae* sunt, *quas — nostri* species *appellant, non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim* — specierum *et* speciebus *dicere, et saepe his casibus utendum est, at* formis *et* formarum *velim.* 10. *prima specie* Tusc. IV. 14. Or. III. 25, quod vulgo dicimus *primo aspectu.*

SPECILLUM *eine Sonde* N. D. III. 22. Aesculapiorum primus — *qui* specillum invenisse, et primus vulnus obligasse dicitur. Instrumentum hoc chirurgicum Graece vocatur *μήλη*. Vid. Ind. Gr. in *μηλῶσαι.*

SPECIMEN. 1. indicium, significatio. Orat. III. 40. *ingenii* specimen *est quoddam transire ante pedes posita et alia longe repetita sumere.* Pis. 1. *quod minimum in te* specimen *ingenii; ingenii autem? immo ingenui hominis et liberi?* 2. exemplum, *ein Muster.* Tusc. I. 15. *num dubitas, quin* specimen *virtutis capi debeat ex optima quaque natura* Leg. III. 4. *is ordo vitio vacato, ceteris* specimen *esto.* Pis. 39. specimen *innocentiae.*

SPECIOSUS 1. *pulchram* speciem *habens* Brut. 5. *dignitate motus fit* speciosum *et illustre quod dicitur.*

corporis spectabat Att. XII. 39. *ex meo otio tuum* specto. Orat. I. 61. *quod ego non tam fastidiose in nobis quam in histrionibus* spectari *puto.* (*wird nicht so streng beurtheilt*). 5. *spectare ad aliquid* est ad aliquid pertinere s. valere. Off. II. 2. *Philosophi qui semper aliquid anquirunt, quod* spectet *et* valeat *ad bene beateque vivendum* Off. II. 21. de *eo genere beneficiorum dictum est, quae ad singulos* spectant, *deinceps de iis quae ad universos, quaeque ad remp.* pertinent, *disputandum est* Fam. XIII. 4. *haec eo* spectant, *ut te horter.* Div. II. 57. *Demosthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat; hoc autem eo* spectabat, (*bezog sich darauf*) *ut eam a Philippo corruptam diceret.* Att. VIII. 2. *quo igitur haec* spectat *oratio?* Orat. I. 21. *artem negabat esse ullam, nisi genere cognitis penitusque perspectis et* in unum *exitum* spectantibus *et numquam fallentibus rebus contineretur.*

SPECTATIO 1. sensu proprio (*die Schau, Anschauung*, Att. XIII. 44. *est quiddam animum* levari spectatione Fam VII. 1. *apparatus* spectatio *tollebat omnem hilaritatem.* 2. „exploratio numorum an genuini sint et probi nec ne. Verr. III. 77. *deductiones certis nominibus fiebant pro* spectatione *et collybo.* Vid. Hotom. ad h. l. Budaeum ad Pandect. p. 187. Graevium ad Flor. II. 3. unde pro quovis experimento ponitur. cf. *Spectatus.*" *Ern.*

SPECTATOR 1. sensu proprio. N. D. II. 56. *homines* spectatores *superarum rerum atque caelestium.* 2. metaphorice qui alicuius rei testis esse potest, s. is quo praesente aliquid fit. Orat. I. 24. *hunc esse unum hominem ex omnibus* quo praesente *ego ineptus esse minime vellem; quem quidem nunc mearum ineptiarum testem* et spectatorem *fortuna constituit.* 3. is qui de rebus cognoscit easque explorat atque exigit (*ein Aufseher*) Pet. cons. *fac ut* spectatorem *te suorum officiorum esse intelligant diligentem*, ut videre *te plane atque* animadvertere *quantum a quoque proficiscatur appareat.*

SPECTATUS „1. de metallis, quae aut igni aut lapide Lydio explorantur; item de nummis, qui spectari dicuntur, quum explorantur probi sint nec ne; hinc per translationem. Off. II. 11. *maxime admirantur eum, qui pecunia non movetur, quod in quo viro perspectum sit, hunc* igni spectatum *arbitrantur* (*der*

hat nach ihrer Meinung die Feuerprobe ausgehalten). 2. hinc *spectatum* dicitur, quidquid certis experimentis, quale sit cognitum est. Caecil. 4. spectata *fides*. Orat. I. 27. *ceterarum artium homines* spectati *et probati* Verr. Act. I. 10. *homo in rebus iudicandis* spectatus *et cognitus*. 3. eximius, dignitate spectata. Lael. 2. *maximus et* spectatus *vir* Rosc. Am. 50. spectatissima *femina*.

SPECTIO Phil. II. 32. *quum Caesar ostendisset se prius quam proficisceretur Dolabellam consulem esse iussurum, tum hic bonus augur* (M. Antonius) *eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut comitia auspiciis vel impedire, vel vitiare posset, idque se facturum esse asseveravit. In quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. Quid enim? istud quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si augur esses et consul esses minus facere potuisses? Vide ne etiam facilius; nos enim* (augures) nuntiationem *solum habemus: consules et reliqui magistratus etiam* spectionem. Hunc locum varie ab interpretibus tentatum optime Gesnerus in Th. L. L. sic explicavit: *Vide ne etiam facilius: nos enim* (qui augures sumus, nihil praeterea) *nuntiationem solum* (eorum quae in augurio nobis obvenere) *habemus*, (ceterum de caelo servare quoties voluerimus et sic impedimentum obiicere comitiis aut rebus gerendis nobis non licet per leges) *consules et reliqui magistratus* (maiores suo ordine, nempe erga minorem, aequalem certe) *etiam spectionem*, (ut liceat illis vel augurem iubere de caelo servare, vel si idem ipsi sint augures ipsi suo arbitratu de caelo servare, nisi spectione prohibeantur, possint) Et hanc quidem sententiam iam Nicolaus Gruchius. lib. I. de comitiis Rom. fere praeiverat, qui ne auguribus quidem fas fuisse consulere auspicia s. de caelo servare, nisi a magistratibus missi essent, recte intellexit.

SPECTRUM de εἰδώλοις s. imaginibus quas Epicurus statuit ad animos affluere Vid. Ind. Gr. in Εἴδωλον. Fam. XV. 16. *Fit enim nescio qui, ut quasi coram adesse videare, quum scribo aliquid ad te: neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας* spectris *Catianis excitari. Nam ne te fugiat* Catius Insuber Epicureus, *qui nuper est* mortuus *quae ille Gargettius* (Epicurus) *etiam ante Democritus εἴδωλα, hic* spectra *nominat.* ibid.

XV. 19. ubi Cassius *videor*, inquit, *cum praesente loqui et iocari. Nec tamen hoc usu venit propter* spectra Catiana.

SPECULA. 1. proprie locus praecipue altior, unde vigiles speculantur; *eine Warte.* Verr. V. 35. *praedonum adventum significabat ignis e* specula *sublatus.* 2. per comparationem Fam. V. 3. *tamquam ex aliqua* specula *prospexi tempestatem futuram* (scil. bellum civile) Phil. VII. 7. *idcirco in hac custodia tanquam in* specula *collocati sumus.* 3. metaphorice. Verr. Act. I. 16. *homines in* speculis *sunt* (*passen auf*). *observant, quemadmodum se unusquisque vestrum gerat, in retinenda religione.* Deiot. 8. *regem semper in* speculis *fuisse, quum a te animo esset alieno* Muren. 37. *nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinae, quam isti, qui illum exercitum deseruisse dicuntur. Non enim deseruerunt, sed ab illo in* speculis *atque* insidiis (*Romae*) *relicti, in capite atque in cervicibus nostris restiterunt.*

SPECULA diminutivum a voc. *Spes.* Fam. II. 16. *in communibus* miseriis *hac tamen oblectabar* specula Cluent. 16. *qui aliquod ex eius sermone* speculae *degustarat.*

SPECULARI 1. sensu proprio Tusc. V. 20. *Dionysius quum duas uxores haberet — sic noctu ad eas ventitabat ut omnia* specularetur *et perscrutaretur ante.* 2. metaphorice. Flacc. 24. *hic in hac gravissima et moderatissima civitate, quum est forum plenum iudiciorum — quum* speculatur *atque* obsidet *Rostra vindex temeritatis et moderatrix officii curia,* (i. e. senatus) *tamen quantos fluctus excitari concionum videtis?* Orat. I. 30. *quod neque precibus unquam, nec insidiando, nec* speculando *assequi potui* Catil. I. 3. *multorum te oculi et aures non sentientem* speculabuntur *atque custodient.*

SPECULATOR. 1. proprie qui e specula observat. N. D. II. 56. *oculi tanquam* speculatores *altissimum locum obtinent.* 2. metaphorice, *ein Spion.* Manil. 16. *Mithridates — ad Pompeium legatum — misit eumque Pompeius legatum semper iudicavit, ii, quibus semper erat molestum ad eum potissimum esse missum,* speculatorem *quam legatum iudicari maluerunt.* Caecil. 16 *fides mea custodem repudiat, diligentia* speculatorem *reformidat;* h. e. vereor si Caecilium ad

meas capsas admisero, non solum ne quid enuntiet, sed etiam ne quid auferat. 3. eleganter N. D. I. 30. physicus *dicitur speculator venatorque naturae.*

SPECULATRIX N. D. III. 18. *Furiae deae* sunt speculatrices, *credo, et vindices facinorum et sceleris.*

SPECULUM. 1. sensu proprio Univ. 13. *earum imaginum, quae finguntur et redduntur in* speculis — *rationem perspicere haud difficile est.* Fin. V. 22. *indicant pueri*, in quibus, *ut* in speculis *natura cernitur.* 2. metaphorice ibid. II. 10. *nec tamen argumentum hoc Epicurus a parvis petiit, aut etiam a bestiis, quae putat esse* specula *naturae.*

SPECUS aquaeductus. Att. XV. 26. specus *subterranei in extremo fundo.*

SPELUNCA. Verr. IV. 48. *propter* (Ennam) *est* spelunca *quaedam conversa ad aquilonem infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse, abreptamque ex eo loco virginem* (Proserpinam) *secum asportasse.* Fin. II. 29. Philocteta iam decimum annum in spelunca iacet.

SPERARE. 1. de bonis Att. I. 10. *a quo nihil* speres *boni, quia non vult, nihil metuas mali, quia non audet* Att. VI. 6. bene sperare de aliquo ib. XIII. 17. *Etsi tuae literae recte* sperare *iubent, tamen exspecto recens aliquid.* 2. de re mala pro vereri, timere. Orat. III. 13. *quoniam haec satis* spero *vobis quidem certe maioribus natu molesta et putida videri.*

SPERNERE Sen. 7. *saepe interfui querelis meorum aequalium — quod* spernerentur *ab iis, a quibus essent coli soliti.* Cael. 15 *cur huic qui te* sprevit, (amorem tuum repudiat) *molesta es?*

SPES. Tusc. IV. 37. *si* spes *est exspectatio boni, mali exspectationem necesse est metum.* Rull. II. 23. *Nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura* spe *et caeca exspectatione pendere* Phil. XI. 2. populari agros *non* ad spem *constituendae rei familiaris, sed ad praesentem pastum mendicitatis suae.* Lael. 16. *amici iacentem* animum *excitet, inducatque in* spem *cogitationemque meliorem.* Sext. 17. *Marius* spes *subsidiumque patriae.* „Verr. III. 18. *Agri Leontini antea* spes *haec erat, ut quum obsitum vidisses, annonae caritatem non vererere.* Rosc. Am. 30. *maior* spes *emptionis*, de securitate retinendi eius quod emeris. Verr. II. 22. *quo quidem tempore* spem *maximam reliquorum pec-*

catorum nactus est h. e. impunitatis spem. Att. III. 23. si est aliquid in spe." *Ern.*

SPHAERA 1. globus Fat. 8. *Si in* sphaera *maximi orbes sunt, medii inter se dividuntur.* N. D. II. 45. *medium infimum in* sphaera *est.* 2. de sphaera artificiali ad imitandos planetarum cursus. Tusc. I. 25. Archimedes lunae et solis et quinque errantium motus in sphaeram illigavit. 3. ibid. V. 23. In sepulcro Archimedis a Cicerone indagato invenit ille columellam, *in qua, inerat sphaerae figura et cylindri.* Nempe ad memoriam nobilissimi Archimedis inventi, quo docuit coni, sphaerae, et cylindri, si essent basi et altitudine aequales, rationem esse inter se ut 1. 2. 3.

SPICA. Fin. V. 30. *seges* spicis uberibus et crebris.

SPICULUM Fam. V. 12. Epaminondas (vulneratus) *tum denique sibi avelli iubet*, spiculum, *posteaquam ei percontanti dictum est, clypeum esse salvum, ut etiam in vulneris dolore aequo animo cum laude moreretur* Pis. 26. *L. Crassus* — spiculis *prope scrutatus est Alpes, ut ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quaereret* cf. Inv. II. 73.

SPICUM. Sen. 15. *herbescens viriditas — fundit frugem* spici. N. D. II. 42. spicum *illustre tenens splendenti corpore virgo;* ex Arateis: Graeca sunt: Παρθένον ἥ ῥ'ἐν χερσὶ φέρει στάχυν αἰγλήεντα. Arat. Phaenom. v. 95.

SPINA. N. II. 47. *Animantes aliae* spinis *hirsutae* (*Stacheln wie beym Igel*) 2. Gall. Fr. Humus spinis *cooperta piscium.* 3. metaphorice. Fin. IV. 28. (ceterorum Stoicorum) *tristitiam atque* asperitatem *fugiens Panaetius, nec acerbitatem sententiarum, nec* disserendi spinas *probavit.* Tusc. IV. 5. *Peripatetici ad* placandos *animos multa afferunt*, spinas partiendi et definiendi (*die spitzfindigen Eintheilungen und Erklärungen*) *praetermittunt.*

SPINIFER Arat. fr. spiniferam *subter caudam pistricis.*

SPINOSUS metaphorice de nimia subtilitate. Orat. I. 18. *haec erat* spinosa *et exilis oratio* Fin. III. 1. *Stoicorum non ignoras, quam sit* subtile, *vel* spinosum *potius disserendi genus.* Orat. 32. *postea qui dialectici dicuntur* spinosiora *multa pepererunt.* Tusc.

assecutus, ut una continuatione verborum — binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur. Verr. V. 45. nihil *deinde orabant nisi ut filiorum extremum* spiritum (*den letzten Lebenshauch*) *ore excipere sibi liceret.* — 5. *Leben* Verr. V. 45. *quid* (inquit carnifex) ut uno *ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur — ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu* spiritus *auferatur.* 6. *Lebenskraft* Off. III. 7. *membra quaedam amputantur si et ipsa sanguine et tamquam* spiritu *carere coeperunt.* 7. *Zeittheilchen, Tacttheilchen durch den Athem bestimmt.* Orat. III. 48. *Poetas necessitas cogit, et ipsi numeri ac modi, sic verba versu includere, ut nihil sit ne* spiritu *quidem minimo brevius aut longius, quam necesse est.* 8. metaphorice *contentio, animositas* Verr. I. 30. *quid ego nunc in alteram actionem Cn. Dolabellae* spiritus, *quid huius lacrimas et concursiones proferam?* 9. superbia, insolentia (Uebermuth) Verr. III. 9. *illos eius* spiritus *Sicilienses, quos fuisse putetis.* Sull. 9. spiritus *attulerunt res gestae.* Flacc. 22. *remittere* spiritus Rull. II. 34. *quem hominem — Romae contemptum atque abiectum videbamus hunc Capuae Campano supercilio ac regio* spiritu *quum videremus.*

SPISSE *tarde.* Brut. 56. spisse *atque vix ad Antonium Crassumque pervenimus.*

SPISSUS *tardus*, in longitudinem productus. Att. X. 20. omnia adhuc tarda et spissa. Orat. II. 53. *in utroque genere principia tarda, et exitus* spissi *et producti esse debent.* 2. difficilis. Q. Fr. II. 14. spissum *sane opus et operosum.* Orat. III. 36. *etiamsi id est aliquanto* spissius, *aut ego sum tardior.*

SPLENDERE Sext. 28. *virtus in tempestate saeva quieta est, et lucet in tenebris* — splendetque *per se semper, neque alienis umquam sordibus obsolescit.*

SPLENDESCERE 1. de ornatu orationis Parad. 1. *nihil est tam horridum, tam incultum, quod non* splendescat *oratione et tanquam excolatur.* 2. de voce. Sen. 9. *canorum in voce* splendescit *etiam nescio quo pacto in senectute.*

SPLENDIDE 1. magnifice Quint. 30. *ornare magnifice* splendideque *convivium* Her. IV. 50. *veniunt hospites homini, qui eum* splendide, *dum peregrinaretur, receperant.* 2. gloriose. Sen. 18. *quae sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis praemiis com-*

habebat et in voce magnum splendorem, *et in motu summam dignitatem.* Sic est etiam capiendus *splendor verborum* Orat. 49. nempe de verbis ample suaviterque sonantibus. 7. in oratione *splendor* est ornatus in elocutione. Orat. III. 51. 36. Inv. I. 18. *exordium debet habere* splendoris *et festivitatis, et concinnitudinis minimum.*" *Ern.*

SPOLIARE 1. sensu proprio Sull. 25. spoliare *fana sociorum.* Verr. Act. I. 5. *monumenta antiquissima* — spoliavit *nudavitque omnia.* 2. per translationem. Cael. 18. *parcat iuventus pudicitiae suae, ne* spoliet *alienam.* Tusc. IV. 10. pravarum opinionum conturbatio — sanitate spoliat animum. Orat. I. 55. *Vide ne dum novo et alieno ornatu velis ornare iuris scientiam, suam quoque eam concesso et tradito* spolies, *atque denudes.*

SPOLIATIO 1. proprie. Verr. IV. 46. spoliatio *nobilissimi atque antiquissimi fani.* 2. metaphorice. Muren. 40. *misericordiam* spoliatio *consulatus magnam debet habere, una enim* eripiuntur *cum consulatu omnia;* de Murena qui consul iam designatus ambitus accusabatur, ex quo periculum erat ne ei consulatus eriperetur.

SPOLIATOR Verr. IV. 36. *monumentorum.*

SPOLIATRIX Cael. 21. alloquitur Clodiam a quo Caelius aurum sumpsisse dicebatur: tune aurum ex armario tuo promere ausa es? (in qua Veneris simulacrum habebat auro et gummis ornatum) *tune Venerem illum tuam* spoliatricem *spoliare ornamentis:* in quo alluditur ad Clodiam quae amatores suos spoliare h. e. multa munera ab iis exprimere solebat. Apte ad h. l. Abramius laudat locum Petronii Sat.: *Praeterea grande armarium in angulo vidi, in cuius aedicula erant Lares argentei Venerisque signum marmoreum, et pyxis aurea.*

SPOLIATUS Att. VI. 1. *nihil illo rege* spoliatius *nihil egentius* Pis. 16. *nunc meam* spoliatam *fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris.* Brut. 2. *forum — voce erudita* — spoliatum *atque orbatum.*

SPOLIUM 1. sensu proprio. Manil. 18. *non pudebat magistratus* P. R. *in hunc ipsum locum ascendere* (suggestum pro Rostris) *quum eum vobis maiores vestri exuviis nauticis et classium* spoliis *ornatum reliquissent.* Off. I. 18. *Salmaci da* spolia *sine sudore et*

sanguine. Ad h. l. M. Heusingerus haec adnotavit: „Est versus senarius Ennii, ut constat Festi testimonio in *Salmacis.* Erat autem *Salmacis* nomen primum fontis, cuius aqua homines effeminare credebatur; tum etiam nymphae mollissimae. Id multa cum irrisione hic homini tribuitur imbelli et ignavo, qui superatus ab hoste *spolia*, id est arma et vestes ἀνιδρωτὶ καὶ ἀναιμωτὶ nihil repugnans tradere iubetur; q. d. ultro armis vestibusque spoliandum te praebe, homo omnium ignavissime, atque ita tuo sudori et sanguini parce. Salmaci, quantum casum esse, tironum causa monendum est. Ab interpretatione nostra paullum abit Festus p. 202. quem sequitur Marunantius, cuius verba sunt: *O Salmaci tu* das spolia sine labore: (*qui fortes et boni existimantur solet nostri eorum*) *et sanguine, quem fortes viri libenter effundunt.* Idem tamen postea: *Salmaci spolia da, hoc est, quando imbellis es, sinito te potius effeminari, et a Salmacide vinci atque in fontem deduci, cuius aquis perfusus non virili tantum sexu, sed etiam muliebri sis.* 2. metaphorice. Balb. 23 *nunc de nobis trahere* spolia *foederatis licebit, de hostibus non licebit.* Hic respicitur ad legem Serviliam, qua sancitum erat, ut civis Romanus esset, si quis ex populo foederato senatorem accusasset, et damnasset, i. e. accusatione sua perfecisset, ut a iudicibus damnaretur. Sic Cassinas (?) Aelium senatorem accusaverat, quo damnato praemium tulerat civitatem Romanam. Itaque Cicero hoc dicit: An si quis ex foederato populo senatorem accusaverit et damnaverit, *hoc de* nobis (senatoribus) praemium tanquam spolium trahere licebit, ut civitatem adipiscatur, idem vero si pro P. R. cum hostibus pugnaverit, illud praemium non assequetur?

SPONDEUS 1. pes metricus Orat 64. *ne spondeus quidem* (in clausulis periodorum) *funditus est repudiandus. Etsi quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior, habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum; in incisionibus vero multo magis et membris. Paucitatem enim pedum gravitatis suae tarditate compensat.* 2 carmen e spondeis notissimum compositum. Fr. libri de suis consiliis ap. Boëth. lib. 1. de Mus. *quum vinolenti adolescentes tibiarum etiam cantu, ut fit, instincti, mulieris pudicae fores frangerent, admonuisse tibicinam ut* spondeum *caneret Py-*

thagoras dicitur. Quod quum illa fecisset, tarditate modorum, et gravitate cantus illorum furentem petulantiam resedisse.

SPONDIALIA vulgo SPONDALIA Orat. II. 46. *quum ex persona histrionis oculi ardere viderentur* spondalia *illa dicentis* etc. *Spondalia* erant carmina, quae inter sacrificia adhiberi solebant, adhibitis etiam tibicinibus, ne sacrificans aliquid male ominatum audire posset. Constabant autem maxime eo pede, qui *Spondeus* ab illa ipsa re dicitur, propter gravitatem. *Spondalia* autem est lectio Gruteriana; Turnebus *Spondialia*. Salmasius recte Spondaulia legendum censet. Vid. Burmann. sec. T. II. Siculorum Dorvillii p. 572. *Ern.*

SPONDERE proprie est *dicere*, ut ex composito *respondere* intelligitur. Deinde in stipulationibus significat *promittere*. Nam qui stipulatur, interrogat: *spondesne* v. c. hanc pecuniam solutum iri; alter respondet: *spondeo* h. c. promitto. Rosc. Com. 5. *stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo praesente? quis* spopondisse *me dicit? nemo.* Verr. V. 54. *ut aliquando* spondere *se diceret sc.* is, qui iussus erat HS duobus millibus sponsionem facere cum lictore suo, ni furtis quaestum faceret. Vid. *Sponsio.* 2. *Spondere pro aliquo* est fidem suam interponere pro aliquo in re pecuniaria. Nam si quis pecuniam mutuam petebat, cui tuto credi non posse videbatur, petebat creditor ab eo ut aliquem daret, qui solutum iri promitteret, h. e. *sponderet* (*der gut für ihn sagte*) Att. XII. 15. *scire velim, quando dicat* spopondisse, *et pro patre anne pro filio?* ibid 18. *pro Cornificio abhinc amplius annis XXV.* spopondisti. ad Brut. op. 18. *magis enim illum, pro quo* spopondi, *quam* me obligavi. De verbo hoc longa et docta disputatio est apud Salmas. mod. usur. c. 16. *Ern.*

SPONGIA N. D. II. 55 *in pulmonibus inest raritas quaedam, et assimilis* spongiis *mollitudo.* Sext. 36. *meministis e foro* spongiis *effingi sanguinem.*

SPONSA Att. XIV. 22. *Suam cuique* sponsam *mihi meam;* dictum est Attilii, quo utitur Cicero quasi proverbio, ut significet, sua cuique maxime placere. Itaque quum Brutus negasset sibi probari, quae Cicero ad eum scripsisset de optimo genere dicendi, a idque Ciceroni ad Atticum scribenti in mentem venis-

set, addit ista: *quare sine quaeso sibi quemque scribere*, adhibetque illud Attilii dictum.

SPONSALIA dicuntur, quum pater se filiam alicui daturum spondet. Att. VI. 6. *factis* sponsalibus. 2. convivium quod praebetur, quum sponsalia fiunt. Q. Fr. II. 6. *ad VIII. id. Apr.* sponsalia *Crassipedi dedi, cui convivio Quintus tuus defuit. Ern.*

SPONSIO est proprie promissio eius rei, quam alter stipulatur. Vid. *Spondere.* In controversiis privatis, ne calumniis impune quis alterum vexaret, aut solebat certam pecuniam deponere petitor, quae *sacramentum* dicebatur, aut tantum spondebat, se aliquam pecuniae summam daturum, ni vinceret, stipulante eo, unde petebatur. Quum autem spoponderat petitor idem stipulabatur ab eo unde petebatur, et hic eodem modo spondebat. Et hinc dicebatur is, qui litem intendebat, *sponsionem facere.* Quint. 8. 26. Verr. III. 62. Caecin. 8. Rosc. Com. 4. 5. Off. III. 19. vid. Hotom. ad or. pr. Quint. 8. et *sponsio* dicitur pro causa, quae agitur, s. iudicio quod intenditur, agitur sponsione interposita; s. actione quae fit sponsione interposita. Caecin. 16. sponsionem *optime facere posse* dicitur de eo qui iustam causam habet. Hinc et aliae formulae Verr. III. 57. sponsione *lacessere.* Caecin. 32. sponsione *certare* ibid. 31. *condemnari* sponsionis. Quint. 26. sponsione *vincere* Caecin. 31. sponsionem *vincere* Vid. *vincere* Verr. III. 62. *attuli* sponsiones *ipso praesente factas — ab ipso prohibitas iudicari.* 2. Leg. II. 16. *voti* sponsio, qua *obligamur deo. Ern.*

SPONSOR qui pro altero spondet. Fam. V. 18. sponsores *pro Pompeio.* ibid. VII. 5. sponsor *humanitatis tuae.* cf. Att. XIII. 10. XVI. 5. I 8. 10. XV. 3. XVI. 14. Hinc iunguntur *creditores* et *sponsores*, quod qui pro altero in re pecuniaria spoponderunt, in eodem periculo sunt, quo creditores. Quint. 23. *Ern.*

SPONSUM. sponsio. Quint. 9. *ex sponso egit*,

SPONSUS Inv. II 26. *Horatius occisis tribus Curiatiis et duobus amissis fratribus domum se victor recepit. Is enim advertit sororem suam de fratrum morte non laborantem*: sponsi *autem nomen appellantem identidem Curiatii cum gemitu et lamentatione indigne passus, virginem occidit.*

SPONTE sua, sua natura per se. N. D. II. 11. *ardor per se ipse ac sua* sponte *movetur.* Leg. I. 15. *vera*

et falsa sua sponte, *non* aliena *iudicantur* Tusc. IV. 25. sua sponte *laudabilis virtus* Verr. I. 42. sua sponte *scelerata res.* Orat. 32. sua sponte *squalidior.* 2. sua sponte facere dicitur etiam qui primus facit, ut auctor rei dici possit. Verr. I. 43. *quod* sua sponte *instituisset*, id *neminem metuisse, ne quis reperiretur, qui istius institutum sequi vellet.*

SPORTELLA est obsonium, cibus qui opponitur cenae iustae vel rectae. Fam. IX. 20. dediscendae tibi sunt sportellae et artolagani tui, h e non ut soles, placentis et similibus cibis levioribus nos excipere debes, post quos manus non lavantur, sed iustis conviviis. *Ern.* Cf. Petron. Sat. 40.

SPUMA 1. maris. N. D. III. 23. *Venus* spuma *procreata.* 2. oris. Verr. IV. 66. *quum* spumas *ageret in ore, arderent oculi.*

SPUMARE 1. de spuma maris. Div. I. 13. *saxaque cana salis niveo* spumata *liquore.* 2. de spuma oris. Her. IV, 35. *iste* spumans *ex ore scelus, anhelans ex intimo pectore crudelitatem.*

SPURCE foede, turpiter. Phil. II. 38. quum Antonius hanc sibi esse cum Dolabella causam odii dixisset, quod ab eo sorori et uxori suae stuprum esse oblatum comperisset: *Quis interpretari potest impudentiorne — an crudelior, qui in illam m seram tam* spurce, *tam impie dixeris?* . Att. XI. 15. *perscribit* spurcissime (Q. Cicero) *quas ob causas fecerit*, ut asperius de fratre loqueretur ac scriberet.

SPURCUS 1. foedus. Fragm. ep. *tempestas* spurcissima. 2. turpis, flagitiosus. Phil. XI. 1. *duo haec capita nata sunt post homines natos teterrima et* spurcissima *Dolabella et Antonius.*

SPUTATILICUS, verbum a Sisenna fictum, q. d. sputo conspuendus i. e. contemnendus Brut. 74. Rusio accusante C. Rutilium Sisenna defendens dixit, quaedam eius sputatilica esse crimina. Tum C. Rusius — sputatilica *quid est hoc?* sputa *quid sit* scio, tilica *nescio.*

SQUALERE · de lugentibus, quibus et sordes tribuuntur. Sext. 14. squalebat civitas. Mil. 8. *maeret equester ordo* — squalent *municipia, afflictantur coloniae.*

SQUALIDUS de rebus subtilibus, qualia sunt dialecticorum praecepta, aut quae ex iis subtilius et

libus habere non errantem et vagam — sed — stabilem *certamque sententiam* Off. I. 2. *neque ulla officii praecepta* firma, stabilia — *tradi possunt, nisi aut ab iis, qui solam, aut ab his, qui maxime honestatem propter se dicant expetendam.* Ac. pr. II. 9. *non potest dubitari, quin decretum nullum falsum possit esse, sapientique satis non sit, non esse falsum, sed etiam* stabile *fixum, ratum, esse debeat, quod movere nulla ratio queat.* N. D. II. 2. quid *potest esse tam apertum tamque perspicuum, — quam esse aliquod numen praestantissimae mentis — — Quod qui dubitet, haud sane intelligo, cur non idem sol sit, an nullus sit, dubitare possit. Quid enim est hoc illo evidentius? quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus non tam* stabilis *opinio permaneret.* 5. *voluptas stabilis* Epicureorum, opponitur ei, quae est in *motu.* Fin. II. 25. *Tu eam* ipsam (voluptatem) *vis, quam modo ego* dixi (iucundum motum in sensu) *et nomen imponis,* in *motu ut sit, et faciat aliquam varietatem, tum aliam quandam summam voluptatem, cui addi nihil possit, eam tum adesse, quum dolor omnis absit, eamque* stabilem *appellas.*

STABILITAS. 1. sensu proprio. N. D. II. 47. *stirpes* stabilitatem *dant iis, quae sustinent.* 2. firmitas perpetuitas. Tusc. V. 14. *qui poterit aut corporis firmitate, aut fortunae* stabilitate *confidere?* Off. I. 15. *Benivolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed* stabilitate *potius et constantia iudicemus.* 3. certitudo. Tusc. V. 30. *hae sunt sententiae quae* stabilitatis *aliquid habeant.* 4. Fin. II. 3. estne *quaeso, inquam,* sitienti *in bibendo voluptas? Quis istud, inquit, posset negare? Eademne, inquam, quae restincta siti? Immo alio genere. Restincta enim sitis,* stabilitatem *voluptatis habet, inquit; illa autem voluptas ipsius restinctionis in* motu *est.*

STABULUM. Sext. 5. *pastorum* stabula *praeclara* Phil. II. 28. *huius in sedibus pro cubiculis* stabula, *pro tricliniis popinae sunt.*

STADIUM 1. curriculum. Tusc. II. 23. *in* stadio *cursores exclamant, quam maxime possunt* Off. III, 10. *qui* stadium *currit, eniti et contendere debet, quam maxime possit, ut vincat, supplantare eum, quicum certet, aut manu depellere nullo modo debet.* Sen. 10.

STATA Leg. II. 11. Stata est *Stata mater* i. e. Vesta, cuius simulacrum olim in foro cultum fuisse testatur Festus.

STATARIUS est actor, qui sedatius agit, neque in scena discurrit; unde ipsae fabulae *statariae* dicuntur, quae sedatiores sunt, quibus opponuntur *motoriae*, in quibus multa negotia, cursus etc. Hinc ad oratorem transfertur, qui minus vehementer dicit et agit. cf. Gron. obss. IV. 7. — Brut. 30. *Volo enim ut in scena; sic in foro non eos modo laudari qui celeri motu et difficili utantur, sed eos etiam, quos* statarios *appellant, quorum sit illa simplex veritas, non molesta.* ibid. 68. Piso statarius *et sermonis plenus orator. Ern.*

STATASSARE Leg. II. 11. vincendi atque potiundi statassandique cognomina Statoris et Invicti Iovis. Sed hanc vocem ex corruptione ortam omnes fatentur. Vid. Gruterus, Turnebus et Gronov. ad h. l. *Ern.* Davisius legendum putabat: quod si fingenda numina, Vicapota esset potius vincendi atque potiundi, Stata standi, cognominaque Statoris et Invicti. Sed optima ratio est Goerenzii V. C qui locum hunc sic exhibuit: Quod si fingenda nomina Vicae potae potius [vincendi] atque [potiundi] Statae (standi) cognominaque Statoris et Invicti Iovis. Recte nimirum verba uncis inclusa eiicienda censet.

STATERA Orat. II. 38. *ad ea probanda, quae non aurificis* statera, *sed quadam populari trutina examinantur.*

STATIO 1. locus ubi naves stare possunt, sed minus tuto quam in portu; unde a Virgilio *male fida* dicitur Fam. XII. 15. *urbs, portus,* statio, *quae extra urbem est.* 2. custodia, excubiae (*der Posten*) Cat. 20. de statione *vitae iniussu imperatoris decedere.* 3. Att. VI. 9. extr. *in arce Athenis* statio *mea* (*mein Quartier*) *nunc placet. Ern.*

STATIVA. Rull. II. 15. *agros, urbes,* stativa *portus, totam denique Bithyniam vendituri sunt.* Interpretes superiores *stationes navium* esse putant. Graevius autem *stagna* interpretatur, quae vox adeo in Pithaeano et Erfurtensi Codd. reperitur pro *stativa.* Nam *stativas aquas* esse stagna, ut auctor est Varro ap. Nonium in *Putei.* Ut adeo *stativa* sint stagna et lacus piscosi, qui care venduntur. Mihi autem prior inter-

pretatio magis placet. Nam primo *urbem*, *portum* et *stationem* iungi ex ep. ad Fam. XII. 13. vidimus in *Statio*. Deinde etsi *stativae aquae* dici possunt, tamen non propterea etiam stativa stagna, in quo esset puerilis tautologia. Si quis autem probaret lectionem Pith. et Erf. Codd. non haberem magnopere, quod dicerem contra. *Ern.*

STATOR minister, magistratus, apparitor, tabellarius. Fam. II. 17. *literas a te mihi* stator *tuus reddidit.* cf. II. 19. X. 21. Sed 2. Stator cognomen Iovis est a *sistendo*, auctore Livio. I. 12. Cicero videtur Catil. I. 13. in his verbis *tum tu Iupiter* — *quem* Statorem *huius urbis atque imperii vere nominamus* videtur ducere a *statuendo*. Seneca a *stando*. Sed ut vere pronuntiat Gronovius de Senecae etymologia Obss. IV. 14. ita etiam Ciceroniana illa lusus est in verbo, proposito eius serviens. *Ern.*

STATUA Phil. V. 15. ei statuam equestrem inauratam in Rostris statuí placet. Phil. IV. 7. *Senatui placere Ser. Sulpicio* statuam *pedestrem aeneam in Rostris statui.* ibid. 6. mihi recordanti Ser. Sulpicii multos — sermones gratior illi videtur, si quis est sensus in monte aerea statua futura et ea pedestris, inaurata equestris — *ut igitur si ipsum consulam quid velit, sic pedestrem ex aere* statuam, *tanquam* ex eius voluntate et auctoritate decerno.

STATUERE 1. *ponere*, *collocare*. Catil. I. 11. statuere *et collocare statuam*. Inv. II. 23. Thebani *aeneum tropaeum* statuerunt. 2. *constituere* Verr. I. 1. *iste certe* statuerat, et *deliberaverat non adesse*. 3. *decernere* (*entscheiden*) Muren. Tot *homines tam ingeniosos per tot annos etiam* nunc statuere *non potuisse rem an litem dicere oporteret.* 4. oratione definire (*bestimmen*, *festsetzen*) Ac. pr. II. 3. statuere *quid sit sapiens*, *maxime videtur esse sapientis*, 5. iudicare (*behaupten*, *urtheilen*) Orat. I. 2. *quod ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri* statuam Orat. II. 28. *atque ego sic* statuo *et iudico*. 6. *beurtheilen* Fam. V. 8. *quantum mihi tribuendum putes*, statues *ipse*, *et* statues *ex nostra dignitate.*

STATURA. Fin. V. 12. *Corporis nostri partes, totaque figura et forma, et* statura, *quam apta ad naturam sit, apparet.*

STATUS adi. certus, definitus Haruep. 92. statae *sollemnesque cerimoniae*. Off. I. 12. status *dies cum hoste*.

STATUS 1. *das Stehen, die Stellung* Orat. 18. Status (oratoris) *erectus et celsus*. Att. VI. 1. statuam *esse eiusdem*, status, *amictus, annulus, imago ipsa declarat*. 2. inprimis gladiatorum est status, (*die Stellung, das Lager*). Inde per translationem fluxerunt hae formulae Orat. 37. *deiicere de* statu *adversarios* i. e. vincere. Caecin. 15. *vis, quae formidine animum perterritum loco saepe et certo de* statu *demovet* h. c. ita perturbat, ut propositum persequi, et constantiam retinere non possit. Vid. P. Faber ad h. l. et Passeratius. Cluent. 38. *de statu suo declinare* h. e. constantia. Verr. II. 4. *deducerent de vitae meae* statu; h. e. de vitae ratione, quam inieram et in qua permanere decreveram, nempe ut defenderem reos, non accusarem quemquam. 3. Et quoniam e statu maxime spectantur gladiatores, iique et milites, quamdiu statum obtinent, tamdiu salvi sunt, propterea *status* dicitur de commoda rerum conditione et salute. Sext. 1. *offerre salutem in discrimen pro* statu civitatis. Sull. 22. status *reip. maxime iudicatis rebus continetur*. Tusc. III. 7. et *quemadmodum oculus conturbatus — et reliquae partes totumve corpus* statu *quum est motum deest officio suo ac muneri*. 4. Dicitur tamen etiam pro conditione et ratione alicuius rei simpliciter. Fam. IX. 6. *sed hoc viderint ii, qui nulla sibi subsidia ad omnes vitae* status (ap. et secundos et adversos) *paraverunt*. 5. Porro quoniam in statu militum inest firmitas et constantia, propterea *statui* opponitur et *interitus*. Fin. III. 5. *Placet his — simulatque natum sit animal ipsum sibi conciliari et commendari ad se conservandum, et ad suum* statum, *et ad ea, quae conservantia sunt eius* status *diligenda; alienari autem ab interitu, iisque rebus, quae interitum videantur afferre*. 6. Rull. I. 1. *urbes pacatae, agri sociorum, regum* status, (i. e. possessiones, opes, *königl. Domänen*) *decemviris donabantur*. 7. Est etiam verbum iuris, quo conditio hominum civilis significatur, ratione libertatis, utrum nempe aliquis servus an liber, porro liber, utrum ingenuus an libertinus, libertini denique utrum cives Romani, an Latini, an dediticii, de quo est in Digestis de *statu hominum*. Sed significat ap. Ciceronem etiam

conditionem civilem hanc, qua quis est aut plebeius aut patricius. Leg. I. 7. *quod in civitatibus ratione quadam — agnationibus familiarum distinguuntur status etc.* Nam omnes agnati sunt eiusdem familiae, adeoque etiam omnes aut plebeii aut patricii v. c. in gente Claudia agnationibus distinguuntur familiarum status ita, ut omnes Marcellorum agnati sint plebeii, quod ea familia plebeia est, omnes autem Appiorum et Pulchrorum agnati patricii, quia haec familia patricia est. Itaque in gentibus in plures familias distributis, easque et plebeias et patricias quum primum scio cuius sit agnatus, intelligo, patriciusne sit, an plebeius. *Ern.*

STELLA Somn. 3. *Homines sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur, hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus quae* sidera *et* stellas *vocatis, quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.* N. D. II. 40. *iisdem spatiis hae* stellae *quas* vagas *dicimus* (*Planeten*) *circum terram feruntur, eodemque modo oriuntur et occidunt, quarum motus tum incitantur, tum retardantur, saepe etiam insistunt.* ibid. *Sequitur stellarum inerrantium* (*Fixsterne*) *maxima multitudo quarum ita descripta distinctio est, ut ex nota figurarum similitudine nomina invenerint* Tusc. I. 25. *qui errantium stellarum cursus, regressiones institiones notavit.* N. D. II. 46. *Sunt autem stellae natura flammeae. Quocirca terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur iis qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur; quibus altae renovataeque* stellae, *atque omnis aether, refundunt eadem, et rursum trahunt indidem, nihil ut fere intereat aut admodum paullulum, quod astrorum ignis et aetheris flamma consumat.* 2. Div. II. 28. Ita te — nec *traiectio* stellae, *nec faces visae terrebunt.* Hic *traiectio stellae* est μετέωρον, quod nos dicimus *Sternschnuppen.*

STELLANS. Div. I. 11. *luna — subito* stellanti *nocte perempta est.* Versus e Ciceronis poemate de consulatu suo.

STELLATUS in stellas relatus. Tusc. V. 3. Stellatus *Cepheus traditur cum uxore.*

STELLIFER. Somn. 5. *summus ille caeli* stelliferi *cursus.*

STELLIGER Arat. fr. stelliger *orbis.*

STERCORARE. Sen. 15. *Homerus* Laertem *colentem agrum et* stercorantem *facit* Odyss.

STERCUS. Div. I. 27. *interfectum* (hospitem) in *plaustrum a caupone esse coniectum et supra* stercus *iniectum.* 2. metaphorice. Orat. III. 41. *nolo morte dici Africani* castratam *esse remp. nolo* stercus *curiae* dici *Glauciam, quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio similitudinis.*

STERILIS. Q. Fr. II. 11. *videt enim* (Appius) *hoc genere dicendi si utar in ceteris legatis, Februarium* sterilem *futurum;* h. e. munera nulla, repudiatis legatorum (qui hoc Februario in senatu audiebantur) postulationibus ad se perventura.

STERILITAS 1. de agris Rull. II. 26. *genus agrorum propter* sterilitatem *incultum, propter pestilentiam vastum atque desertum.* 2. de animalibus feminini generis Div. I. 18. *Mula peperit, foetus exstitit in* sterilitate *naturae.*

STERNERE Cluent. 5. *Sassia — lectum illum genialem, quem biennio ante filiae suae nubenti* straverat, *in eadem domo sibi ornari et sterni expulsa atque exturbata filia iubet.* Muren. 36. Q. *Tubero rogatus a Maximo ut triclinium* sterneret (in epulo Africani mortui causa populo dato) *homo eruditissimus ac Stoicus* stravit *pelliculis haedinis lectos Punicanos.*

STERNUTAMENTUM. Div. II. 40. *quae* (omina) *si suscipiamus, pedis offensio nobis, et abruptio corrigiae, et* sternutamenta *erunt observanda.*

STERTERE. Att. IV. 3. *haec ego scribebam* hora *noctis nona. Milo campum iam tenebat.* Marcellus *candidatus ita* stertebat, *ut ego vicinus audirem.* Significat candidati negligentiam et incuriam, qui illo tempore alte dormiebat. Div. II. 63. *venit in contentionem utrum sit probabilius, deosne immortales rerum omnium praestantia excellentes concursare omnium mortalium — non modo lectos, verum etiam grabatos, et quum* stertentes *aliquos viderint obiicere his visa quaedam tortuosa et obscura — an natura fieri* etc.

STIGMATIAS voc. graecum στιγματίας notis *compunctus;* huius modi enim notis Thraces potissimum corpora notare et compungere solebant. Sicut hodie apud Indos multi solent eiusmodi notas corpori infigere, quod vulgo appellatur *tättowiren.*

bus atque sicariis. 2. honoris vel studiorum causa aliquem frequentare. Sen. 9. *quid est iucundius senectute, stipata studiis iuventutis.* 3. cingere praesidii vel obsidionis causa. Phil. V. 6. *Vidi Cinnam, — Sullam — Caesarem — non possum affirmare nullis telis eos* stipatos *fuisse; hoc dico nec multis, nec occultis.* Phil. III. 12. *quid hic* (Antonius) *victor non audebit,* qui nullam adeptus victoriam — — *senatum* stipavit *armis.*

STIPATIO de comitatu. Sull. 23. *eius* (Antonii) *aspectus, concursatio,* stipatio.

STIPATOR apparitor, satelles. Rull. II. 13. *ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos,* stipatores corporis *constituit, eosdem ministros et satellites potestatis.* Verr. III. 26. *Apronius* stipatores *Venerios secum habebat* i. e. apparitores, servos ex grege Veneriorum. Vid. *Venerius.*

STIPENDIARIUS Verr. III. 6. *inter Siciliam ceterasque provincias in agrorum vectigalium ratione hoc interest, quod ceteris aut vectigal impositum est certum, quod* stipendiarium *dicitur, ut Hispanis et plerisque Poenorum, aut censoria locatio constituta ut Asiae lege Sempronia; Siciliam sic in amicitiam fidemque recepimus, ut eodem iure essent, quo fuissent* etc. Balb. 9. *Nam et* stipendiarios *ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis multos civitate donatos videmus.* Ex loco altero intelligitur, *stipendiarios* esse, qui certam quotannis pecuniae summam solvunt, quaecunque frugum sive ubertas, sive caritas sit, quum reliqui tantum decumas, aut alia vectigalia dent, quae incerta sunt, modo maiora, modo minora pro frugum copia aut inopia etc., hosque esse aequiori iure, quam stipendiarios. Vid. Hotom. ad Verr. III. 6. Lipsium de Magnit. lect. Rom. II. 1. Cuiac. Obss. VII. 3. 4. aequiore autem illo iure utuntur socii, iniquiore altero bello et vi victi, unde in Caecil. 3. iunguntur *socii* stipendiariique *populi Rom.* Sed exoritur difficultas quaedam ex duobus illis locis. Nam in priore Siculi a stipendiariis distinguuntur, in altero iis adnumerantur. Ea videtur sic tolli posse. Non omnes eiusdem provinciae civitates eodem iure erant; sed aliae sociae, quod se sponte in fidem Romanorum contulissent, aut non diu repugnassent, alias non item, quae hostiliter ad extremum se gessissent. Aliae liberae, aliae non item;

aliae communes; aliae vectigales et decumanae, aliae stipendiariae. Iam quum in Sicilia quoque urbes essent vi victae ut Syracusae, est fortasse, ut hae stipendiariae fuerint. Nam Syracusas, et quae, his expugnatis, metu se dedidissent, durius habitas esse locupletes auctores affert Sigon. A. Iur. Provinc. I. 3. quamquam ex Verr. III. 6. colligi posse videtur, etiam vi victas tantum vectigales fuisse. Si brevius te expedire velis, *stipendiarios* confundi cum *vectigalibus* credas. Certe Asconius ad Div. in Caecil. l. c. stipendiarios interpretatur, quibus vectigal impositum est. Burmann. de vectigal. p. 2. laudat de hac re Cuiacium l. s. sed ibi nihil de hac confusione. *Ern.*

STIPENDIUM. 1. de vectigali populis bello victis imposito. Balb. 18. *Afri, Sardi, Hispani agris stipendioque multati.* 2. de mercede militum (*die Lohnung*) Fam. V. 14. Stipendium *militibus usque ad Idus* Quintil. *persolutum.* Pis. 36. obiicitur Pisoni *stipendium* (quod ex aerario pendebatur) *militibus per omnes annos a civitatibus mensis palam propositis numeratum*; Piso nimirum pecuniam stipendii nomine ex aerario solutum in suos usus converterat. 3. inde stipendia militaria dicuntur pro militia Oecon. 1. *Labores pacis ac belli, id est rusticationis et* militarium stipendiorum (*des Kriegsdienstes*) *distribuit vico natura.* Orat. II. 64. *quum Asellus omnes provincias* stipendia merentem (*während seiner Kriegsdienste*) *se peragrasse gloriaretur.* Manil. 9. *partem militum, qui iam* stipendiis confectis *erant, dimisit* i. e. emeritos, qui legitimos annos militarem operam rei publ. praestiterant. 4. Inde per translationem dicuntur *emerita* stipendia libidinis etc. de senibus. Sen. 14. *Illa quanti sunt, animum tanquam* emeritis stipendiis *libidinis ambitionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse, secumque ut dicitur vivere.*

STIPES. 1. sensu proprio. Arat. fr. 392. *haec* (novis) *medium ostendit radiato* stipite *malum.* 2. metaphorice de homine stupido. Harusp. 3. stipes *ille, qui quorum hominum esset nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret.* Similiter per comparationem: *Consulem ego requirebam — non illam quidem, — qui tantam reip. causam gravitate et consilio suo tueretur, sed qui tanquam truncus aut* stipes, *si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus.*

STIPS. nummuli, qui a sacerdotibus corrogantur diis, aut certe in honorem deorum dantur. Leg. II. 9. *praeter Idaeae matris famulos, eosque iustis diebus ne quis* stipem *cogito.* ibid. 16. stipem *sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idaeae matris excepimus. Implet enim superstitione animos, et exhaurit domos.* De stipe matris Idaeae vid Turneb. ad h. l. De more stipis colligendae diis in universum autem Cuper Obs. III. 4. *Ern.*

STIPULARI est interrogare alterum sollemni formula, an velit nobis aliquid polliceri, praestare etc. v. c. Spondesne *te* etc. Respondet ergo verbo *Spondere.* Qui interrogat, postulat, *stipulatur*, qui respondet pollicetur, iubet etc. *spondet.* Vid. *Spondere.* Rosc. Com. S. *reliquum est ut* stipulatum *se dicat* — stipulatus *es? ubi, quo praesente?* cf. STIPULATIO. *Ern.*

STIPULATIO est interrogatio ex formula sollemni, qua postulamus aliquem spondere fideiubere, polliceri, dare etc. quam ubi secuta est *sponsio*, fideiussio vel alia obligatio oritur. Rosc. Com. 12. *cur tam imperite facit, ut nec Roscium* stipulatione *alliget* etc. Coecin. 18. stipulationes *infirmare aut convellere.* Att. XVI. 11. *etsi* stipulationes *nondum legeram.* Leg. II. 21. *ut ea pecunia ex* stipulatione *debeatur.* De *stipulationibus* vid. Salmas. mod. usur. c. 16. Formulas stipulationum habes apud Varr. R. R. II. 2, 6. 3, 11. *Ernest.*

STIPULATIUNCULA. Orat. I. 38. stipulatiuncula *decipi.*

STIPULATOR, qui stipulatur. Quint. 18. in edd. nonnullis legitur Quint. 15. *quum a* stipulatore *tuo comparabuntur.* Rectius autem nunc legitur *cum* astipulatore tuo comparabuntur. Vid. *astipulator.*

STIPULATUS, passive Rosc. Com. 5. *pecunia necesse est aut data, aut expensa lata, aut* stipulata *sit.*

STIRPITUS. Tusc. IV. 38. *Hanc errorem quasi radicem malorum omnium* stirpitus *philosophia se extracturam (mit der Wurzel ausreissen) profitetur.*

STIRPS 1. *Staudengewächs* Phil. II. 22. *in seminibus causa est arborum et* stirpium. N. D. II. 64. *quarundam* stirpium *et herbarum utilitates longo usu percepimus.* 2. quaevis planta. Fin. V. 3. *persecutus*

(Scherz in ärgerlichem und halbgrämlichem Tone vorgetragen.)

STOMACHUS 1. os et aditus ventriculi *(der Schlund)* N. D. II. 45. *linguam ad radices eius haerens excipit* stomachus, *quo primum illabuntur ea, quae accepta sunt ore etc.* 1. ingenium hominis cuiusque aut animus in rebus aut probandis aut fastidiendis. Fam. II. 16. *nosti enim* stomachi *mei, cuius tu similem quondam habebas in hominum insolentium indignitate fastidium (du weisst wie ärgerlich und ekel meine Laune ist)* Fam. VII. 1. *ludi apparatissimi sed non tui* stomachi *(nicht nach deinem Geschmacke)* ibid. VIII. 13. stomacho *Pompeius M. est nunc ita languenti, ut vix, quod sibi placeat, reperiat. (ist jetzt in so mattherziger Laune, gleichsam wie bey schwachen oder verdorbenen Magen, dass er selbst kaum weiss was er will).* ibid. IX. 2. *consuetudo diuturna callum iam obduxit* stomacho *meo (hat meine ärgerliche Laune schon abgestumpft).* 3. stomachus pro ira, excandescentia. Verr. II. 20. *homo exarsit iracundia et* stomacho. Att. XVI. 3. *ne in me* stomachum *erumpant (damit sie ihren Zorn nicht an mir auslassen) quum sint tibi irati.* 4. Stomachum movere pro irritare. Mur. 15. *si mihi homini vehementer occupato* stomachum *moveritis (wenn ihr mich reizt) triduo me iuris consultum esse profitebor.*

STRABO, qui perversis est oculis, luscus. N. D. I. 29. *ecquos si non tam* strabones *at paetulos esse arbitramur?*

STRAGES, sensu proprio. Div. I. 12. stragem *horribilem caedemque vereri.* 2. metaphorice Att. I. 13. *quas ego pugnas et quantas* strages *edidi*, de vehementi orationis impetu in adversarios.

STRAGULUS Verr. IV. 26 Rosc. Am. 46. stragula *vestis*; Decken, Tapeten, Matrazen.

STRAGULUM. Tusc. V. 21. *Collocari iussit hominem in aureo lecto serato pulcherrime* textili stragulo, *magnificis operibus picto.*

STRANGULARE 1. laqueo faucibus iniecto obtruncare. Fam. VIII. 15. 2. hoc verbum nonnunquam detortum esse ad obscenum sensum indicant verba Ciceronis Fam. IX 22. *si dicimus ille patrem* strangulavit, *honorem non praefamur, sin de Aurelia aliquid* (scil. *eiusmodi*) *aut Lollia* (scortis scil. nobilibus) *honos prae-*

Apulei. Floridd. p. 122. ed. Bipont. *strigilem et ampullam ceteraque balnei utensilia.*

STRIGOSUS, de oratore. Brut. 16. *est toto genere* strigosior; *h. e. tenuior, ieiunior.* Dicitur enim proprie de equis macie confectis Gr. ἀτρόφοις. Vid. Victor. Var. Lect. IV. 22. *Ern.*

STROPHIUM, Har. R. 21. P. *Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, a* strophio .. *repente factus est popularis. Strophium* h. l. interpretantur de fasciola, qua papillas feminae coërcebant, vid. Interpret. ad Catull. epigr. 65. Ferrar. R. V. P. I. L. III. c. 21. Graecis ταινία et ταινίδιον, ut auctor est Pollux VII. 54. cf. Cuper. Obs. I. 6. quod mihi secus videtur. Nam si hoc strophii genus Clodio damus, etiam papillas feminarum turgidas ei demus necesse est; quod est ridiculum. Putabamus aliquando, *strophium* esse *h. l.* coronam e pluribus et diversicoloribus fasciis tortam, quod genus in femineo ornatu fuit. vid. de hoc genere strophii Festum in *struppus* et Salmas. ad Solin. pag. 263. sed adversatur fragmentum orationis in Clodium, quod affert Nonius in *strophium*: *cum* strophio *accurate praecingere.* Ex quo intelligitur, *strophium*, quod Clodio obiicitur, esse zonam s. cestum acu pictum, quo feminae etiam nostris moribus praecinguntur. Confirmat hanc interpretationem locus ab eodem Nonio commemoratus ex Turpilii Philopatro: *Me miseram! quid agam? inter vias epistola excidit mihi: infelix inter tuniculam et* strophium *quam collocaveram.* Itaque recte Mercerus ad h. l. fallitur hic Nonius, qui strophium sc. interpretatur fasciam, quae virginalem cohibet tumorem papillarum. Nam strophium est zona teres. *Ern.*

STRUCTOR, est qui operam in aedificando praestat, materiam, calcem, lateres tractat etc. Qu. Fr. II. 6. *in aream tuam veni, res agebatur multis* structoribus. *cf. Att XIV. 3. Ern.*

STRUCTURA verborum, continet tres partes: primo collocationem singulorum verborum, ut lenitas quaedam efficiatur; deinde concinnitatem quandam verborum; et tertio numerum, quem tamen et ipsa illa concinnitas efficit sua sponte. *v. Orat. 44.* init. coll. 43. init. v. structus. *Brut. 8. ante Isocratem* verborum *quasi* structura *et quaedam ad numerum conclusio nulla erat. Opt, g. d. 2.* verborum *est* structura *quaedam,*

duas res efficiens: numerum et lenitatem, sed ut *collocatio* non modo de omnibus illis tribus partibus, sed etiam de prima tantum, quae lenitatem efficit, dicitur; sic etiam *structura verborum* dicitur de prima illa parte, qua sic verba ordinantur, ne extrema et prima asperius concurrant. Or. 44. *atque illud primum videamus quale sit, quod vel maxime desiderat diligentiam, ut fiat quasi* structura *quaedam. Ern.*

STRUCTUS. *Oratio structa* primo est ea, in qua est non solum collocatio singulorum verborum laevis, sine concursus extremarum cum primis literis asperitate, sed etiam concinnitas verborum, et numerus. Or. 41. *sed haec nisi collocata, et quasi* structa, *et nexa verbis etc.* deinde vero est etiam oratio numerosa. ibid. 70. *si compositi oratoris bene* structam *collocationem dissolvas permutatione verborum. Ern.*

STRUERE. Or. III. 31. struere *verba*. v. stuctura, structus 2. parare. Att. IX. 10. *bellum* strui *existimo*. ibid. V. 21. *me ipsum mihi sollicitudinem* struere *cogor etc. Ern.*

STRUMA 1. proprie *ein Kropf*. Att. II. 9. *Vatinii* strumam, *sacerdotii διβάφῳ vestiant*. Vatinius enim struma erat insignis. Vatin. 2. *repente te* — inflato *collo, tumidis cervicibus intulisti*. 2. metaphorice Sext. 64. *Hi medentur reip. qui exsecant pestem aliquam tamquam* strumam *civitatis*.

STUDERE. 1. studium in aliqua re ponere Or. I. 3. scientiae. Fam. I. 7. artibus. Leg. I. 4. iuri civili. Orat. I. 61. *Demosthenes quum ita balbus esset, ut eius ipsius artis*, (scil. *Rhetoricae*) *cui* studeret, *primam literam non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur*. Fin. I. 18. *cruciantur, quum sero sentiunt frustra se aut pecuniae* studuisse, *aut imperiis, aut opibus aut gloriae*. Fin. V 2. *ut illud ipsum*; quod studet *facere possit ornatius*. Fam. XI. 27. *dissensionem nascentem exstingui formare* studui. 2. optare, avere Fin. V. 3. studet *meus audire Cicero quaenam sit istius veteris Academiae de finibus bonorum — sententia*. Partitt. studeo *mi pater latine ex te audire*. 3. favere Att. IV. 14. Pompeius *Scauro* studet, *utrum fronte an mente dubitatur*. N. D. III. 29. *qui te nec amet nec studeat* tui; e Statii Caecilii Synephebis. 4. familiarem esse. Cael. 4. *multi boni*

ni

ni adolescentes illi homini nequam atque improbo (Catilinae) *studuerunt.*

STUDIOSE 1. saepe et cum voluptate quadam. Caecil 12. *libenter* studioseque *audire.* Tusc. V. 20. studiose *id factitabat,* nempe pila ludere. 2. diligenter Tusc. I, 2. *multo* studiosius *philosophiae fontes aperiemus.*

STUDIOSUS 1. qui studium in aliqua re ponit. Fam. IV. 3. studiosus *doctrinarum* Orat. I. 59. *vir dicendi* studiosus. 2. qui literas discit. Tusc. I. 3. *Galbam, Africanum, Laelium* doctos *fuisse traditum est,* studiosum *autem eum, qui iis aetate anteibat Catonem.* 3. tiro artis alicuius Opt. gen. or. 5. *putavi mihi suscipiendum laborem, utilem* studiosis, *mihi quidem ipsi non necessarium.* 4. fautor alicuius hominis vel alicuius rei cupidus. Brut. 16. Lysias *habet certos sui* studiosos Acad. pr. II. 40. *semper* studiosus *nobilitatis fui.* Verr. II. 47. *Sthenium quem — in provincia existimationis meae* studiosissimum *cupidissimumque cognossem.*

STUDIUM. 1. Inv. I. 25. studium *est animi assidua et vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, ut philosophiae, poetices, literarum.* 2. Hinc *studium* pro genere aliquo artis aut disciplinae. Orat. I. 11. *sint hae res in aliis quibusdam* studiis. 3. item pro secta aliqua philosophorum. Muren. 56. *eodem ex* studio *eruditus,* de philosophia Stoica, ubi vid. Graevius. cf. c. 31. Nam 4. in universum est pro ea cupiditate, amore odio partium, quam nos vocamus *die Parteylichkeit.* Flacc. 10. *sine ullo* studio *dicere.* ibid. studium *testium.* Fam. I. 7. studium *iratorum hominum.* 5. item pro favore in comitiis, spectaculis. Rull. II. 7. studio *et suffragio suo.* Rosc. Com. 10. de actore; quod studium *et quem favorem secum in scenam attulit.* 6. item pro quacunque cupiditate alicuius rei videndae, audiendae etc. Caecil. 14. *iam nunc mente et cogitatione prospicio quae tum* studia *hominum, qui concursus futuri sint.* 7. propensiones *naturales* dicuntur Cael. 5. studia *naturae.* 8. vitae etiam genera, quae quis amplexus est, ut vita rustica, studia *dicuntur.* Rosc. Am. 16. *Ern.*

STULTE 1. *thöricht.* Att. VII 80. stulte *et incaute omnia agi video.* 2. *einfaltig* Orat. II. 68. *Genus ridiculi — ut vel non stultus quasi* stulte *cum sale dicat aliquid. — Valde haec ridentur et omnia quae a*

prudentibus quasi per dissimulationem intelligendi subabsurde salseque dicuntur.

STULTITIA 1. *Thorheit* N. D. III. 34. Stultitia *est, a quibus bona precamur ab iis dantibus nolle sumere* Div. II. 43. *o delirationem incredibilem; non enim omnis error* stultitia *est dicenda.* 2. tarditas *Einfalt,* Orat. I. 27. *oratoris peccatum* — stultitiae *peccatum videtur.* Stultitia *autem excusationem non habet, quia nemo videtur aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit stultus fuisse.* Her. I. 6. *stultitia* numeratur in iis; quae risum movere possint. 3. *inscientia, Mangel an Einsicht.* Orat. III. 35. *hoc constet, neque infantiam eius qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque* inscientiam *illius* cui res non suppetat verba non desint esse laudandam; quorum si alterum sit optandum malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam *loquacem.*

STULTUS 1. *thoricht.* Orat. 22. *Poeta peccat quum probam orationem affingit improbo,* stulto *sapientis.* 2. *einfaltig* Font. 7. stultus *auditor et credulus* Lael. 27. *in fabulis* stultissima *persona est improvidorum et credulorum senum.*

STUPEFACTUS voll Erstaunen. Orat. III. 14. *in quo igitur homines exhorrescunt? quem* stupefacti *dicentem intuentur?*

STUPERE 1. de semisomni. Verr. V. 36. *quum is etiam tum semisomnus* stuperet (*da er noch halb schlaftrunken sich nicht recht besinnen konnte*). 2. de eo qui aliquid quasi attonitus miratur. Fin. II. 23. *haec quum loqueris, nos barones* stupemus (*da stehen wir Dummkopfe und staunen*) ironice scil. dictum.

STUPESCERE. Orat. III. 26. *aspiciat, admiretur,* stupescat.

STUPIDITAS insignis inscitia et imperitia Phil. II. 32. *incredibilem* stupiditatem *hominis* (Antonii) *cognoscite.*

STUPIDUS 1. qui aliqua re visa obstupescit. Her. IV. 52. *alii omnes* stupidi *timore obmutuerunt.* 2. ingenio tardus. Fat. 5. *Zopyrus physiognomon* — stupidum *esse Socratem dixit et tardum, quod iugula concava non haberet.* 3 qui attentione tanta aliquid et admiratione spectat auditve ut immobilis et sine sensu esse videatur. Parad. 5. *Echionis tabula te* stupidum *detinet aut signum Polycleti.*

STUPOR 1. *Unempfindlichkeit* Tusc. III. 6. *istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit immanitatis in animo*, stuporis *in corpore*. Phil. II. 45. *ut quidam morbo aliquo aut* sensus stupore, *pravitatem cibi non sentiunt*, *sic libidinosi*, *avari*, *facinorosi verae laudis gustum non habent*. 2. tarditas mentis in sentiendo et intelligendo, (Dummheit, Blödsinn) item vitiositas linguae (*Unbehülflichkeit*, *Schwerfälligheit der Sprache*) Dom. 36. *an ego poteram* communem naturae sensum *repudiare?* — *eam animi duritiam sicut corporis, quod quum uritur non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem*. Phil III. 6. *Bambalio homo nullo numero: nihil illo contemptius, qui propter haesitantiam linguae* stuporemque *cordis cognomen ex contumelia traxerit*. Pis. 1. stupor *debilitasque linguae*, *tarditas ingenii*.

STUPRARE. 1. sensu proprio. Fin. V. 22. Nostra *in rep. et quae per vim oblatum* stuprum *voluntaria morte lueret*, *inventa est*, (Lucretia) et qui *interficeret filiam ne* stupraretur (Virginius,) Fam. V. 10. qui tot ingenuas matresfamilias stupravit. 2. stupro polluere. Harusp 13. *quo pulvinari? quod* stupraras.

STUPRATUS Att. I. 18. *empto* stupratoque *iudicio*. Quid hoc sit patet ex Att. I. 16. Nempe in causa Clodiana multi iudices erant pecunia corrupti; ideo *iudicium* dicitur *emptum*, deinde „*etiam noctes certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones* (ad stuprum scilicet) *nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt*. Propterea dicitur *iudicium stupratum* i. e. stupris pollutum.

STUPRUM p. red. in Sen. 4. *consul processit somni*, *vini*, stupri *plenus*. Tusc. IV. 35. *stupra dico, et corruptelas, et adulteria incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo*. Mil. 27. *Clodium cum sorore germana nefarium* stuprum *fecisse L. Lucullus iuratus se quaestionibus habitis dixit comperisse*.

STYLUS s. STILUS. 1. instrumentum aeneum, infra acutum, supra latum, quo in ceratis tabulis scribebant veteres. Brut. 24. *quum otiosus* stilum *prehenderat* (ad scribendam orationem) flaccescebat oratio. Orat. I. 33. *omnia sub acumen* stili *subeant necesse est*. 2. ponitur pro *diligentia* scribendi Orat. II. 23. *in summa ubertate inest luxuries quaedam quae* stilo *depascenda est*; i. e. stilum adhibendo in superfluis de-

nis ipse (Postumius) suasor *et* auctor *fuit.* Att. XVI. 7. *quamvis non fueris* suasor *et* impulsor *profectionis meae,* approbator *certe fuisti.*

SUAVIARI, osculari. Brut. 14. L. Brutus *qui de matre* suavianda *ex oraculo Apollinis tam acute* arguteque coniecerit Att. XVI. 3. *Atticam nostram cupio* suaviari.

SUAVILOQUENS. Brut. 15. suaviloquenti *ore Cethegus,* ex Ennio.

SUAVILOQUENTIA. ibid.

SUAVIS 1. sensu proprio de rebus quae sentiuntur. Verr. III. 9. *odor* suavis *et iucundus.* 2. de oratore. Brut. 9. (Demetrius Phalereus) *primus inflexit orationem* — et suavis, *sicut fuit, videri maluit, quam gravis; sed* suavitate ea *qua perfunderet animos, non qua perfringeret.*

SUAVITAS. 1. de iis quae sensus afficiunt. opt. gen. 7. suavitas *coloris.* Phil. II. 45. suavitas *cibi.* N. D. II. 64. quid *multitudinem* suavitatemque piscium *dicam, quid avium?* Sen. 17. suavitates *odorum quae afflarentur e floribus.* Off. III. 33. *ubi prudentiae locus dabitur* (ex doctrina Epicuri)? *an ut conquirat undique* suavitates? — *quod autem munus prudentiae? an legere intelligenter* voluptates? 2. tribuitur orationi vel oratori. Div. I. 36. *singularis* suavitas *orationis.* Orat. III. 11. *me tuus sonus et ista* suavitas *delectat, omitto verborum* — *sed hanc dico* suavitatem, *quae exit ex ore, quae quidem ut apud Graecos Atticorum, sic in Latino sermone huius est urbis maxime propria.* 3. in moribus est suavitas hominum qui sunt officiosi, nemini molesti. Cael. 11. suavitas *humanitatis.* Orat. I. 55. *Scaevolam omnes amare* — *pro eius eximia* suavitate *debemus.*

SUAVITER. Fin. I. 18. *est situm in* nobis *ut et adversa quasi perpetua oblivione obruamus, et secunda* iucunde *ac* suaviter *meminerimus.* Ac. pr. II. 45. *Video quam* suaviter *voluptas sensibus nostris blandiatur.* Brut. 29 *neque refert videre quid dicendum sit, nisi id queas solute et* suaviter *dicere.*

SUAVITUDO Her. III. 6. *pronuntiationis.*

SUAVIUM osculum. Att. XVI. 11. *Atticae, quoniam hilarula* est, *meis verbis* suavium *des.*

SUB. Fam. X. 23. sub *manu.* Vid. *Manus.* Quint. 15. *sub praecone.* Vid. *Subiicere.* 2. significat i. q. *post.* Fam. X. 16. sub *eas literas statim recita-*

(*Zwischenzeiten, Feyerstunden*) *incurrunt, quae ego perire non patior.*

SUBCONTUMELIOSE Att. III, 7., aliquem tractare.

SUBCRISPUS Verr. 21. *videtis illum* subcrispo *capillo* — ?

SUBDEBILITATUS Att. XI. 5.

SUBDERE *substituere* Dom. 32, Fam. X. 21.

SUBDIFFICILIS Lael. 19. *quaestio*.

SUBDIFFIDERE Att. XV. 20.

SUBDITICIUS Verr. V. 27. *archipirata*, i. e. pro vero suppositus.

SUBDITUS 1. *subiectus* N. D. II. 10. *aquae quae effervescunt* subditis *ignibus*. 2. pro *alio suppositus* (*untergeschoben*) Verr. I. 5.

SUBDOCERE. Att. VIII. 4. *Cicerones nostros meo potius labore* subdoceri, *quam me alium magistrum quaerere. Hic* subdocere est hypodidascali munere fungi; (*einen Hülfslehrer abgeben.*)

SUBDOLE Brut. 9.

SUBDUBITARE Att. XIV. 16.

SUBDUCERE 1. adimere. Tusc. II. 17. subduc cibum *unum diem athletae — ferre non posse clamabit*. 2. *se subducere* est i. q. *se proripere*. Q. Fr. III. 4. *Cato — de circulo se* subduxit. 3. *subducere naves* est eas hiberno tempore e mari extrahere; Off. III. 11. *classem Lacedaemoniorum, quae* subducta *esset ad Gytheum clam posse incendi*. 4. subducere est *convellere* in argumentando. Inv. II. 48. subducere *id quo nititur adversariorum causa*. Simile est illud Fin. IV. 15. *neque intelligunt se rerum illarum pulchrarum atque admirabilium* fundamenta subducere. 5. subducere usurpatur in calculis et rationibus. Att. V. 21. *hoc quid intersit, si tuos digitos novi* (*wenn ich anders deinen Rechnungsverstand kenne*) *certe habes* subductum. Nempe in digitis supputare solebant. ibid subducamus *summam. — Assidunt*, subducunt, *ad nummum convenit*. 6. Haec significatio transfertur ad argumentationes et deliberandi rationes. Fam. I. 9. *rationibusque* subductis *summam feci cogitationum mearum*. Fin. II. 19. *Quid? fortes* viri *voluptatumne* calculis subductis *praedium ineunt?*. N. D. III. 29. Medea et Atreus — *inita* subductaque ratione *nefaria scelera meditantes*.

civium. 5. Dom. 20. *ut rex Cyprius cum bonis omnibus* sub *praecone* subiiceretur. Quint. 15. *cuius non modo fortuna, sed etiam victus vestitusque necessarius* sub *praecone* subiectus est. Ratio loquendi inde ducta est, quod praeco stare solebat in lapide, ut ab omnibus conspici posset. v. Lapis. 6. in manus dare, porrigere. Arch. 10. *quem nos in concione vidimus, cum ei libellum malus poëta de populo* subiecisset *etc.* 7. Leg. II. 18. *si ad terram tuendam ferroque* subiiciendam *superstitionis aliquid accesserit. Manutius* reposuit: *subigendam*, ex libro antiquo probantibus Lambino, Davisio. *Subigere* usitatius est in hac re, sed nec *subiicere* est absurdum, quod in multis loquendi formis est, in quibus *et subigere* dicitur. *Ern.*

SUBINANIS. Att. II. 17. *quod est* subinane *in nobis* (*eine kleine Eitelkeit*).

SUBITUS, extemporalis. Or. I. 33. subita *et fortuita oratio.* ibid. *exercitationes* subitae. 2. Fam. XIII. 2. *propter opera instituta multa multorum*, subitum *est ei remigrare* Kal. Quint.

SUBIUNGERE, subiicere. Verr. I. 21. *multas urbes* subiunxit *sub imperium pop. R.* Orat. I. 50. *si iam omnes artes* subiungere *velimus oratori: h. e.* ei inesse debere, statuere. 2. de ordine, serie. Har. R. 17. *haec esse* subiuncta, *i: e.* sequi. *Ern.*

SUBLATE, elate, iactanter. Dom. 36. *nihil de me unquam dixi* sublatius, *asciscendae laudis causa potius, quam criminis depellendi.* 2. de genere dicendi sublimi. Brut. 55. sublate *ampleque dicere. Ern.*

SUBLATIO, de magnitudine animi. Fin. II. 4. sublatio *animi.*

SUBLEVARE, est proprie sustinere, erigere, Att. X. 4. *qui nos stratos ad pedes ne* sublevabat *quidem.* Herenn. IV. 51. sublevare *mentum sinistra.* 2. hinc est pro iuvare. *ad* Div. V. 1. *quem familiae nostrae dignitas debebat* sublevare. Orat. II. 40. *quae non sua vi, sed extranea* sublevantur. 3. consolari. Attic. II. 18. *hic status una omnium voce gemitur, neque verbo cuiusquam* sublevatur. 4. defendere. Muren. 4. *ut meum laborem hominum periculis* sublevandis *iure impertiam.* Tusc. IV. 37. *in quo* sublevatus *a Socrate.* 5. minuere, aliqua re efficere, ne noceat, quod nocere posset. Fam. VIII. 3. sublevare *odia* Act. I. Verr. 16. *non gratia, non cognatione, non aliis recte factis*

SUBROGARE. Consulem, aut alium magistratum, in locum mortui rogare. Est magistratus habentis comitia: populus autem *sufficit.* Brut. ep. 5. *statim Pansa collegam sibi* subrogasset. Dicitur tamen etiam de creatione magistratuum annua ap. Liv. XXXV. 8. *Ern.*

SUBROSTRANI, homines urbani, otiosi, qui totum paene diem sub rostris ambulant, circulos faciunt etc. Fam. VIII. 1. *te* subrostrani *dissiparant periisse. Ern.*

SUBSCRIBERE, proprie est Att. IX. 16. *Caesar mihi literas misit, quarum exemplum* subscripsi. 2. de accusatore dicitur, quod in deferendo nomine alicuius suum quoque nomen et causam accusationibus subscriberet. Inv. II. 19. *cum veneficii nomen esset delatum, et parricidii causa* subscripta . . . *quoniam id causae* subscriptum esset. v. Salmas. mod. Usur. c. 3. p. 103. 3. est deinde accusatoris secundarii, v. subscriptor. Attic. II. 24. in *aliquem* subscribere. Quint. Fr. III. 3. *Gabinium reum de ambitu fecit P. Sulla,* subscribente *privigno Memmio.* 4. Censores etiam *subscribere* dicuntur, cum in tabulis censoriis sub nomine alicuius scribunt, qua de causa notatus a se sit. Div. I. 16. *Censor C. Ateium ementitum auspicia* subscripserit. Cluent. 42. *video censores animadvertisse in iudices quosdam illius consilii Iuniani, cum istam ipsam causam* subscriberent. ibid. 45. *in Aquilium video esse* subscriptum. De origine causarum subscribendarum ita disputant viri docti, ut alii ad Catonem Censorium referant, quibus favet locus Gellii IV. 20. ubi Censor (Cato) causam subscripsisse traditur, alii ad posteriora tempora, confisi loco Livii XXXIX. 42. ubi v. Duker. et Drakenb. qui Livio plus tribuit quam Gellio. 5. dicitur etiam de iis, qui nomen suum apud aliquem deferunt, profitentur, et in tabulis scribunt. Verr. III. 51. *numerus aratorum quotannis apud magistratus* subscribitur. Sie müssen sich angeben und sich einschreiben. cf. Scriptura. *Ern.*

SUBSCRIPTIO. de accusatore secundarum partium, *in* Caecil. 15. *qui* subscriptionem *sibi postularunt, cuicunque nominis delationem dedissetis.* 2. de censoriis notis. vid. subscribere. Cluent. 47. subscriptione *notare.* ibid. 43. subscriptiones *censorias delere.*

3. de aratoribus. v. *subscribere.* Verr. III. 47. *iugerum* subscriptio *ac professio.*

SUBSCRIPTOR, accusator secundarius, sive accusatoris adiutor, a subscribendo dictus; quia, cum accusator nomen rei defert, nomen suum quoque subscribit. *in* Caecil. 15. *at venit paratus, cum* subscriptoribus *exercitatis et disertis etc.* vid. Hotom. ad h. l. Fam. VIII. 8. *itaque sine ullo* subscriptore *descendit, et Lucium reum fecit.* 2. qui alicui assentitur, morem gerit. Dom. 19. *venalis adscriptor et* subscriptor *tuus.* vid. Manut.

SUBSELLIUM. In iudiciis subsellia sunt sedes iudicum et patronorum utriusque partis. Rosc. Am. 11. *etiamne ad* subsellia *cum ferro atque telis venistis, ut hic aut iuguletis aut condemnetis* Rosc. Flacc. 10. *testes una sedent, accusatorum* subselliis *surgunt.* Fam. XIII. 10. *versatus in* utrisque subselliis *cum summa fama et fide.* Corradus et Manutius male interpretantur de causis minoribus et maioribus. Sensus est: iudicem et patronum egit; quod etiam sequentia indicant. Nam *fides* est patroni, *fama* iudicis integri et iusti. Hinc *subsellia* pro *iudicio et actione causarum, inprimis publicarum.* Caecil. 15. de causidico: *a* subselliis *Alienus.* Nam dicuntur causidici *in subselliis habitare.* Orat. I. 62. ibid. II. 33. *cum se a* subselliis *in otium contulerit.* Brut. 84. subsellia *grandiorem vocem desiderant.* ubi de iudicio publico. Nam opponuntur iudici stanti in comitio, de iudice stante, vid. Manut. ad Fam. XIII. 10. Ceterum in iudiciis publicis videntur etiam fuisse subsellia auditorum, qui neque iudices essent, neque advocati; certe subsellia patronorum et iudicum ita magna, ut etiam alii honestiores homines in iis locum haberent. Brut. 84. *volo hoc oratori contingat: ut, cum auditum sit, eum esse dicturum, locus in* subselliis *occupetur, compleatur tribunal, gratiosi scribae sint in dando et cedendo loco.* 2. Sed *subsellia* sunt etiam sedes senatorum. Catil. I. 7. *adventu tuo ista* subsellia *vacuafacta sunt.* cf. Phil. II. 8. V 7. Hinc illud capiendum. Fam. III. 9. *longi* subsellii *iudicatio et mora auferet tibi unum diem et item alterum. Iudicatio longi subsellii,* est tarditas senatus in decernendo triumpho. Nam quod Graevius de iudiciariis subselliis interpretatur, errat: cum de triumpho sermo sit, quem qui meruerit iudicatur, non

a iudicibus, sed a senatu. 3. *Subsellia* etiam sunt in theatris, circis etc. Fr. Cornel. I. *P. Africanus ille superior non solum a sapientissimis hominibus, qui tum erant, verum etiam a se ipso saepe accusatus est, quod, cum Consul esset cum Ti. Longo, passus esset, tum primum a populari consessu senatoria* subsellia *separari.*

SUBSEQUI, paullo minus est, quam, *exprimere:* imitari. *ad* Div. III. a. *mirifice ipse sermone suo* subsecutus est *literarum tuarum humanitatem.* Or. III. 59. *manus minus arguta, digitis* subsequens *verba, non exprimens.* Partit. 7. *actio facit et dilucidam orationem, et illustrem, et probabilem, et suavem, non verbis, sed varietate vocum, motu corporis, vultu, quae plurimum valebunt, si cum orationis genere consentient, eiusque vim et varietatem* subsequentur.

SUBSIDERE penult. longa. Mil. 19. *cur non ante occurrit, ne in villa* resideret? *nec in eo loco* subsedit *quo ille venturus esset!*

SUBSIDERE penult. brevi. Fam. VI. 8. *a me consilium petis quid sim tibi auctor in Siciliane* subsidas, *an proficiscare.*

SUBSIDIUM. Catil. II. 5. subsidia *industriae, atque instrumenta virtutis:* de patientia in frigore, fame, siti, vigiliis perferendis. Cluent. 11. subsidium *generis;* de filio. *Ern.*

SUBSIGNARE, subscribere. Flacc. 32. *illud quaero, sintne ista praedia censui censendo: habeant ius civile: sint necne sint mancipi:* subsignari *apud aerarium, apud censorem possint.* Nempe *subsignari* praedia dicuntur, cum in censum deferuntur: *h. e.* sub nomine civis R. in tabulis censoriis scribuntur. Ceterum hic locus confirmat Salmasii disputationem de mod. Usur. c. 11. cuius haec est summa, *subsignare* esse *subscribere*, et differre a *signare. Ern.*

SUBSISTERE, sustinere, tolerare. Fam. XI. 10. *non, si Varronis thesauros haberem,* subsistere *sumtui possem.* v. Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXVII. 7. *Ern.*

SUBSORTIRI. Act. I. *in* Verr. 10. subsortiemur *etiam in Metelli locum.* v. subsortitio. *Ern.*

SUBSORTITIO, est altera sortitio iudicum, qua scilicet supplentur iudices, post priorem praetoris aut iudicis quaestionis sortitionem reiecti ab accusatore et reo. Verr. I. 61. *nam de* subsortitione *illa Iuniana iu-*

dicum nihil dico. catalogus iudicum subsortitione delectorum. Cluent. 33. *quod Verres* subsortitionem *eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.* *Ern.*

SUBSTITUERE. Verr. III. *pro te Verrem alterum* substituisti *civitati.* ibid. V. *tum iste in eorum locum* alios substituere *et supponere coepit.* Div. II. 2. *philosophiam pro reip. procuratione nobis* substitutam *putabamus.*

SUBSTRUCTIO *Bauanlage.* Mil. 20. *insanae* substructiones ibid. 31. *Arae quos ille caesis lucis* substructionum *insanis molibus oppresserat.*

SUBTILIS, dialecticis regulis consentiens. Philosophi igitur proprie subtiles, et quicunque artis ac disciplinae praecepta via et ratione ad praescriptum regularum dialecticarum tradunt. Orat. I. 23. *si minus illa* subtili *definitione, at hac vulgari opinione esse ars videtur.* Att. V. 14. subtiliores *literae.* 2. hinc de dicentibus et scribentibus. v. *subtilitas.* Orat. I. 39. subtilis *oratione.* ibid. III. 43. subtiles *sumus.* Brut 9. *Lysias egregie* subtilis *scriptor atque elegans,* de subtili oratione v. Orat. 23. 29. s. Att. V. 14. *literae plenae pulveris et festinationis, reliquae* subtiliores *erunt.* 3. Orat. I. 5. subtilis *venustas.* Est ea, quae non eminet uno aliquo loco, ut lumina verborum et sententiarum, sed quae per totam orationem aequabiliter fusa, non nisi ab intelligentibus et peritis intelligitur: qualis est Socratica venustas et urbanitas, in Platonicis et Xenophonteis dialogis. *Ern.*

SUBTILITER, ex praescripto dialectices. Tusc. V. 32. *non* subtiliter *nimis divisit genera etc.* Leg. I. 4. subtilius *de iure civili scripsit, quam ceteri.* 2. hinc pro accurate. N. D. II. 58. *oculi multa cernunt* subtilius. Orat. II. 10. *vim oratoris exprimere* subtiliter *visus est.* Lael. 2. *qui ista* subtilius *quaerunt.* Orat. I. 21. subtiliter *persequi.* Att. I. 13. *haec ad te scribam alias* subtilius. Acad. IV. 11. *impressa* subtiliter *sc.* in mente et animo. Dicitur tamen et in partem deteriorem. Caecin. 20. *verba* subtiliter *exquirere, i. e.* ad proprietatem grammaticam, etymologiam et ea ad vivum resecare. *Ern.*

SUBTILITAS, est virtus orationis, quae est primo perspicua, atque adeo ad docendum apta, deinde sine vitio sententiarum et verborum; quae omnia

via et ratione, ut Dialectica iubet, docet: in qua nihil superfluum, nihil curtum, nihil falsum, omnia recta, sed non magnopere ornata. *vid.* Orat. 23. 24. s. Orat. I. 15. subtilitas *disserendi*, est ipsa Dialectica. Tusc. III. 23. *a* subtilitate *disputandi orationem ad exempla traducimus.* Fam. IV. 4. subtilitas *scriptorum tuorum.* Orat. 23. subtilitas *orationis.* Orat. II. 7. subtilitas *linguae.* Brut. 84. subtilitas *minuta. ad* Q. Fr. II. 10. subtilitas *veteris urbanitatis.* vid. Subtilis venustas.

SUCCEDERE 1. *auf etwas folgen.* Phil. XI. 15. *nihil semper floret, aetas succedit aetati.* Verr. IV. 2. *an die Stelle treten,* succedam ego *vicarius tuo muneri, suscipiam partes tuas.* 3. *untertreten* Dom. 44. tectum quo imbris vitandi caussa succederet nullum habebat. 4. *gelingen.* Fam. XVI. 21. *cum omnia mihi velles* successa. 5. de cogitationibus, quae scribenti succurrunt. Orat. I. *omnia sub acumen stili subeant et* succedant *necesse est.*

SUCCIDIA, caro suilla fumo durata. Cato 16. *hortum ipsi agricolae* succidiam *alteram appellant.*

SUCCINCTUS. Agrar. II. 32. *Carthago* succincta *partubus.*

SUCCLAMARE, acclamare. Fam. XI. 13. succlamatum *est frequenter a militibus.*

SUCCONES. Att. VII. 13. *Oppios enim de Velia* succones *dicis.* Bosius et Popma hoc verbum Ciceronem putant dixisse a *succo*, lusisseque in eo, quod, quemadmodum Atticus argentarios seu foeneratores acerbos lusu quodam Opios ἀπὸ τοῦ ὀποῦ dixisset, ita ipse latine *succones* a *succo.* Manutius autem *et* Gronovius *salacones* legendum censent.

SUCCRESCERE. Orat. III. ult. *non enim ille mediocris orator vestrae quasi* succrescit *aetati.* Sic dixit et Livius X. 13. add. Scheff. ad Iustin. XI. 9.

SUCCURRERE. Rabir. Perd. 1. succurrere *saluti communi.*

SUCCUS, *de oratione.* Orat. II. 22. *omnes etiam tum retinebant illum Periclis* succum, *sed erant paullo uberiore filo.* ibid. III. 25. *ornatur oratio genere primum, et quasi colore quodam et* succo *suo. Nam ut gravis, ut suavis, ut erudita, ut liberalis sit, non est singulorum articulorum, in toto haec spectantur corpore.* Metaphoricam hanc huius vocabuli signi-

ficationem recte exponens Joh. Chr. Theph. Ernesti (in lex. Technol. Latinor. rhetor). „Quam vim, inquit *succus* habeat, si de virtute oratoris dicitur, patet e Ciceronis Orat. II. 22. ubi quum Periclem in iis oratoribus numerasset, qui fuissent acuti, subtiles, breves, et sententiis magis quam verbis abundantes, eidem mox *succum* tribuit, hoc est orationis eam vim et formam, quae magis illa sententiarum gravitate, veritate, et ubertate excelleret, quam verborum cincinnis quibusdam ornata specie externa deciperet. Unde et simili metaphora alii ossa et nervos eidem orationis generi tribuere solent. Gellius adeo N. A. XVIII. 4. *autem et speciem sententiarum sanguini et medullae verborum* opponit. Et Cicero Att. IV. 16. in alia quidem re, *amisimus*, inquit, *omnem non modo succum et sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinam, civitatis.* In Bruto 9. Succus *ille*, ait, *et sanguis incorruptus*, usque ad hanc *aetatem* oratorum *fuit, in qua naturalis esset, non* fucatus *nitor.* In imagine autem oratoris subtilis, quem et tenuem, acutum, summissum appellat, et qui, quamvis ab amplissima gravitate absit, tamen imbecillitate careat hoc etiam veluti lineamentum appinxit. Orat. 23. Etsi *enim non plurimi* sanguinis *est, habeat tamen* succum *aliquem oportet, ut etiamsi illis magnis* viribus *careat, sit tamen* integra valitudine. Inprimis autem huc pertinet elegans locus Quintiliani lib. X. 2, 12. de imitatione. „*Iis quae in exemplum assumimus, subest natura et vera vis: contra omnis imitatio ficta est, et ad alienum propositum accommodatur. Quo fit, ut minus sanguinis ac virium declamationes habeant, quam orationes, quod* in illis (orationibus) *vera, in his simulata natura est.*" Hactenus ille.

SUCCUSSUS. Tusc. II. 21. *pedetentim ite, ne succussu arripiat maior dolor.*

SUCULAE. Nat. D. II. 43. *hyades a pluendo: ὕειν enim est pluere. Nostri imperite* suculas, *quasi a suibus essent, non ab imbribus nominatae.* Hyades sunt quinque vel septem stellae in capite tauri, quarum exortus matutinus mense Maio pluviam ferre credebatur.

SUDARE, metaph. laborare, angi, de iis, qui, quomodo perficiant, quod volunt, aut quomodo se ex difficultate aliqua expediant, non satis reperiunt. ad Div.

Div. III. 12. *vides* sudare *me, iam dudum laborantem, quomodo ea tuear, quae mihi tuenda sunt, et te non offendam.* Phil. II. 34 *apparet esse commotum:* sudat, *pallet.* Sensu proprio Orat. II. 55. iocus Crassi in Brutum, qui amisso patrimonio balnea vendere coactus fuerat; *quum ille diceret se sine causa* sudare; *Minime mirum, inquit, modo enim existi de balneis.*

SUFFARRANEUS. Fragm. incert. ap. Plin. H. N. VII, 43. *P. Ventidium Mulionem castrensem* suffaraneum *fuisse.* Sed viris doctis, Turnebo, Harduino, aliisque haec vox suspecta est. Si est a Cicerone ac Plinio, significat hominem, qui frumentum subvehit in castra. *Ern.*

SUFFICERE, in locum alterius creare: de magistratibus, inprimis consulibus, qui in locum mortui consulis, aut de ambitu damnati etc. creantur. De consule est Muren. 38. *nam,* ne sufficiatur *consul, non timent.* De magistratu provinciali Fam. V. 10. *si Appii os haberem, in cuius locum* suffectus *sum* 2. inficere, imbuere, praeparandi causa fragm. Hortensii ap. Nonium, *qui combibi purpuram volunt*, sufficiunt *prius lanam medicamentis quibusdam.* v. Gron. Diatr. in Statium p. 59. *Ern.*

SUFFLATUS, inflatus, tumidus, de orationis vitio. Heren. IV. 16. *gravi figurae, quae laudanda est, propinqua est ea quae recte videbitur appellari, si* sufflata *nominabitur.*

SUFFOCARE. Att. IX. 7. suffocare *urbem et Italiam fame.*

SUFFRAGARI, laudare, favere. Leg. I. 1. *videris fratrem laudando* suffragari *tibi.* Fam. XII. 17. suffragari *libro.* Dom. 10. *si eius dignitati* suffragatus *viderer.* Fam. XII. 14. suffragari *laudi alicuius.* 2. inprimis autem in petitionibus magistratuum suffragari dicuntur, qui Candidatos gratia sua in petitione iuvant. Muren. 34. *si nihil erit, praeter ipsorum suffragium, tenue est: si, ut* suffragentur, *nihil valent gratia.* Off. I. 39. *domus* suffragata *est domino, homini novo.* Sull. 24. *quum Catilinae* suffragaretur. Planc. 1. *memoriam meorum temporum ei* suffragari *videbam,* 3. quum de legibus dicitur, est suadere. Verr. V. 69. *legi* suffragari, opponitur τῷ *adversari.* 4. hinc pro iuvare, *in* Caecil. 7. *Hortensius tibi* suffragatur.

tuor aut quinque sumsisti. Graeci pariter sic dicunt τὸ λαμβάνειν. 3. suscipere Vatin. 11. sumere *inimicitias*. Att. V. 1. *ex ratione* sumta *offensio*. 4. praemissae syllogismi dicuntur *sumi*. Fin. III. 8. *quod efficiebatur ex duobus, quae* erant sumta. Acad. IV. 21 *si a me* sumsero, *et, quae tu mihi das, accepero;* meam sententiam veram iudicem. *Ern.*

SUMMA. Rabir. Post. 4. summa *litium:* de aestimatione litis, de qua supra. 2. Tuscul. III 23 *haec oratio de ipsa* summa *mali nihil detrahit*. 3. Att. XV. 1. *ad* summam: *h. e.* ut brevi me expediam vid. not. Graev. 4. id, quo tota res redit, quo tota continetur, quemadmodum in rationibus summa omnia nomina continet. Fam. X. 25. *cuius sententiae haec est* summa. ibid. VI. 7. *cuius* summa *est criminis, quod armatus adversario maledixi*. Att. X. 5. *sermo eandem fere habuit* summam. 5. *Summa reipublicae* est res, a qua salus universae reipublicae pendet. Verr. IV. 10. *pertinet hoc ad* summam reipublicae. Catil. III. 6. *consului senatum, de* summa reipublicae *quid fieri placeret*. Sermo est de coniuratione Catilinaria et sociis Catilinae puniendis. Graevius ibi reposuit: *de summa republica*, sed et illud rectum esse, multis exemplis demonstrari potest, et hodie constat inter doctos. Inv. I. 16. *ea quae dicturi erimus . . ad* summam reipublicae *pertinere*. ad Div. XIII. 68. *ego ad te, de* reipubl. summa *quid sentiam, non saepe scribam, propter periculum eiusmodi literarum* etc. Haec quoque ratio elegans est Planc. 22. *denunciasti, quid* de summa reipublicae *sentires:* pro, utrum popularis esses, an optimatibus faveres. ad Brut. epist. post. 7. *voluntas mea de* summa reip. *semper eadem fuit, quae tua*. Item *summa reip.* dicitur pro republica universa Dom. 1. *quod vos Pontifices eosdem et religionibus Deorum immortalium et* summae reipubl. *praeesse voluerunt; ut amplissimi cives remp. bene gerendo, pontifices religiones sapienter interpretando, rempubl. conservarent*. 6 *Summa rerum* dicitur de summo imperio in republ. Rosc. A. 32. *dum is in aliis rebus erat occupatus, qui* summam rerum *administrabat*. *Summa philosophiae* est universa philosophia, aut, quod est in philosophia praecipuum, Fin. II. 27. *quoniam omnis* summa philosophiae *ad beate vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt*. 7. Sic *summa hominis*

versae reipublicae, et id, a quo ea pendet. Catil. I. 5 summa salus *periclitatur*. conf. Catil. IV. 10. Act. I. in Verr. 1. summum *reipublicae* tempus, est, quo omnis reipubl. salus in periculo est. vid. de hac forma loquendi Gronov. ad Liv XXVI 9. XXXIII. 45. XXXVI. 34. XXXVIII. 50. *summum ius*. v. Jus. *Ern.*

SUMMUTARE, Orat. 27. *hanc hypallagen rhetores dicunt, quia verba quasi* summutantur *verbis, i. e.* permutantur. Verbum factum ad imitationem Graeci.

SUMTIO, praemissa syllogismi. Div II. 53 *sed demus tibi istas duas* sumtiones, *ea quae λήμματα dicunt Dialectici.*

SUMTUARIUS. Att. XIII. 6. *lex* sumtuaria. v. Ind. Legg.

SUPELLEX. Orat. 24. supellex *est enim quodammodo oratoris, quae est in ornamentis, alia rerum, alia verborum.*

SUPER, praeterea. Leg. II. 21. super *dicebant.* v. Burm. ad. Phaedr. III. 11. ad Sueton. Caes. 28. sed Lambinus et Turnebus legebant: *superiores*, probante Davisio. *Ern.*

SUPERARE, redundare, superesse. Or. II. 19. *in quo deesse aliquam partem et* superare *mendosum est.* Fin. V. 15. *de eo, quod ipsis* superat, *aliis gratificari.* add. ad. Div. VIII. 5. extr.

SUPERBILOQUENTIA. Tusc. IV. 16.

SUPERBIRE, superbe facere. Acad. IV. 29. *si habes, quod liqueat, neque respondes*, superbis. Nam superbiae tribuitur, si quis non respondet roganti. v. Fam. I. ult.

SUPERBUS 1. *übermüthig, anmaasend.* Fam. VII. 13. *utrum* superbiorem *te pecunia facit, an quod te imperator consulit.* 2. *ungefällig aus Geringschätzung* Att VIII. 4. *is* superbum *se praebuit in fortuna, quam putavit nostram fore.* 3. *fastidiosus, eigensinnig, nicht leicht zu befriedigen, streng im Urtheil.* Orat. 44. *quamvis graves suavesque sententiae tamen si inconditis verbis efferuntur, offendunt aures, quarum est iudicium* superbissimum.

SUPERCILIUM. Off. I. 41. *ex oculorum obtutu, ex* superciliorum *aut remissione aut contractione — iudicabimus, quid eorum apte fiet.* Sext. 8. (de Pisone) *nam quid ego de* supercilio *dicam? quod tum hominibus non* supercilium *sed pignus reip. videbatur.* *Tanta*

militudine aut a praestantia superlatio *sumitur. A similitudine sic:* Corpore niveum candorem, aspectu igneum ardorem assequebatur. *A praestantia hoc modo:* Cuius ore sermo melle dulcior profluebat. (*Homer. Iliad. I.* 248.) *Eodem genere hoc est*: Tantus erat in armis splendor ut solis fulgor obscurior videretur.

SUPERLATUS hyperbolicus Partit. 15. *verba* superlata.

SUPERSEDERE. Her. II. 17. *complexione* supersedendum *est si res brevis est.* Inv. I. 21. *nihil prodest narratio tum — quum ab iis qui audiunt ita tenetur negotium, ut nostra nihil intersit eos alio pacto docere. Quod quum acciderit omnino narratione* supersedendum *est.* Inv. I. 49. *sunt qui putant nonnunquam posse complexione et oportere* supersederi. Her. II 17. haec *causa non videtur* supersedenda *i. e.* praetermittenda aut supervacua.

SUPERSTES 1. *überlebend* Q. Fr. I. 3. *utinam te non solum vitae sed etiam dignitatis* meae superstitem *reliquissem* 2. *gegenwärtig* Mur. 12. *utrisque* superstitibus *istam viam dico, inite viam.* Festus: *Superstites* testes praesentes significat, cuius rei testimonium est, quod *superstitibus* id est praesentibus testibus ii, inter quos controversia est vindicias sumere iubentur. In loco Ciceronis post *superstitibus* vulgo addebatur *praesentibus*, quam vocem recte pro glossa eiiciendam consuerunt Manutius, Hotomannus, Lambinus, Graevies.

SUPERSTITIO N. D II. 28 *videtisne ut a physicis rebus bene atque utiliter inventis tracta ratio sit, ad commenticios et fictos deos? quae res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos et* superstitiones *paene aniles.* ibid. *non philosophi solum, verum etiam maiores nostri* superstitionem *a religione separaverunt.* Inv. II. 54. *unicuique virtuti finitimum vitium reperietur, ut —* superstitio *quae religioni propinqua est.* Div. II. 60 *quotus est quisque qui somniis pareat! — quam multi vero qui contemnant, eamque* superstitionem *imbecilli animi atque anilis putent?* ibid. II. 72. superstitio *fusa per gentes oppressit omnium fere animos atque hominum imbecillitatem occupavit — multum et nobismet ipsis et nostris profuturi videbamur, si eam funditus sustulissemus. Nec vero —* superstitione *tollenda religio tollitur.* Verr. IV. 51. quum Cereris simulacri

ut Manutio placet, unius diei. Vatin. 12, *scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arrii cum toga pulla accumberes? . . Dices* supplicationes *illas te non probasse. Optime. Nullae fuerint* supplicationes. Has supplicationes videtur etiam Cicero improbare Phil. I. 6. *An me censetis decreturum fuisse: ut parentalia cum* supplicationibus *miscerentur, ut inexpiabiles religiones in rempubl. inducerentur? ut decernerentur* supplicationes *mortuo*? etc. Abramius hoc ita conciliat, ut dicat, supplicationem illam in Arrii funere decretam fuisse honorem civilem, hanc autem, Caesari decretam, honorem divinum, quod ei supplicatum sit, tamquam Deo. Atque ipse Cicero paullo post: *adduci non possum, ut, cuius sepulcrum nusquam extet, ubi parentetur,* ei supplicetur. Sed non absurda etiam haec ratio videtur, si dicamus, Ciceronem hanc supplicationem invidiose ita interpretari, quasi Caesari decreta sit, ut ei supplicetur, tamquam deo, quum tantum honoris causa, ut aliis, ut imperatoribus, ut mortuis, Arrio etc. decreta esset. Agebantur autem, credo, in his supplicationibus gratiae diis, pro beneficiis, quae ipsi per mortuum illum reipubl. tribuissent. *Ern.*

SUPPLICARE. Fin. V. 25. *tu, Piso, hodie ita ista* (nempe Peripatetica) *nosse visus es, ut, si copia tui semper nobis fieret, non multum Graecis* supplicandum *putarem.*

SUPPLOSIO fit, quum pede solum percutimus, id fit ab oratore, et est pars actionis oratoriae, qua in πάθεσι interdum utuntur. Orat. III. 59, ibid. I. 53. etc.

SUPPONERE, substituere. Rosc. A. 38. *operae nostrae vicaria fides amicorum* supponitur. vid. de hac vi verbi Burm. ad Ovid. Her. IX. 18. In libris de Inventione interdum dicitur pro afferre, commemorare, ut II. 37. *rationibus et infirmationibus rationum* supponendis, *ad iudicationem pervenire. Ern.*

SUPPORTARE. 1. *zuführen.* Fam. XII. 13. 2. *miteinbringen.* Fragm. inc. p. 84.

SUPPRESSIO. Cluent. 25. suppressiones *iudiciales* sunt, quum quis pecuniam apud se depositam, ut iudicibus solvat, sibi servat, avertit, negatque se eam accepisse.

SUPPRESSUS. Orat. 25. *ut voce, sic etiam oratione* suppressior: de genere dicendi tenui.

SUPPRIMERE. Cluent. 24. supprimere *pecuniam.* vid suppressio.

SUPPUDET, duobus modis dicitur, nempe primo, vulgari illo, cum nos pudet aliquid fecisse, alicuius vitii etc. deinde, cum veremur aliquem, neque audemus in eius conspectum venire, propter culpae alicuius conscientiam. Div. IX. 1. suppudebat me librorum etc.

SURCULUS *Propfreis.* Orat. II. 69. Siculo cuidam, *quum familiaris quidem quereretur quod diceret uxorem suam suspendisse se de ficu, Amabo te,* inquit, *da mihi ex ista arbore, quos seram* surculos.

SURGERE. oriri. ad Div. VIII. 8. *fama* surrexit. 2. est oratoris incipientis dicere, unde est pro dicere. Rosc. Am. 1. *cum tot summi oratores* sedeant, *ego potissimum* surrexerim. 3 est etiam proficiscentium. Att. XVI. 13. VI. *Idus, cum ante lucem de Sinuessano* surrexissem, *venissemque.* 4. sed inprimis venustus locus est ex hoc verbo Verr. I. 40. *Nam ut praetor factus est, qui auspicato a Chelidone* surrexisset, *sortem nactus est urbanae provinciae.* Ludit nempe in abiguitate verbi *surgere;* quod est non modo lectum relinquentis, sed etiam in auspicando, cum magistratus, oblato auspicio fausto, e tabernaculo surgit, et ex templo statim abit, ne faustum auspicium alio infausto turbetur: de quo ritu e Dionysii L. II. vid. Casaub. ad Sueton. Aug. 95. Iam eo facetius hoc dicitur a Cicerone, quod Chelidonis meretricis, quacum eum cubuisse ea nocte fingit, nomen est hirundinis, avis urbanae, quae commode sane posset praeturam urbanam portendere, ut monuit iam Asconius ad h. l. *Ern.*

SURREPTUS, malis artibus et clanculum ablatus. Att. X 4. *ex SCto* surrepto: *h. e.* quod per infrequentiam Senatus captatam callide factum esset. vid. Gronov. ad Liv XXXIX. 5. *Sic* Phil. XIV. 3. *Parma* surrepta opponitur *urbi* captae per vim et arma. *Ern.*

SURRIPI, eleganter dicitur de reo, cum clandestinis largitionibus aliisque malis artibus efficitur, ut absolvatur Verr. I. 4. *ne actor quidem est is, cui reus tam nocens .. occulte* surripi, *aut impune eripi possit.*

Sic. Act I. *in* Verr. 2. opponuntur sibi surripere et rapere.

SUSCEPTUS, de laboribus, quos sponte nostra facimus, opponitur ei *receptus*, quod dicitur de rebus, quas aliorum rogatu, iussuve facimus. Orat. II. 24. *in quo est illa magna offensio vel negligentiae*, susceptus *rebus, vel perfidiae*, receptis. 2. conceptus Manil. 3. *macula* suscepta. Sed Graevius laudat lectionem Cod. Erfurt. *concepta*. 3. natus. Brut. ep. 14. *remp. cui* susceptus *es, respicis*. *Ern.*

SUSCIPERE, de negotiis, opponitur τῷ *recipere*. v. susceptus et recipere. Caecil. 8. suscipere *causam*. Cluent. 48. *Senatus* suscepit *causam*: h. e. actum est de ea re in senatu, qui eam vindicandam censuit, et decrevit, ut de ea quaestio haberetur, ut factum est in causa Milonis, quam et ipsam senatus suscepisse dici potest. 2. ipsa etiam res dicitur *suscipi*, pro qua labores suscipiuntur. Sext. 12. suscipere *salutem reipublicae*. 2. adhibere, uti. Sull. 31. *severitas* suscepta *est*. Orat. 71. *impudentiam scribendi* suscipere. 4. de poenis luendis. Manil. 3. suscipere *poenam*. 5. percipere, vim alicuius rei sentire. ad Div. VI. 4. *si* suscipere consolationem *possis*. 6. concedere, dare. Tusc. I. 32. *quod in causa est difficillimum*, suscipiunt, *illud autem, quod . . facile ad credendum est, non dant*. 7. Dicitur etiam de religione. Div. II. 54. *Sibyllae libri valeant ad deponendas potius, quam ad* suscipiendas *religiones*. *Suscipere religionem* est aliquid omittendum censere, quia Dii portentis, fatis, ominibus, auspiciis prohibere videntur. ibid. *quae* si suscipiamus, *pedis offensio nobis et abruptio corrigiae et sternutamenta erunt observanda*. Dixerat autem de omnibus. Sic et est Pison. 24. 2. Sull. 24. *Sullae persona non* suscipit *crimen tantorum facinorum*. *i. e.* abhorret a crimine tanto, in eam non cadit tantum crimen. *Ern.*

SUSCITARE; fingere, excogitare. Div. I. 40. *qui sui quaestus causa* suscitant *sententias*.

SUSPENDERE, eleganter de fornicibus, quia non possunt fulciri et fulcris sustineri in demoliendo pariete. Top. 4. *si quis in communi pariete demoliendo damni infecti promiserit, non debebit praestare, quod* fornix *vitii fecerit. Non enim eius vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed eius operis vitio,*

quod ita aedificatum est, ut suspendi non posset. 2. Att. XIII. 40. *sed ubi bonos viros?* (int. videat) *nisi forte se* suspendit Nempe, ut apud inferos videat.

SUSPENSUS, curis sollicitus et dubius. Dom. 56. suspensa *ac sollicita civitate.* 2. intentus alicui rei. Or. I. 56. suspenso *animo et occupato Crassum tibi respondisse video.* 3. *suspensum ex aliqua re* dicitur, quod sine ea salvum esse non potest, quod ita se habet, uti ea res est. ad Div. V. 13. *non aliunde pendere, nec extrinsecus* suspensas *habere rationes bene maleque vivendi:* ut iis sc. salvis et secundis tranquillus ac laetus, iis autem perditis aut adversis miser sis. Tusc. V. 12. *ex alterius aut bono casu aut contrario ei* suspensa *sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt.*

SUSPICERE, cogitare. Lael. 9. *nihil altum, nihil magnificum ..* suspicere *possunt.*

SUSPICIO. Flacc. 35. *nunc facis* suspicionem, dicitur de accusatore, cum ita de re aliqua dicit, ut iudices suspicentur, veram esse, pro quo et est *suspiciose dicere ei arguere.* Rosc Am. 28. etc. et Verr. III. 93 suspiciones *iniicere.* 2. Rosc. Amer 31 suspicionem *ad praedam* adiungere: *h. e.* de iis suspicari, qui praedam habent 3. Agr. II. 3. suspicio *ac perturbatio iudiciorum*, est ἓν διὰ δυοῖν, pro suspicio perturbationis iudiciorum futurae.

SUSPICIOSE. Rosc. Am. 28. suspiciose *dicere.* vid. suspicio.

SUSPICOR, in bonam partem est Fam. I. 6. *quod valde* suspicor *fore,* praecedit *spero.* item IV. 10. V 2. *te* suspicari *nolo, i. e.* inde colligere.

SUSQUE *deque.* Att. XIV 6. *nam de Octavio* susque deque: h. e. non curo, sursum an deorsum, quomodocunque eat. Nam proprie est *sursum deorsum.*

SUSTENTARE, dicitur ut *sustinere*, pro differre. ad Div. XIII. 64. sustentes *rem dum Nero veniat.* Qu. Fr. II. 7. *aedificationem* sustentare.

SUSTENTATIO, dilatio. Inv. II. 49. *utrum habeat aliquam moram et* sustentationem.

SUSTINERE, retinere currentem vel praecipitem etc. Tusc. IV. 18. *ut, si posse putet eum, qui se e Leucata praecipitaverit,* sustinere *se, cum velit.* cf. Orat. 57. Att. X. 21. 2. sustinere *remos*, est attollere, non remigare, hinc ad varia transfertur. Acad. IV.

21. 31. sustinere *assensionem.* Lael. 17. sustinere *impetum benevolentiae.* ad Div. VI. 7. sustinui *me.* 3. Hinc etiam pro differre dicitur. Att. XII. 51. sustinenda *est solutio nominis Caerelliani.* Vid. plura apud Burm. ad Ovid. Her I. 114. 4. manere alicubi. Att. X. 2. sustinui *me in Arcano fratris, dum etc* 5. alere Att. II. 16. *qui ager non amplius hominum quinque millia* sustinere *potest.* cf. Cat. IV. 8. 6. defendere. Verr. V. 39. *hoc crimen* sustinere *se nullo modo posse.* 7. parem esse alicui viribus etc. ad Div. XI 13. *hostes ipsi adhuc satis arroganter* sustinebant. Sen. p. Red. 4. sustinere *nomen consulatus.* 8. dignum esse aliqua re, Lael. 20. *tantum cuique tribuendum, quantum ille, quem diligas,* sustinere *possit.* 9. Fam. XI. 13. *cum* sustinere *eos* (rogantes) *non posset h. e.* necessario rogata faceret, negare nullo modo posset. 10. Fam. I. 9. *fronte atque vultu, quibus simulatio facillime* sustinetur. 11. constare, contineri. Q. Fr. I. 1. 7. *varietas negotiorum tota iurisdictione* sustinetur. *Ern.*

SUSURRATIO. Fam. VIII. 1. de Caesare crebri et non belli rumores, sed susurrationes veniunt.

SUSURRUS. Tusc. V. 36. *Leviculus Demosthenes; qui illo* susurro *delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae* — insusurrantisque *alteri: Hic est ille Demosthenes.*

SUTOR Flacc. sutores *et zonasii.*

SUTORIUS Fam. IX 21. sudorium *atramentum.*

SUTUS N. D. II. 60. *tegumenta corporum vel texta* vel suta.

SUUS. Leg. II. 10. *Sui Dii* sunt patrii, quos iam maiores coluerunt, et opponuntur peregrinis et novis, quorum cultus aut nondum aut nuper domum receptus est. 2. fautor, amicus. Quint. 7. *Alphenus utebatur populo* suo, e ludis inprimis gladiatoriis sumtum est, et de favore dicitur, de quo supra. Populus favebat Alpheno, optabat, ut Alpheno res succederet, et, si qua petitio ei successerat, laetabatur. 3. Agr. II. 1. *petere consulatum anno* suo: *h. e.* eo, quo per legem annalem primum eum petere licet. Lael. 3. *factus est Consul bis. primum ante tempus, iterum sibi,* suo *tempore, reip. pene sero.* 4. Fin. IV. 4 *is poterit semper esse in disputando* suus; de eo dicitur, qui artem disserendi, h. e. Dialecticam didicit, et semper reperire potest, quid et quomodo dicendum sit, neque

opus habet confidere dictatis magistri, et memoriae: quod qui faciunt, ubi eos memoria aut dictata destituunt, in disputando haereant necesse est. 3. saepe *suus* etiam est pro demonstrativo *eius*. Inv. II. 17. *hunc pater suus consilium plebis habentem de templo deduxit.* Vid. Sanctii Minerv. II. 12. et ibi Perizon. *Ern.*

SYNGRAPHA, literae, quibus creditor sibi cavet a debitore, ut possit docere, sibi pecuniam ab eo deberi, si forte infitiari velit, eaeque a testibus obsignatae in templis, aut apud amicum communem, aut apud argentarium, deponuntur, exemplis earum creditori et debitori datis. Verr. I. 36. *pecunias occuparat apud populos et syngraphas fecerat.* De creditore; ad quem locum vid. Hotom. Dom. 50. *si tuus scriptor non syngraphas cum Byzantiis exulibus et legatis regiis faceret*: nempe eius pecuniae, quam pollicebantur dare. Sic Har. R. 16. *qui cum Hermacho Chio syngraphas fecit. etc.* Fam. VII. 17 *tamquam syngrapham ad Imperatorem attulisses, sic pecunia ablata domum redire properabas.* Har. R. 13, *unde tibi solvat, quod per syngrapham credidisti.* Muren. 17. *tamquam ex syngrapha agere cum populo*: *h. e.* tamquam debitum postulare, quemadmodum pecunia debita ex syngrapha postulatur. Att. V. 21. *ex syngrapha ius dici cum lex Gabinia vetaret.* Ex syngrapha ius dicit Praetor, cum decernit solvendam esse pecuniam, quae per syngrapham credita sit. De syngraphis vid. inpr. Salmas. mod. Usur. c. 10. 11. *Ern.*

T.

TABELLA, *tabula* cera inducta, in qua scribitur. Sic est pro epistola Catil. III. 5. tabellas *proferri iussimus, quae a quoque dicebantur datae;* unde etiam *tabellarii* dicuntur. Item pro *syngrapha*, vel alio instrumento, quod fidei faciendae causa fit. Tusc. V. 11. tabellis *obsignatis agis mecum et testificaris, quid dixerim.* conf. Quint. 6. Sunt etiam tabellae, quibus in comitiis suffragia, in iudiciis sententiae feruntur, unde *leges tabellariae* dictae sunt, de quibus vid. Ind. Leg. Verr. II. 33. *huic* iudicialis tabella *committetur.* *in* Caecil 7. *ceratam unicuique* tabellam *dari*, *ce-*

ra legitima, non illa infami ac nefaria. Agr. II. 2. *quod meis comitiis, non* tabellam vindicem' *tacitae libertatis etc.* 2. Cluent. 65. tabellae *quaestionis. i. e. in* quibus scriptum est, qui torti sint, et quid dixerint in equuleo.

TABELLARIUS. Lex Tabellaria. v. Ind. Legg.

TABERNA, ubi merces suas venales et exponunt, et faciunt opifices. Catil. IV. 8. *lenonem quendam Lentuli concursare circum* tabernas, *pretio sperare sollicitari posse animos egentium .. sed nulli sunt iuventi, .. qui non ipsum illum* sellae *atque* operis *et* quaestus *quotidiani locum .. salvum esse velint, multo vero pars maxima eorum, qui in* tabernis *sunt .. quorum si quaestus,* occlusis tabernis *minui solet.* Clauduntur autem tabernae edictis. Dom. 21. de Clodio: *cum edictis tuis* tabernas claudi *iubebas:* quod quare fecerit, docet locus Acad. IV. 47. *quid me igitur in invidiam et tanquam in concionem vocas, et quidem, ut seditiosi tribuni solent,* occludi tabernas *iubes.* Nempe, ut ab opera avocarentur opifices, plebeii homines, et in concionem confluentes concitari possent. Sed clauduntur etiam edicto consulum in tumultu. v. tumultus. Ceterum etiam de aliis locis dici, ubi libri, cibi etc. venales sunt, tralatitium est. cf tabernarius. 2. sunt etiam *tabernae* pro cauponis. Q. Fr. III. 7. *Romae et maxime Appia ad Martis, mira proluvies: Crassipedis ambulatio ablata,* tabernae *plurimae.* 3. spectaculum, s. locus structus in circo etc. unde spectetur. Muren. 35. *quid statuent in viros primarios, qui in circo totas* tabernas, *tribulium causa, compararunt. Ern.*

TABERNACULUM, itineris causa tabernacula comparantur, ut, ubi deversorium non est, aut urbs attingi non potest etc. in via noctu in iis manere possint, qui mos est antiquissimus: unde tabernacula publice Romae dabantur legatis, magistratibus in provincias ituris. vid. Periz. ad Aelian IV. 1. 9. Att. V. 16. *multis locis ne tectum quidem accipio, et in* tabernaculo *maneo plerumque.* Agrar. II. 13. *deinde ornat Decemviros* tabernaculis, *centuriis, supellectili.* 2. in castris etiam solent, ut notum est, milites in tabernaculis esse, unde elegans illud in Brut. 9. de Demetrio Phalereo: *processit enim non ut e militari* tabernaculo, *sed ut e Theophrasti umbraculis:* h. e. non in caussis forensibus versatus est, de quibus etiam *pulvis et sol*

dicitur, sed in philosophorum subtili ratione et leni. cf. umbra. pulvis. 3. *tabernaculum* porro est etiam auspicantium ante urbem noctu in templo. Vid. surgere. Div. I. 17. *cum* tabernaculum *vitio cepisset imprudens* ibid. II. 35. tabernaculum *recte captum*. Hoc quale sit, ostenditur ibid. Div. I. 17. *quod inauspicato pomoerium transgressus esset Consul.* 4. Metaphorice eleganter est Or. III. 20. *collocare* tabernaculum *vitae suae in philosophia. Ern.*

TABERNARIUS. nomen opificum et eorum, qui in tabernis merces, cibos, vinum etc. venales habent, qui sunt de infima plebe homines. Fam. VIII. 6. *nisi cum* tabernariis *et aquariis pugnarem.* Ubi Manutius de iis tantum capi vult, in quorum tabernas homines cibi gratia veniunt; quem vide. Dom. 5. *Clodius concitator* tabernariorum. vid. taberna. Flacc. 8. *opifices et* tabernarios, *atque illam omnem faecem civitatum, quid est negotii concitare.*

TABESCERE. Catil. II. 4. tabescere *desiderio*. Att. III. 25. *in hac calamitate* tabescendum *est*. N. D. II, 20. humor tabescit *calore. i. e.* liquefit. Att. II. 14. *otium, quo nunc* tabescimus.

TABIFICUS. Tusc. IV. 16. tabificae *mentis perturbationes* (*nagende Leidenschaften.*)

TABULA, omne genus instrumenti sive ex aere facti, sive cerati, in quo aliquid scribitur; (quamquam Liv. I 24. *tabulam* et *ceram* distinguit, et de aeneis tantum dicit.) et ipse Cicero in Verrinis saepe commemorat *tabulas et literas*; sed aliis locis etiam literas tabularum nomine comprehendit. vid. Sigon. de Iudic. II. 16. quemadmodum interdum literarum nomine *tabulas*, ut in Caecil. 9. *Tabulas* ergo Cicero dicit 1. codices acceptorum et expensorum. Rosc. C. 1. *qui in iudicio suo suis* tabulis, *testibus, uti conatur.* Verr. II. 7. *multorum* tabulis *vobis satisfactum est.* ibid. 74. 76. et sic est pluribus locis. Sic cape in Verrinis, ubi a literis distinguuntur, v. c. II. 74. coll. 76. dicuntur *tabulae societatis* honeste removeri non potuisse, *literas* autem h. e. parvos rationum libellos, potuisse, et remotas esse. Etiam Codices rationum publicarum dicuntur *tabulae publicae.* Verr. I. 21. Rosc. Am. 44. Hinc 2. *tabulae novae* dicuntur, cum nomina in tabulis expensorum mutantur, h. e. aut plane delentur,

ut

ut creditores debitoribus omne debitum condonent, (ut Pearcius accipit Off. II. 13. quod tamen non patitur locus Ciceronis c. 24. ubi a Caesare victore novas tabulas factas docet) aut pars de summa demitur; quod publica auctoritate interdum factum est: ut quum, ut est apud Sallust. Catil. 33. argentum aere solvi iuberetur, h. e. sestertii pro denariis, quarta pars debiti quinque et viginti pro centenis: quod quum esset iussum, omnes omnium tabulae mutandae et aliter scribendae erant; hinc Graecis *novae tabulae* dicuntur *χρεῶν ἀποκοπαί*. *Tabulae novae* ap. Ciceronem saepe commemorantur. v. c. Catil. II. 8. Phil. VI. 4. Att. V. 21. ibid. XIV. 21. *maxime autem exspecto, ecquid Dolabella tinniat* (h. e. solvat) *an in meo nomine* tabulas novas *fecerit: h. e.* solvere nolit, quod debet. 3. *tabulae* etiam sunt Pis. 13. *s. in comitiis*, intelliguntur que eae, in quibus, post suffragiorum diremtionem, suffragia punctis notantur, ut recte explicat Gesnerus ad Varr. R. R. III. 5. extr. 4. Codices, in quibus memoria rerum publice, tanquam in censu, iudiciis, actarum perscribitur, et omne genus codicis cerati. Verr. II. 42. *ut* tabulas *publicas corrumpere auderes*. Sermo est de codice, in quo scripta erant nomina de crimine delatorum, qui et *commentarius Praetoris* dicitur: cuiusmodi codicis mentio est Cluent., 33. 5. SCta, leges etc. in aere scriptae, item pactiones, syngraphae etc. Pis. 15. Phil. I. 2. *ne qua* tabula *illius decreti Caesaris figeretur*. Or. I. 13. Phil. II. 36. *toto Capitolio* tabulae *figebantur*. ad Q. Fr. II 6 *Racilius tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum*. 6. *de* tabula proscriptionis. Rosc. Am. 9. *de* tabulis *eximere nomen*, int. proscriptorum: adde c. 8. 7. geographica descriptio, quae et graece *πίναξ* dicitur. Att. VI. 2. *Dicaearchi* tabulae. 8. *tabula* est etiam argentariorum mensa, item *auctio*. Caecin. 6. *adest ad* tabulam: *licetur Aebutius*. cf Att. XII. 40. XIII. 25. Nam auctiones privatae fere ad tabulam argentarii fiebant, ut pretia rerum in argentariorum tabulas referri possent. conf. Quint. XI. 2. Sic commemoratur Vatin. 9. tabula *Valeria*, ad quam sedere solebant tribuni pleb. ut viderent, quid in concione ageretur, ut essent praesentes, si quis eorum auxilio indigeret. Quint. 6. *suos necessarios corrogat, ut ad* tabulam Sextiam *sibi adsint, veniunt*

frequentes: testificatur iste, P. Quintium non stitisse. int. vadimonium. Nam vadimonia obiri, syngraphae fieri, aliaque eiusmodi, ad tabulam argentarii alicuius solebant, quod in iis rebus testibus opus, quos ibi facile recipere poterant. *Ern.*

TABULARIUM, locus in quo tabulae publicae servantur. Rabir. Perd. 3. Arch. 4. ubi vid. Passeratius. *Ern.*

TACERE. 1. sensu proprio. Sext. 18. *Illi hominibus timentibus* tacendo *loqui, non infitiando confiteri videbantur* Rull. III. 2. *ut doceam Rullum posthac in his saltem* tacere *rebus, in quibus de se* taceri *velit.* 2. Verr. I. 9. dicitur de eo, qui causam non perpetua oratione agit, sed ita, ut Cicero fecit in prima actione in Verrem.

TACITURNITAS. Inv. I. 32. taciturnitas *imitatur confessionem.* Catil. I. 7. *vocis contumeliam exspectas, quum sis gravissimo iudicio* taciturnitatis *oppressus.*

TACITUS. Catil. I. 8. *quid exspectas auctoritatem loquentium quorum* voluntatem tacitorum *perspicis?* Orat. 60. *aures* tacito *sensu sine arte definiunt.* Rosc. Com. 7. tacita *corporis figura coniecturam affert de hominibus.*

TACTUS, de sideribus. N. D. II. 15. *is solis* tactus *est, ut non tepefaciat solum, sed etiam comburat.* Div. II. 46. *plus terrarum situs, quam lunae* tactus *ad nascendum valere.* Quamquam Gruter. et Davis. etc., hic habent *tractus.* Ea vox quod nullum commodum sensum haberet, Jo. Clericus, cuius sententiam probat Davisius, legebat *status*, ex c. 44. non absurde: sed non opus est, a Codd. MSS. recedere, quorum multi habent *tactus*, quidam *actus* et *tractus*, quae voces minus abeunt a *tactus*, quam a *status*. *Tactus* commode explicari potest; est enim vis lunae in res terrestres, quae ei tribuitur, vulgo: influxus lunae. Sic soli *tactum* tribui vidimus, eodemque sensu *contactus* et *contagio* dicuntur. Ap. Vitruv. IX. 9. in libris est *tractus caeli:* pro quo recte repositum est *tactus caeli: i. e.* pressio aëris. Apud Virgil. *caeli tractus* Aen. III. 38. de aëre, quoad spiritu trahitur: ubi tamen Codd. habent *tactus:* Burmannusque optionem relinquit lectori. Ego et ibi *tactus* praetulerim, quia

etiam de arboribus et segetibus sermo. vid. Tractus. *Ernest.*

TAGAX, fur, ab antiquo *tagere.* Att. VI. 3. *est enim levis, libidinosus!,* tagax. Hanc vocem dedit e Cod. MS. Cuiacius demum. Itaque non est in Nizoliano thesauro. *Ern.*

TALARIA, calcei alati, qui Mercurio et Minervae, N. D. III. 23. tribuuntur ad significandam celeritatem. Hinc Att. XII. 21. talaria *videamus:* h. e. fugiamus. Haec intellige ap. Ovid. Met. X. 591. ubi male N. Heinsius vestem talarem intelligit. *Ern.*

TALARIS. ad talos dependens. Catil. II. 10. coll. Verr. V. 13. *tunicae* talares, sunt mollium hominum. Vid. Gell. VII. 11. et Salmas. ad Hist. Aug. T. II. p. 556. sq. *Ern.*

TALARIUS. Att. I. 16. ubi vid. Casaub. Off. I. 42. epith. ludi, in quo talis utuntur. *Ern.*

TALIO vindictae s. poenae genus, quo par pari redditur. Leg fragm. ap. Augustin.

TALUS. *Gr.* ἀστράγαλος, ossiculum in suffragine pedum posteriorum in animalibus quibusdam bisulcis, ex quo ludi instrumentum fit, unde nomen duxit. Sed beatiores ex ebore, auro, argento habebant. Ovid. A. A. II. 203. 205. Ceterum tironum causa hic breviter, quae de talis scire opus est, referemus. *Tali* differunt a *tesseris*, quae sex latera habent, quum in talis sint quatuor, et quidem in longitudinem, reliquorum duorum in latitudinem; laterum ratio nulla ducitur. Punctum est in uno latere unum: latus oppositum sex puncta habet, unde *senio* dicitur, reliqua latera tribus et quatuor punctis notantur. Luditur talis quatuor Div. I. 13. tesseris autem tribus. Concutiuntur in fritillo, et inde per pyrgum seu turriculam (etiam phimus, orca dicitur) in tabulam mittuntur lusoriam s. talariam. Optimus iactus est *Venerius*, cum omnes tali latus aliud ostendunt; pessimus, cum omnes idem, qui *Canis* dicitur. In reliquis iactibus numerus punctorum valet. Ceterum, ut in nostris ludis est, non easdem leges videntur omnes servasse, sed de quibus convenerat inter ludentes. Quum talus caderet in caput, hoc est, in latus, quod erat in latitudinem, et nullis punctis notatum, iactus repetendus erat. In hoc iactu dicitur *talus rectus cadere, rectus assistere.* Fin. III. 16. Qui de hoc ludo scripserunt,

runcium nec attigit *quisquam nec tacturus est.* Rull. II. 25. *iccirco agros nominare non possum, quia* tangam *nullum ab invito.* 4. examinare, de rationibus. Phil. VIII. 9. *ne* tangantur *rationes ad Opis.* Nempe Antonius postulabat, ut recte Manutius, ne quid immutaretur in iis tabulis, in quibus dissipatae ab Antonio pecuniae exstabat. Dissipaverat autem septies millies; quam Caesar pecuniam deposuerat. Huc illud spectat quod est Phil. V. 6. *direptio eius pecuniae cuius ratio in aede Opis confecta est* et ibid. cap. 4. *illa vero dissipatio pecuniae publicae ferenda non est per quam septies millies falsis perscriptionibus donationibusque avertit.* 5. commovere, perturbare Att. II. 19. *minae quae mihi proponuntur modice me* tangunt. 6. Att. XV. 11. *quum ingressus essem dicere, quid oportuisset — nec tamen illum locum* attingerem *quemquam praeterea oportuisse* tangi: Si vera est lectio significatur, *quemquam praeterea oportuisse occidi*, praeter Caesarem scil. Manutius tamen verbum *tangi* quod abest aliquot Mss. vett. delendum putabat, ita ut post *oportuisse* intelligatur *occidi.* 7. *tangere* in oratione vel disputatione est *leviter tractare*, breviter mentionem rei facere. Rosc. Am. 30. *neque omnia dicam, et leviter unumquodque* tangam Ac. pr. II. 44. *ubi Xenocrates, ubi Aristoteles illa tetigit?*

TAMQUAM. Vatin. 2. *repente te,* tamquam *serpens e latibulis intulisti* Rosc. Am. 32. tamquam *si offusa reip. sempiterna nox esset*, ita *ruebant* Fam. XIII. 69. Tusc. V. 5. tamquam *levia quaedam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant* Brut. 18. Odyssea Latina est sic tamquam *opus aliquod Daedali.*

TANTI. Formula *est tanti* Catil. I. 9. II. 7. Verr. IV. 12. 20. Att. V. 20. etc. significat, esse aut fuisse cur quis quid faciat, feceritve; utile fuisse, ei qui fecerit. Vid. Manut. ad Verr. IV. 20. plures laudat Arnzenius ad Plin. Paneg. 6. *Ern.*

TANTUM. Formula *tantum quod* duobus modis dicitur. 1. pro *vix, modo* Fam. VII. 23. tantum quod *ex Arpinati veneram* cf. Att. XV. 13. Vid. Graev. ad Luciani Soloecistam p. 729. Gronov. ad Liv. XXXIII. 5. Deinde 2. significat i. q. *hoc unum tantum deerat*, s. *nihil deerat nisi.* Verr. I. 45. tantum quod *hominem non nominat.* ibid. III. 53. tantum quod *aratoribus Me-*

giendum impedimento fore putabat. 2. in modis musicis. Fr. de suis consil. — tarditas *modorum* et *gravitas cantus.* 3. in rebus agendis. Sext. 47. *maioribus praesidiis et copiis oppugnatur resp. quam defenditur, quod audaces homines et perditi nutu impelluntur — boni, nescio quomodo* tardiores *sunt, et principiis rerum neglectis ad extremum ipsa denique necessitate excitantur; ita ut nonnumquam cunctatione et* tarditate *dum otium volunt etiam sine dignitate retinere, ipsi utrumque amittant.* Phil. XI. 10. *ista sententia affert* tarditatem ad Dolabellam *persequendum.* ibid. V. 9. ista legatio moram et tarditatem afferet bello. 4. eorum quae accidunt, vel eveniunt. Phil. II. 46. *certatim posthac mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis* tarditas *exspectabitur.* 5. *tarditas* in animo est stultitia, quum quis parum videt, quid aut quomodo sit agendum, omninoque ingenium hebes. Orat. I. 27. *oratoris peccatum, si quod est animadversum* stultitiae *peccatum videtur — cuius in dicendo aliquid reprehensum est, aut aeterna in eo, aut certe diuturna valet opinio* tarditatis. Orat. 68. *Tantum abest, ut quod ii, qui hoc aut magistrorum inopia, aut* ingenii tarditate *aut laboris fuga non sunt assecuti, solent dicere, enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit.*

TARDUS. 1. *lentus* in gressu, vel in agendo. Inv. I. 24. velox *an tardus* sit. Att. X. 40. *omnia adhuc* tarda *et* spissa. Caecin. 3. iuris *dubitatio* tardiorem *me facit ad iudicandum.* 2. *iners; ignavus.* Fin. II. 13. *Cyrenaici ut* tardam *aliquam et languidam pecudem ad pastum et ad procreandi voluptatem, sic hoc divinum animal* (hominem) *ortum esse voluerunt.* 3. de metris versiculorum aut musicorum modis Orat. 64. *Spondeus, quod est e longis duabus hebetior videtur et* tardior. Orat. I. 60. solet *Roscius dicere, se, quo plus sibi aetatis accederet, eo* tardiores *tibicinis modos, et cantus remissiores esse facturum.* 4. de ingenio aut sensu quum dicitur est i. q. hebes, obtusus. Ac. post. I. 8. sensus *omnes hebetes et* tardos *esse arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quae sensibus subiectae esse viderentur.* Rull. III. 2. *quem vestrum tam* tardo ingenio *fore putavit*, cui *post eos consules Sullam dictatorem fuisse, in mentem venire non posset.* Orat. I. 28. *Satis est ceteris artificiis percipien-*

vivebat iste bonus imperator hibernis mensibus; ut eum non facile non modo extra tectum, *sed ne extra* lectum *quisquam videret.* Att. V. 16. *multis locis ne* tectum *quidem accipio (nehme kein Quartier in einem Hause an) et in tabernaculo maneo plerumque* Catil. III. 12. *vos in vestra* tecta *discedite.*

TECTUS 1. sensu proprio Tusc. V. 13. *alias bestias nantes* (natura esse voluit) *nonnullas abditas terraque* tectas. 2. metaphorice is qui occultat consilia, et est dissimulator. Rosc. Am. 40. tecti *ad alienos esse possumus, intimi multa apertiora videant necesse est.* Orat. 42. ac fortasse *alii* tectiores (h. e. dissimulant se eloquentiam didicisse) *ego semper me didicisse prae me tuli.* Fin. II. 17. *non igitur de improbo, sed de callide improbo quaerimus. — Is enim qui* occultus *et* tectus *dicitur, tantum abest ut se indicet, perficiet etiam ut dolere alterius improbe facto videatur.* 3. transfertur ad orationem. Fam. IX. 22. tectis *verbis ea ad te scripsi, quae apertissimis agunt Stoici.* 4. *tectus* dicitur orator, qui providet ne quid committat, quod causae suae nocere possit. Orat. II. 73. *ego, Antoni, semper is fui qui de te oratore sic praedicarem, unum te in dicendo mihi videri* tectissimum, *propriumque hoc esse laudis tuae, nihil a te umquam esse dictum quod* obesset *ei, pro quo diceres.* 5. defensus. Orat. I. 59. *nostri clarissimorum hominum auctoritate leges et iura* tecta *(sicher gestellt, geschützt) esse voluerunt.*

TEGERE 1. sensu proprio. Div. II. 69. Alcibiades *quum esset proiectus inhumatus ab omnibusque desertus iaceret, amica corpus eius* texit *suo pallio.* 2. *occultare.* Brut. 14. Brutus *qui summam prudentiam stultitiae simulatione* texerit. Pis. 24. *triumphi nomine* tegere *atque* velare *cupiditatem suam* (scil. provinciae administrandae) Quint. 26. *id te admisisse dicis, quod ne mendacio quidem* tegere *possis.* Sext. 9. *animus eius cultu, flagitia parietibus* tegebantur. Rab. Perd. 7. *inclusum atque abditum latere in occulto, atque ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis* tegere. Q. Fr. I. 1, 11. *unius cuiusque natura* tegitur *et quasi velis quibusdam obtenditur.* Tusc. V. 4. id *potissimum consecuti sumus, quo Socratem usum arbitrabamur, ut nostram ipsi sententiam* tegeremus, *errore alios levaremus.* 3. *defendere, tueri.* Planc. 11 *is meam salutem*

atque vitam sua benivolentia praesidioque texit. Fam. III. 10. *quum me armis* texisset *suis*. Caecin. 29. ego hoc vocifero — *quum maiores vim armatam nulla iuris defensione* texerint, — *factum illius qui deiecerit in iudicium venire*. Mil. 7. tegere *se ianua ac parietibus non iure legum* Phil. XIII. 2. *Ora nobis eorum ponite ante oculos et maxime Antoniorum incessum* — latera tegentes *alios, sequentes alios, alios praegredientes amicos* Caecin. 21. *arma esse alia ad* tegendum, *alia ad nocendum* (*Schutz- und Trutzwaffen.*)

TEGMEN. 1. tegumentum. N. D. II. 44. *lato sub* tegmine *caeli*. Div. II. 30. *foliorum* tegmine *septos corripuit pullos*. 2. vestis pellicea. Tusc. V. 32. *mihi amictui est Scythicum* tegmen.

TEGULAE Dachziegeln. Verr. III. 50. *si quis villicus ex eo fundo, qui HS X. meritasset, excisis arboribus ac venditis*, demptis tegulis, *instrumento, pecore abalienato domino XX millia numum, pro X miserit, primo dominus ignarus incommodi sui gaudeat — deinde quum audierit eas res quibus fundi fructus et cultura continetur amotas et venditas, summo supplicio villicum afficiat*. — Phil. II. 18. *quum tu — nocte socia — per* tegulas *demitterere* Hortens. fr. *solertiam eam, quae posset vel in* tegulis *proseminare ostreas*.

TEGUMENTUM. N. D. II. 60. tegumenta *corporum vel texta vel suta*. Fin. V. 11. Philoctetes, *configebat tardus celeres* (aves) *stans volantes, ut apud Attium est, pinnarumque contextu corpori* tegumenta *faciebat*.

TELA. Verr. IV. 26. *domus plena* telarum. Ac. pr. II. 29. *quid quod eadem illa* ars (dialecticorum) *quasi Penelope* telam *retexens, tollit ad extremum superiora?*

TELLUS 1. terra Somn. 3. tellus *neque movetur et infima est*. 2. dea hoc nomine culta. Att. I. 13. in Telluris i. e in sede Telluris. Q. Fr. III. 1. ad Telluris *tuam statuam locavi*. N. D. III. 20. *tum si est Ceres a gerendo — terra ipsa dea est et ita habetur; quae est enim alia* Tellus?

TELUM. 1. sensu proprio. Oecon. 1. fr. *seorsum arma ac* tela (*Schutz- und Trutzwaffen*) *seponebantur*. Ac. M. 10. *cupere debemus, quo manuum nostrarum* tela *pervenerint, eodem gloriam famamque pene-*

trare. Mil. 3. esse *cum* telo. Rosc. Am. 12. C. *Fimbria — quum curasset in funere C. Marii, ut Q. Scaevola vulneraretur — diem Scaevolae dixit, posteaquam comperit eum posse vivere. Quum ab eo quaereretur, quid tandem accusaturus esset eum — aiunt hominem ut erat furiosus, respondisse, quod non totum* telum *corpore recepisset.* 2. pro quolibet instrumento rei gerendae Lael. 17. *non mediocre* telum *ad res gerendas existimare oportet benivolentiam civium.* Fam. VII. 16. *usque quaque sapere oportet, id erit* telum *acerrimum.* 3. de argumentis adversarii in iudicio. Quint. 2. *ita fit, ut ego qui* tela *depellere et vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, quum etiam telum adversarius nullum iecerit,* 4. de postulatis accusatoris aut petitoris in reum, aut in eum unde petitur. Quint. 16. *ergo in eum, qui semel hoc commisit, ut tibi praesto non esset omnia* tela *coniecisti, quae parata sunt in eos qui permulta male agendi causa fraudandique fecerunt?* Nempe Sex. Naevius a praetore postularat, quoniam Quintius semel ad vadimonium non venerat, ut ex edicto bona eius possidere liceret.

TEMERARIUS. 1. sensu proprio Inv. I. 1. *caeca et* temeraria *cupiditas.* Fam. X. 21. temerarium *consilium.* 2. expers rationis Div. I. 29. temerariae *partes animi.*

TEMERE. 1. casu, s. fortuito. N. D. II. 44. *haec omnis descriptio siderum atque hic tantus caeli ornatus ex corporibus huc et illuc casu et* temere *concursantibus potuisse effici cuiquam sano videri potest?* Orat. 56. *Herodotus et eadem superiorque aetas numero* (i. e. oratione numerosa) *caruit, nisi quando* temere *ac* fortuito. Div. I. 13. *aspersa* temere *pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt; num etiam Veneris Coae pulchritudinem effingi posse* aspersione fortuita *putas?* 2. *non temere* est i. e. haud facile Phil. VIII. 5. *omnino irasci amicis non* temere *soleo, ne si merentur quidem.* Her. II. 8. *negabimus* temere *famam nasci solere, quin subsit aliquid.* 3. inconsulte, sine ratione, N. D. I. 16. *ea qui consideres, quam inconsulte ac* temere *dicantur* Inv. I. 34. *domus ea, quae ratione regitur, omnibus instructior est rebus et apparatior, quam ea, quae* temere *et* nullo consilio *administratur.* Div. II. 55. *partim ficta aperte, partim ef-*

futita temere. Orat. II. 8. *quum plerique* temere *ac nulla oratione causas in foro dicant.*

TEMERITAS 1. das Ungefähr in Begebenheiten. Div. II. 41. quid sors est? idem prepemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras, *quibus in rebus* temeritas *et* casus, *non ratio nec consilium valet.* 2. imprudentia et inconsiderantia in rebus agendis. Off. I. 13. *multi* (in beneficiis tribuendis) *faciunt multa* temeritate *quadam*, sine iudicio vel modo, *in omnes* repentino *quodam*, *quasi vento*, impetu animi *incitati; quae beneficia aeque magna non sunt habenda, atque ea quae* iudicio considerate, constanterque *delata sunt.* Planc. 4. *Populus si iudicat non* delectu *aliquo aut* sapientia *ducitur ad iudicandum, sed* impetu *nonnumquam et quadam etiam* temeritate. *Non est enim* consilium *in vulgo non* ratio, *non* discrimen, *non* diligentia. — 3. de assensu temere falsis aut incertis opinionibus dato. Div. I. 4. *nobismetipsis quaerentibus verentibusque* ne temere *vel* falsae rei *vel non* satis cognitae *assentiamur faciendum videtur, ut diligenter etiam atque etiam argumenta cum argumentis comparemus. Nam quum omnibus in rebus* temeritas *errorque turpis est, tum in eo loco maxime.* — Off. II. 2. *affirmandi* arrogantiam *vitantem fugere temeritatem, quae a sapientia dissidet plurimum.*

TEMETUM, vinum de Rep. III. fr. *careant* temeto *omnes mulieres.*

TEMO, *die Stange an Fuhrwerken.* N. D. II. 42. *Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes quod* quasi temone *adiunctam prae se quatit Arctum*; ex Arateis.

TEMPERAMENTUM, *eine Auskunft.* Leg. III. 10. *concessa plebi a patribus ista* potestate (tribunorum plebis) — *inventum est* temperamentum, *quo tenuiores cum principibus aequari se putarent.*

TEMPERANS Font. 14. frugi hominem *et in omnibus vitae partibus moderatum ac* temperantem *videtis.* Parad. III. 1. *an* temperantem eum (dices) *qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit?*

TEMPERANTIA. Inv. II. 54. Temperantia *est rationis in libidinem et in alios non rectos impetus animi firma et moderata animi dominatio.* N. D. III. 15. temperantia *constat ex praetermittendis voluptatibus* Fin. V. 20. ibid. II. 19. *modestia vel* temperantia *est*

moderatio cupiditatum rationi obediens. Off. III. 33. *restat quarta pars, quae decore, moderatione, modestia, continentia,* temperantia *continetur.* ibid. I. 27. *sequitur ut de una reliqua* parte honestatis *dicendum sit, in qua* verecundia et quasi *quidam* ornatus vitae, temperantia *et* modestia, *omnisque* sedatio perturbationum *animi, et* rerum modus *cernitur.* Partit. 22. virtus quae *moderandis cupiditatibus regendisque animi motibus laudatur, eius est munus in agendo, cui* temperantiae *nomen est.* Et hoc quidem loco aliter atque alibi in partes distribuitur temperantia, ita ut ei quoque *fortitudo* et *iustitia* subiiciantur. Tusc. 8. *veri simile illud est, qui sit* temperans *quem Graeci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant., quam soleo equidem tum* temperantiam, *tum* moderationem *appellare, nonnumquam etiam* modestiam, *sed haud scio an recte ea virtus* frugalitas *appellari possit.* Tusc. IV. 9. temperantia *sedat appetitiones et efficit, ut eae rectae rationi pareant, conservatque considerata iudicia mentis.* 2. transfertur deinde huius virtutis nomen ad singula quaedam, in quibus modus tenetur. Sic Orat. II. 60. *dicacitatis moderatio et* temperantia. Ita Fam. VIII. 10. *existimatio temperantiae,* iis tribuitur, qui haud appetere provinciam videri volebant.

TEMPERARE. 1. moderari N. D. II. 19. *solis tum accessus modici tum recessus et frigoris et caloris modum* temperant. Tusc. I. 1. *remp. nostri maiores certe melioribus* (quam Graeci) temperaverunt et *institutis* et *legibus.* Orat. 18. *oculorum est* (in oratore) *magna* moderatio; *nam ut imago est animi* vultus, *sic indices oculi, quorum et hilaritatis et vicissim tristitiae modum res ipsae de quibus agetur,* temperabunt. 2. lenire. Phil. XII. 11. *cuius* (*Antonii*) *acerbitas morum, immanitasque naturae ne vino quidem* permixta temperari *solet.* N. D. II. 53. *Etesiarum flatu nimii* temperantur *calores.* 3. cum dativo, *parcere* Verr. I. 59. temperare *sociis* II. 2. temperare *hostibus* Balb. 27. *nostras inimicitias ipsi inter nos geramus amicis nostrorum inimicorum* temperemus. 4. abstinere Her. II. 19. *cui mirum videbitur istum a maleficio non* temperasse. ibid. IV. 18. *qui in sermonibus et conventu amicorum verum dixerit nunquam, eum sibi in concionibus credis a mendacio* temperaturum? 5. cum infinitivo. Div. I. 21. temperaret *tollere,* i. e. *ne* tolleret. 6. *mi-*

ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, rationem vitae, casus cuiusque eventusque fingi. 2. de sonis et de numeris orationis Tusc. I. 25. *auribus magna oblectatio parta est, inventa et* temperata *varietate et natura sonorum* Orat. 57. *sit oratio permista et* temperata *numeris.* 3. de cibis i. q. modicus. Div. I. 51. *animus* (in somnis) *omnia, quae in rerum natura sunt, videt, si modo* temperatis *escis* modicisque *potionibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse vigilet.* 4. de oratione. Off. I. 1. *aequabile et* temperatum *orationis genus.* Orat. II. 53. neque *est ulla* temperatior *oratio, quam illa in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur, remissio autem lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur.* 5. de hominibus eorumque moribus i. q. moderatus. Verr. IV. 43. *homo* temperatissimus Fam. XII. 27. temperati *moderatique mores.* Att. XI. 24. *moderatione paullo minus* temperatus. 6. *equi* dicuntur *temperati* i. e. domiti et tractatione condocefacti Lael. 17. *ut utamur quasi* equis temperatis, *sic amicitiis, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum.*

TEMPESTAS. 1. *Wetter, Witterung.* Verr. IV. 40. *Erat hiems summa* — tempestas *perfrigida.* Q. Fr. II. 2. *tu velim quam primum bona et certa* tempestate (navim) *conscendas.* Fr. ep. *quum iter facerem Claternam* tempestate *spurcissima.* Flacc. 13. tempestatum *moderatio et conversio.* Att. II. 6. *ad lacertas captandas* tempestates *non sunt idoneae.* Div. II. 45. *Volunt illi* (Chaldaei) *omnes eodem tempore ortos, qui ubique sint nati, eadem conditione nasci. Sed quae tanta dementia est, ut in maximis motibus mutationibusque caeli nihil intersit, qui ventus, qui imber quae* tempestas *ubique sit; quarum rerum in proximis locis tantae dissimilitudines saepe sunt, ut alia Tusculi, alia Romae eveniat saepe* tempestas. Orat. III. 15. *homines labore assiduo et quotidiano assueti, quum* tempestatis *causa opere prohibentur ad pilam — se conferunt.* 2. *Sturm, Ungewitter.* Phil. VII. 8. *etiam summi gubernatores in magnis* tempestatibus *admoneri solent.* Verr. I. 18. *subito* tempestates *coortae sunt maximae, ut non modo proficisci, quum cuperet, Dolabella non posset, sed vix in oppido consisteret, ita magni fluctus eiiciebantur.* Inv. II. 32. *quum magna in alto* tempestas *es-*

set vis ventorum invitis nautis Rhodiorum in portum navim coegit. Caecin. 30. tempestate *subito reiectus.* ibid. 31. *subito magnis commotis* tempestatibus *fluvius Euretas ita magnus ac vehemens factus est, ut eo traduci victimae nullo modo possent.* Off. II. 6. fortuna *ceteros casus rariores habet — ab inanimis, procellas,* tempestates, *naufragia, ruinas incendia.* Phil. V. 6. *en causam cur lex tam egregia* (Antonii iudiciaria) *maximo imbri,* tempestate, *ventis, procellis, turbinibus inter fulmina et tonitrua ferretur.* 3. metaphorice de motibus populi. Muren 17. *ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commoventur saepe improviso nulla ex certa ratione obscura aliqua ex causa excitantur, sic in hac* comitiorum tempestate populari *saepe intelligas, quo signo commota sit, saepe ita obscura est, ut casu excitata esse videatur.* Sext. 67. (Opimium) civem *egregium iniqui iudicii* procella *pervertit. Ceteri vero repentina vi perculsi,* ac tempestate populari *per populum tamen ipsum recreati sunt atque revocati.* 4. per aliam translationem de calamitatibus et periculis. Orat. I. 1. *qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximae molestiarum et turbulentissimae* tempestates *extiterunt* Catil. I. 9. *Video si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta* tempestas *invidiae nobis — impendeat. Sed est mihi tanti, dummodo ista privata sit calamitas, et a reip. periculis seiungatur.* 5. *tempestas* etiam dicitur homo perniciosus. Verr. III. 37. *Verres* tempestas *Siculorum* Dom. 53. *tu* procella *patriae, turbo ac* tempestas *pacis atque otii.* 6. obsoleta deinde significatione antiquitus *tempestas* dicebatur pro *tempore.* Orat. III. 38. Orat. 49.

TEMPESTIVE iusto et opportuno tempore N. D. II. 62. tempestiva *demetendi percipiendique fructus scientia.*

TEMPESTIVITAS. Opportunitas rerum certo tempore consequentium. Sen. 10. *Sua cuique parti aetatis* tempestivitas *est data, ut et infirmitas puerorum, et ferocitas iuvenum, et gravitas iam constantis aetatis sic senectutis maturitas naturale quiddam habeat, quod suo tempore percipi debeat.*

TEMPESTIVUS 1. Tempore opportunus. N. D. II. 53. *natura quam* tempestivos *dedit quam salutares*

res omnibus animantibus ac stirpibus ventos Etesias. Off. II. 4. *nec — sine hominum opera —* tempestivos *fructus ex his* (scil. bestiis) *capere possemus.* Manil. 12. *Pompeius nondum* tempestivo *ad navigandum mari Siciliam adiit.* Sen. 2. necesse fuit (in vita hominis) *esse aliquid extremum et tamquam in arborum baccis terraeque frugibus maturitate* tempestiva *quasi victum et caducum.* Tusc. I. 45. *multa mihi ipsi ad mortem* tempestiva *fuerunt.* 2. *tempestiva convivia* sunt longiora et in multam noctem producta. Sen. 14. *ego propter sermonis delectationem* tempestivis *quoque conviviis delector.* Att. IX. 1. *audio multa in me et severe in* conviviis tempestivis *quidem disputari* ibid. 13. *viris bonis me non nimis excuso. Quas enim eos cenas et facere, et obire scripsit ad me Sextus? quam lautas, quam* tempestivas? Muren. 6. *nemo saltat sobrius nisi forte insanit — neque in convivio moderato atque honesto.* Tempestivi *convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.*

TEMPERIUS, maturius. Div. IX. 17. temperius *fiat caena.* vid. Manut. ad h. l. qui docet, *temperius* esse antiquius quam *temporius*; quod veteres dixerint *tempus temperis;* unde etiam *temperi* sit apud Plautum, pro quo post dictum sit *tempori. Ern.*

TEMPLUM, locus ab auguribus certo ritu captus, ut in eo augurium agatur, sic fere definit Varro L. L. VI. p. m. 66. 67. De ritu capiendi, vid. Livius I. 18. de formulis quibus capiebatur, vid. Brisson. de Formul. L. I. non enim iisdem verbis concipiebatur usque, quaque, ut ait Varro l. c. qui et ipse unam attulit, sed hodie in libris insigniter corruptam, ideoque varie a doctis tentatam. vid. Scaliger ad h. l. Sic cape hoc verbum Leg. II. 9. *augures* templa *effata et liberata habento.* conf. *effari* 2. quoniam autem templum hoc augurum erat spatium caeli in omnes partes, quousque prospici poterat, hinc, in primis poëtis, de caelo dicitur. Somn. Scip. 3. *Deus is, cuius est* templum *hoc omne, quod conspicis.* Div. I. 20. *caeli caerula* templa. 3. deinde quoniam hic locus inauguratus et sanctus est, propterea omnis locus inauguratus templum dicitur. Milon. 1. *praesidia quae* pro *omnibus* templis *videtis.* Sic locus pro Rostris, ubi conciones habebantur, templum dicitur Verr. III 96. *qui quotidie* templum *teneret.* Vatin. 10. *in Rostris, in illo;*

quillum etc. tuum *porro* tempus *libertate populi Rom. oppressa, Senatus auctoritate deleta:* pro, quo tu tempore signum Concordiae dedicare volebas. Ligar. 2. *haec duo* tempora *carent criminae etc.* 3. opportunitas temporis. Rosc. Amer. 10. tempore *pugnare:* unde pro tempore opportuno dicitur. ad Qu. Fr. I. 2. *sed* tempore *ipso de epistolis.* 4. *ad tempus* est, quod fit, quia tempus postulat. Planc. 30. *ne proferre videar* ad tempus. cf. Fam. X. 9. Cael. 6. Sic fere capiendum est etiam Off. I. 8. extr. 5. eodem sensu dicitur etiam *ex tempore.* Verr III. 20. ex tempore *nascebantur edicta.* ibid. 71. *nihil* ex tempore *dicit.* cf. 75. 61. Flacc. 15. *solere suos cives ceterosque Graecos* ex tempore, *quod opus sit, obsignare:* quod ibidem etiam dicitur: *temporis causa.* Sic et est Rab. Post. 13. ubi additur, *nunc tempus nullum est: i. e.* nunc nihil est propter quod id faciant. Aliter autem est haec forma Attic. X. 1. ex tempore *futura conicis;* nempe pro, ex praesenti tempore. 6. Catil. I. 6. *nihil moliris, quod mihi latere valeat* in tempore. Graevius interpretatur: *tempestive*, neque dubito hoc significare *in tempore* posse. Sed quid est: nihil mihi latet tempestive? non est profecto conveniens huic loco sententia. Neque Ciceronianum puto: *latere valet*, pro *potest.* 7. In singulari pro parte capitis, de qua pluralem modo dici Grammatici praecipiunt. Heren. IV. 55. *et dubitanti Graccho* tempus *percutit.* Similiter dixit Catullus in Nupt. Jul. et Manl. 159 *tempus tremulum* *Ern.*

TEMULENTUS 1. sensu proprio, ebrius, vinolentus. Sext. 9. *consul* temulentus. Acad. Fr. *libera turba* temulentorum. 2. de voce balbutiente qualis esse solet temulentorum. p. Red. in Sen. 6. *pressa voce et* temulenta.

TENACITAS. N. D. II. 47. *quaedam animalia unguium* tenacitate *cibum arripiunt.*

TENAX nimis parcus. Cael. 15. *filium familias patre parco ac* tenaci *habere tuis copiis devinctum non potes.* Planc. 22. *quam convenit — eosdem quum iam essent experti quid valerent restrictos et* tenaces *fuisse?*

TENDERE. 1. *pergere* Div II. 2. *adhuc haec erant, ad reliqua acri* tendebamus *animo.* 2. *porrigere*, Font. 17. tendit *ad vos virgo Vestalis manus supplices, easdem quas pro vobis diis immortalibus* tendere

consuevit Catil. IV. 9. *vobis supplex* tendit *manus patria communis* 3. *offerre.* Phil. X. 4. Graecia — tendit *dexteram Italiae; suumque ei praesidium pollicetur* Orat. I. 40. *haec et similia iura suae gentis ignorantem — vagari magna cum caterva toto foro praesidium clientibus atque opem amicis et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui* porrigentem *atque* tendentem, *nonne inprimis flagitiosum putandum est?* 4. *extendere* Univ. 6. *animum ut in mundi medio collocavit, ita per medium* tetendit. 5. *moliri.* Rosc. Com. 16. *perfidia et malitia per quam insidiae* tenduntur *alicui.* 6. *aliquo ire;* Att. XVI. 5. *dubito an Venusiam* tendam, *ibique exspectem.* 7. intendere. Fin. II. 5. *sin voluptatem putat adiungendam, quae sit in motu — quid* tendit? (*was will er damit*).

TENDICULAE Caecin. 23. aucupia *verborum et literarum tendiculae*, sunt interpretum legis aut edicti, quum in literis et verbis calumniantur et literam nimis contra verum et aequum urgent. *Ern.*

TENEBRAE, praeter sensum proprium 1. perturbatio reipubl., bellum civile. Rosc. Am. 32. *qui tamquam si effusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in* tenebris, *omniaque miscebant.* Sen. p. R. 3. *ex superioris anni caligine et* tenebris. Dom. 10. *quae tu in illis reipubl.* tenebris .. *constituisti*. ibid. 44. *illis tantis* tenebris. cf. ad Div. XII. 15. 2. Att. VII. 11. *quaeso, quid agitur? mihi enim* tenebrae *sunt.* 3. *tenebrae* sunt etiam hominum abiectorum et humilium et pravorum. Sen. p. R. 4. *mens oppleta sordibus ac* tenebris: unde Pison. 26. *tenebras* appellat huiusmodi hominem. 4. *tenebrae* sunt etiam hominis, ita in angustias redacti, ut aestuet, nesciatque, quid agat, in Caecil. 14. *qui tibi aestus, qui error, qui* tenebrae erunt. 5. de vehementi animi commotione, tristitia etc. Tusc. III. 34. *et quid* tenebrarum *obfudit exilium.* *Ern.*

TENEBRICOSUS, cui tenebrae offusae sunt, ut videre verum non possit. Acad. IV. 13. *esse sensus quidem non obscuros dicit, nec* tenebricosos, *sic enim appellat eos . . Chius Metrodorus.* 2. Vatin. 5. tenebricosissimum *illud tempus ineuntis aetatis tuae patiar latere*: *h. e.* quo adhuc obscurus et sordidus, abiectus homo eras; ut ex sequentibus intelligitur. *Ern.*

TENEBRICUS. Tusc. II. 9. tenebrica *plaga.*

TENERE, *tangere.* Har. R. 11. *terram* tenere *non potuit.* Sic recte interpretatur Graevius, quem vide. 2. *sustinere, ne labatur res et intereat.* Orat. III. 45. *terra* tenetur *nutu suo.* N. D. II. 54. *vita tribus rebus* tenetur. 3. *in potestate sua habere, regere.* Sext. 19. tenere *remp.* unde *qui tenent*, dicitur, omisso reipubl. verbo Att. II. 18. VII. 12. Mur. 38. *totam remp. in hac causa* tenetis *et gubernatis.* ad Div. XI. 16. *cum equitum centurias* teneas, *in quibus regnas.* Att. X 11. *ego meum facile* teneo. 4. *continere, reprimere.* Fin. II. 7. tenere *se non potuit.* cf. Acad. IV. 4. Verr. III. 1. tenere *cupiditates.* 5. *consequi; quod velis, conficere rem.* ad Div. I. 1. *res aliter* teneri *non potest.* Sext. 52. *res iam manibus* tenetur. Agr. II. 17. *qui per cursum rectum regnum* tenere *non potuerunt:* sumta a navigatione formula, in qua nautae dicuntur *portum* tenere, ut ad Div. I. 9. 6. *assequi, intelligere.* Sext. 10. *reconditos sensus alicuius* tenere. 7. *uti.* Tusc. IV. 3. *quia nihil prolatum erat melius, id, quod erat,* tenebant. Flacc. 23. *iam id videro; sed primum illud* tenebo. 8. *retinere, obtinere, tueri.* Muren. 28. tenebatur *opera illius imperium.* Att. XIII. 48. tenere *hereditatem.* Verr. III. 75. tenere *pecuniam publ.* ibid. 73. *quod pretium constituisset, id civitatibus auferre: quod a populo Rom. accepisset,* tenere. Act. I. Verr. 8. *sed nos non* tenebimus *iudicia diutius.* ad Q. Fr. II. 6. *vix* tenebat, sc. familiam gladiatorum, quia alere non poterat: simile est *tenere matrimonium alicuius.* Cael. 14. 9. quemadmodum *retineri* dicuntur homines in legendo, audiendo etc., sic *tenere* etiam, quae delectant, et faciunt, ut audire, legere, videre etc. velimus. Orat. 62. teneri *ab oratore.* Cael. 11. *ingenio alicuius* teneri: h. e. audire aliquem libenter, quod ingeniose dicit. Fam. VII. 20. *a quo etiam advenae* teneri *solent.* 10. *retinere, morari, non dimittere.* Fam. X. 31. tenuit *tabellarios.* ad Q. Fr. II. 1. *se senatum negavit* tenere. ad Div. XI. 16. *non* tenebo *te pluribus.* Verr. I. 13. *ne diutius* teneam. 11. *reticere.* Orat. II. 54. *ea, quae occurrant, cum salsissime dici possint,* tenere. 12. *capere, captum tenere in re aliqua, ut se expedire non possit.* Quint. 20. *hic te, inquit,* teneo; formula, qua utimur, cum quis dixit aliquid, quo convinci res, de qua agitur, potest. N. D. I. 26. *in Nausiphane*

22. pro continere. Cluent. 53, *civitas legibus* tenetur, ubi et vulgo est *continetur*. *Ern.* Praeter usus huius verbi ab Ernestio hactenus notatos, hi quoque commemorandi videntur. *Primum* variis modis verbum *tenere* ad animum et mentem refertur. a) ad memoriam. Sen. 4. *omnia memoria* tenebat, *non domestica solum, sed etiam externa bella* Tusc. V. 23. tenebam (scil. memoria) quosdam senariolos, quos in eius (Archimedis) monumento *esse inscriptos acceperam*, Prov. cons. 4. *omnia illa, quae et saepe audistis et* tenetis animis, *etiamsi non audiatis praetermitto.* Orat. II. 2. *quum etiam nunc vivam eorum memoriam* teneamus. b) ad attentionem, Off. I. 36. *attentos animos ad decoris conservationem* tenebimus. c) ad experientiam et sensum. Brut. 80. *quum indicia mortis se comperisse manifesto et manu* tenere *diceret*; (*so gut als handgreiflich erkennen*) Cluent. 7. *Res non coniectura sed oculis et manibus* tenetur. d) ad intelligentiam. Orat. 29. Tenemus *igitur quem quaerimus, sed animo.* ibid. *redeo ad illam Platonis de qua dixeram formam et speciem, quam etsi non* cernimus, *tamen* animo tenere (*in Gedanken vorstellen*) *possumus.* Inv. I. 41. *probe* tenere *i. e. intelligere*, e) *ad* a sensum Orat. 71. *ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inveni firmius, quod* tenerem, *aut quo iudicium meum dirigerem, quam id quodcumque mihi quam simillimum veri videretur.* f) ad affectus. Att. I. 7. *summum me eorum studium* tenet *sicut* odium *iam ceterarum rerum* Fam. II. 11. *me mirum desiderium* tenet *urbis, incredibile meorum, atque inprimis satietas aetae provinciae.* Tusc. I. 41. *magna me spes* tenet, *bene mihi evenire, quod mittar ad mortem.* Acad. post. I. 2. *philosophiae studio* teneri. Cael. 10. tenebantur *doctrinae studio atque humanitatis.* N. D. I. 44. *si deus nulla gratia nulla hominum caritate* tenetur *valeat.* ibid. 17. *neque ira neque gratia* teneri. Deinde usurpatur de oratione vel disputatione; et quidem a) pro *morari* Fam. XI. 17. Verr. I. 13. quod supra Ernestius tetigit. 2. pro *urgere* Parad. 2. *illud arcte* tenent, *accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum.* Fin. I. 10. *interea hoc* tenebo. ibid. IV. 28. *verba* tenent *mordicus.* Ac. pr. II. 16. *ab omnibus eiusdem modi visis perspicuitatem, quam* mordicus tenere *debemus, abesse dicemus.*

nem ferre possitis. Div. I. 17. (Attii Navii) *quum* (Tarquinius Priscus) tentaret *scientiam auguratus, dixit ei, cogitare se quiddam, id possetne fieri, consuluit.* Verr. V. 50. *homines in praeliis belli fortunam* tentare *ac periclitari solent.* Off. II. 6. *male se res habet, quum quod virtute effici debet, id* tentatur *pecunia.* Cael. 22. *domus illa. quae* tentata *scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, officii, religionis.* Orat. II. 3. *mira quaedam se audisse dicebat, te quem ego toties, omni ratione* tentans, *ad disputandum elicere non potuissem, permulta — disseruisse, et — disputasse.*

TENTATIO impetus morbi Att. X. 17. *valitudinem tuam confirmatam esse, et a vetere morbo, et a novis* tentationibus *gaudeo.*

TENUICULUS. Fam. IX. 19. tenuiculus *apparatus.*

TENUIS 1. sensu proprio, *dünn* opponitur *crasso*, s. concreto. N. D. II. 16. *Licet videre acutiora ingenia — eorum, qui terras incolant eas, in quibus aer sit purus ac* tenuis *quam illorum, qui utantur crasso caelo atque concreto.* ibid. 15 *aethereus locus* tenuissimus *est.* ibid. 57. *natura oculos* tenuissimis *membranis sepsit.* 2. opponitur pleno s. abundanti N. D. II. 19. *Lunae* tenuissimum *lumen facit proximus accessus ad solem, digressus autem longissimus quisque plenissimum.* Tusc. III. 20. *Epicurus* tenuem *victum antefert copioso.* 3. i. q vilis. Fin. II. 28. *negat Epicurus* tenuissimo *victu id est contemptissimis escis et potionibus minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum.* 4. exiguus. Quint. I. 1. *Quintius, cui* tenues *opes, nullae facultates*, exiguae *amicorum copiae sunt.* Rosc. Com. *inani et* tenui *spe te consolari.* 5. levis. Or. I. 37. *quid fieri* turpius *aut dici potest, quam — hunc in minimis* tenuissimisque *rebus ita labi ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videntur.* Or. I. 28. *vide — in artificio perquam* tenui *et levi, quanto plus adhibeatur, diligentiae, quam in hac re, quam constat esse maximam.* 6. *pauper humilis.* Verr. II. 55. locupletissimi *cuiusque census extenuarant*, tenuissimi *auxerant* Leg. III. 10. (potestate tribunorum plebis a patribus plebi concessa) *inventum est temperamentum, quo* tenuiores *cum principibus aequari se putarent.* Leg. III. 13. *Lucullus ait —*

TEPEFACERE N. D. II. 15. *Is solis tactus est, non ut* tepefaciat *solum, sed etiam saepe comburat.* ibid. 10. *frigoribus adiectis durescit humor, et idem vicissim mollitur* tepefactus *et tabescit calore.* Sen. 51. *Terra semen* tepefactum *vapore et complexu suo diffundit.*

TEPESCERE. N. D. II. 10. *maria agitata ventis* tepescunt.

TEPOR nubilus calor. ibid. *nec ille externus et adventicius habendus est* tepor, *sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.*

TERES. Orat. III. 32. *plena et* teres *oratio.* Ducta metaphora est a membris corporis humani succulentis, et hinc teretibus quae inprimis pulchra sunt; unde teretia brachia, teretes cervices laudantur. *Teres* igitur oratio est, quae habet copiam rerum et verborum et ornamentorum, neque tamen nimiam, ne tumor consequatur, quo accedente ut membrum in corpore, sic oratio tumida et deformis sit. 2. Orat. 9. Opt. gen. or. 4. *aures teretes* dicuntur acutae, ad iudicandum de oratione apta. *Ern.*

TERGERE. Parad. V. 2. *in familia qui* tergunt, *qui ungunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent.*

TERGIVERSARI cunctari vel quid factu opus sit, dubitantem vel aliquid vitare aut effugere cupientem. Att. XVI. 5. *Lucceius narravit Brutum valde morari, non* tergiversantem *sed exspectantem si qui forte casus.* Rosc. Com. 13. *Fannium invitum et huc atque illuc* tergiversantem, *testimonium contra se dicere cogo.* Flacc. 20. *hunc* aestuantem *ac* tergiversantem *iudicio ille persequitur.* Att. VII. 12. *an cuncter et* tergiverser *et iis me dem, qui tenent qui potiuntur?* Off. III. 33. Epicurei in his tribus generibus (scil. prudentias fortitudine, temperantia cum doctrina sua de summo bono in voluptate ponenda, conciliandis) quoquo modo possunt non incallide tergiversantur (*wissen sich schlau genug zu drehen und zu wenden*).

TERGIVERSATIO 1. cunctatio. Mil. 70. *Quid ergo erat? mora et* tergiversatio. *Dum hic* (Milo) *veniret locum relinquere noluit* (Clodius) Att. X. 7. tergiversationem *istam probo.*

TERGUM. N. D. II. 63. *quid de bubus loquar? quorum ipsa* terga *declarant non esse se ad onus acci-*

piendum figurata ibid. 49. *grues in* tergo *praevolantium capita reponunt.* Fam. X. 32. Balbus *Fadium — virum combussit, quum quidem pransus — tunica soluta; manibus ad* tergum *rejectis inambularet.* Phil. III. 13. *Antonius a* tergo, *a fronte a lateribus tenebitur, si in Galliam venerit.* Div. I. 24. deus Hannibali praecepisse dicitur, *ut pergeret protinus, quid retro atque a* tergo *fieret, ne laboraret.* 2. metaphorice. Tusc. I. 39. *modo pueros, modo adolescentes in cursu a* tergo *insequens nec opinantes assecuta est senectus*

TERMINARE 1. de finibus loci, aut extremitate corporis alicuius N. D. II. 54. *stomachus palato extremo atque intimo terminatur* Caecin. 8. *ingrediens intra finem eius loci, quem oleae* terminabant. N. D. II. 3. Attii Navii *lituus ille, quo — regiones vineae* terminavit. 2. de finibus temporis Sen. 23. *si iisdem finibus gloriam meam quibus vitam essem* terminaturus. 3. de finibus cogitationum, aut possessionum Arch. 11. *si quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnes* cogitationes terminaret *suas* Mil. 27. *qui Ianiculo et Alpibus spem possessionum* terminabat *suarum.* Parad. VI. 3. *non aestimatione census, sed cultu atque victu* terminatur *divitiarum modus.* 4. *terminari* dicuntur, quae ad certum numerum revocantur. Tusc. I. 21. *qui sonos vocis, qui infiniti videbantur paucis literarum notis* terminavit. 5. de notionibus, quae definiuntur. Off. III. 33. *non spectandum est quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate* terminaverit, *mala dolore.* Fin. I. 11. *omnis privatione doloris putat Epicurus* terminari *summam voluptatem.* 6. de oratione i. q. finire. Marcell. 11. *unde est orsa in eodem* terminetur *oratio.* 7. inprimis de clausulis periodorum. Orat. 12. *ut pariter extrema* terminentur *eundemque referant in cadendo sonum* (ὁμοιοτέλευτα). ibid 58. *universa comprehensio et species orationis clausa et* terminata *est.* ibid. 59. *plerique censent cadere tantum numerose oportere* terminarique *sententiam.* Orat. III 47. *Creticum ille* (Aristoteles) *clausulis aptiorem putat, quas vult longa plerumque syllaba* terminari.

TERMINATIO 1. definitio Fin. V. 10. terminatio *rerum expetendarum.* 2. mensura. Orat. 53 *Versus inventus est* terminatione *aurium, observatione pru-*

dentium. 3. clausula periodorum. Orat. 59. *Verborum descriptus ordo, alias alia* terminatione *concluditur.*

TERMINATUS 1. finitus. Fam. XIII. 12. *animo imperio* terminato. 2. certis finibus circumscriptus. Fin. I. 13. *ipsa natura divitias, quibus contenta sit, et parabilis et* terminatas *habet.* Apte Goerenzius comparavit verba ex Epicuri κυρίαις δόξαις ap. Diog. Laërt. X. 144. ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται καὶ εὐπόριστός ἐστιν. 3. numerose cadens. Orat. 58. *universa comprehensio et species orationis clausa et* terminata *est.* ibid. 6. alii *aspera, tristi, horrida oratione neque perfecta neque conclusa; alii laevi, instructa et* terminata.

TERMINUS 1. finis regionum, et possessionum. Catil. IV. 10. *Pompeii res gestae iisdem quibus solis cursus regionibus ac* terminis *continentur.* Mil. 27. *cui nulli possessionum* termini *erant.* Sext. *qui imperium populi Rom. orbis terrarum* terminis *definiunt.* Rab. Perd. 3. *An — plura dicenda sunt, quum tanto studio C. Rabirius totius Apuliae singulari voluntate Camponiae vicinitatis ornetur, quumque ad eius propulsandum periculum non modo homines, sed prope* regiones *ipsae convenerint; aliquanto etiam latius excitatae, quam ipsius* vicinitatis *nomen ac* termini *postulabant.* 2. finis certi temporis aut aetatis. Sen. *omnium aetatum certus est* terminus, *senectutis nullus est certus* terminus. Rab. Perd. 10. *tantis in laboribus c. Marius periculisque vixisset si nihil longius, quam* vitae termini *postulabant spe atque animo de se et gloria sua cogitasset?* 3. finis orationis aut disputationis Univ. 10. *Sed haec satis sint dicta nobis. Quae de deorum, qui cernuntur, quique orti sunt natura praefati sumus habeant hunc* terminum. Quint. 10. *certos mihi fines* terminosque *constituam, extra quos egredi non possim.* 4. finis alicuius artis, aut sententiae, aut iuris. Orat. I. 49. *Crassus mihi visus est oratoris facultatem non illius actis* terminis, *sed ingenii sui* finibus *immensis paene describere.* Ac. pr. II. 43. *aut Stoicus constituatur sapiens, aut veteris Academiae. Est enim inter eos non* de terminis *sed de tota* possessione *contentio. Nam omnis ratio vitae definitione summi boni continetur, de qua qui dissident, de* omni ratione vitae *dissident.* Orat. I 16. *est finitimus oratori poëta — in hoc quidem certe prope idem, nullis ut* terminis *circumscribat aut definiat ius suum.*

TERRIPAVIUM et TERRIPUDIUM, *Tripudium* Div. II. 34. Vid *Tripudium.*

TERRITORIUM, ager urbi attributus. Phil. II. 40. *aratri vomere portam Capuae paene perstrinxisti, ut florentis coloniae* territorium *minueretur.* vid. inpr. Salmas. ad Pollionis XXX. tyr. p. 317.

TERROR. Tusc. IV. 8. Terror *est metus concutiens* Brut. 11. *Athenae vim et* terrorem *Periclis timuerunt.* Font. 11. *immanis* terror *verborum.*

TERTIANUS. N. D. III. 10. tertianae et *quartanae febres quarum reversio et motus constans est.*

TERUNCIUS, int. numus, fuit olim quadrans, qui tres assis uncias continebat, ad Div. II. 17. Att. VI. VI. 2. hinc quoniam tota hereditas asse significatur, *ex teruncio heres* Att. VII. 2. esset, qui quartam partem accipit, ex vetere vi teruncii. Sed constat, Ciceronis aetate teruncii illam significationem, qua quadrantem valebat in ratione denariaria, abolitam fuisse, et in sestertiaria, quae invaluerat, ratione fuisse quadragesimam partem sestertii, ut ante denarii. Sestertii autem tum quatuor assibus erant, heres ergo ex *teruncio* est heres *ex uncia et quinque scriptulis:* nisi tamen in re hereditaria mansit vetus ratio loquendi. Et illud Fam. II. 17. teruncium *non attigit quisquam*, est forma loquendi, ex antiquis temporibus reliqua, qua significatur, nullam, nec minimam partem quemquam cepisse. v. Gronov. Sest. II. 1. *Ern.*

TESQUA. fragm. incert. e Festo: loca aspera et difficilia.

TESSERULA. Orat. III. 43. est lapillus in pavimento, unde opus tessellatum, quod idem est cum vermiculato: de quo infra. Salmas. ad Solin. p. 854. add. Casaub. ad Sueton. Caes. 47.

TESTA, tegula, imbrex. Dom. 23. *neque illa manus copiaeque Catilinae caementis ac* testis *tectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt.*

TESTAMENTARIUS. subiector testamenti, falsarii genus. Off. III. 17. Sext. 17. 2. Verr I. 42. *lex* testamentaria. v. Ind. Legg. *Lex Cornelia. Ern.*

TESTAMENTUM Vid. h. v. in Ind. rer.

TESTARI de factis, *pro* testatum facere. Sull. 14. *nisi publicis monimentis* testatus essem.

TESTES, testiculi. Fam. IX. 22.

TETRARCHIA, est terra cui tetrarcha imperat. Deiot. 15. *Deiotarus a Caesare* tetrarchiae *regno multatus est. Ern.*

TEXERE, aedificare. Att. IV. 15. *Paullus basilicam* texuit *iisdem antiquis columnis.* ad Q. Fr. III. 5. *sane* texebatur *opus luculenter.*

TEXTILIS. Tusc. II. 8. *pestis* textilis, est vestis venenata. Verr. IV. 1. *pictura* textilis, est vestis stragula acu picta, s. cui imagines diversicolores intextae.

THEATRUM, frequentia spectatorum et auditorum. Orat. III. 50. *tota* theatra *reclamant.* Div I. 27. *SCtum esse factum, referente optimo et clarissimo viro Consule, idque frequentissimo* theatro, *incredibili clamore et plausu comprobatum.* Nempe *theatrum* h. l. est concio populi, quae legem de eadem re latam scivit, adeoque SCtum comprobavit. Tusc. II. 26. *nullum* theatrum *virtuti conscientia maius.* 2. occasio, locus ita demonstrandi ingenii, virtutis, ut a plurimis cognosci possit, et omnino, quicquid ita fit, ut in oculis hominum fiat, id in theatro fieri dicitur. Brut. 2. theatrum *ingenii.* Att. XIII. 20. theatrum *sane bellum habuisti.* Rabir. Post. 15. *maioribus* theatris *propositae virtutes.* ad Div XIII 64. theatrum *magnum habet ista provincia.* ad Div. XII. 29. *familiaritas magno* theatro *spectata.* Verr. V. 14. *ut me quaesturamque meam quasi in aliquo orbis terrae* theatro *versari existimarem. Ern.*

THENSA, est vehiculum, quo simulacra Deorum in pompa Circensi vehuntur, unde thensae apud Suetonium et alios insignia divinitatis. Verr. I. 59. *via* thensarum *et pompae.* cf. ibid. III. 3. V. 72. Har. R. 10. v. Scheff. de Re Veh. II. 24. *Ern.*

THEOLOGUS N. D. III. 21. *ii qui* theologi *numerantur.* Nempe *theologi* dicti sunt a Graecis olim mythici et physici, qui de genealogiis Deorum scripserant, primusque hoc nomine appellatus Pherecydes Syrius, is qui phthiriasi periit. Nam et physici de Diis agebant. *Ern.*

THESIS. Orat. 14. quid sit? cf. Ind. Graec.

THRECIDICA. Phil. VII. 6. sunt arma gladiatoribus Thracibus usitata, qui inde Threces appellabantur, *threcidica parma* qualis fuerit, colligi potest e Plin. XXXIII. 9. *Ern.*

THREX. Provinc. Cons. 4. genus gladiatoris, dictum ab armis Thracicis, de quibus statim dictum. v. de hoc genere Lips. Saturnal. II. 9. *Ern.*

TIBICEN. Muren. 12. *quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat.* Transit *idem ICtus* tibicinis Latini *modo* etc. Sensus est: ICtus componit non modo formulam, qua petitor utatur, sed etiam ei, a quo petitur. Simili sensu eadem formula usus est Quintil. Instit. Or. VII. 1. de eo qui petitoris et defensoris causam agit, aut saltem pro utraque parte probationes invenit. Unde autem ducta sit haec formula, non convenit inter interpretes. Camerarius, Sylvius, Turnebus, aliique capiunt de tibicine, qui in sacrificiis praecinebat (neque enim ullum sacrificium sine tibicine. vid. Dom. 47. Liv. IX. 30.) eumque putant a sinistris tibiis ad dextras transiisse. Sed recte monuit Graevius, de hoc more nusquam aliquid legi. Immo vero ex monumentis priscis, in quibus sacrificia exhibentur cum tibicine, cernitur, in sacrificiis tibicinem unam tantum tibiam inflare. Transitus tibicinis a dextris tibiis ad sinistras porro fit, ut a sono graviori ad acutiorem cantus traducatur: dextrarum enim tibiarum gravis, sinistrarum acutus est sonus; ut ostendit Salmas. ad Vopisc. Carin. c. 19. p. 826. et ad Solin. p. 84. sqq. ubi accurate de tibiis dextris et sinistris, paribus et imparibus egit. Ea mutatione soni in sacrificiis non est opus, ubi maximam partem propterea adhibetur tibicen, ut in aurem sacrificantis canat, ne quid audire possit, quod sacra turbet. vid. Spondalia. Tibiae porro in sacris dicuntur *praecentoriae, incentivae.* Solin. 11. Eae sunt dextrae, ut ad eum locum ostendit Salmasius, et ad Vopiscum l. c. p. 827. a. Nullae igitur in sacris sinistrae tibiae, nullus a dextris ad sinistras transitus. Ferratius in Epist. in Or. Cicer. p. 402. putat, alludi ad sacrificia in monte Albano, ubi, credibile sit, unum eundemque tibicinem in omnibus sacrificiis praecinuisse, et ab uno ad alterum transisse. Sed ea mera et levissima coniectura est. Nisi igitur cum Manutio velimus dicere, ignorari, unde haec dicendi ratio ducta sit, probanda erit cum Cel. Gesnero ad Quintil. l. c. (Cel. Burmannus enim ibid. posuit tantum, quid de ea sentiat, non dixit) valde verosimilis Graevii τοῦ πάνυ sententia, qui ductam hanc rationem e scena dicit, in qua tibicen

histrionum actionem moderabatur, adeoque, ut ICtus ab petitore ad eum, unde petebatur, sic ab uno histrione ad alterum se convertebat, et unumquemque cantu tibiae iuvabat. vid. Liv. VII. 2. et ibi Gronov. Salmas. ll. cc. *Ern.*

TIBICINA. Fr. de suis consil. *admonuisse* tibicinam *ut spondeum caneret* Pythagoras dicitur.

TIGNARIUS. Brut. 73. *Atheniensium plus interfuit firma tecta in domiciliis habere, quam Minervae signum ex ebore pulcherrimum, tamen ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum* fabrum tignarium.

TIMERE Fam. XI. 10. timeo, quemadmodum *haec explicari possint.* Att. VIII. 3. *nunc istic* quid *agatur magnopere* timeo. ibid. VII. 6. *de republ. valde* timeo. Sull. 20. a quo *quidem genere ego numquam* timui.

TIMIDE. Tusc. II. 23. *in dolore maxime est providendum, ne quid abiecte, ne quid* timide, *ne quid ignave — faciamus.* Quint. 16. *viri boni* — timide *et* pedetentim *istuc descendunt* scil. ut bona debitoris proscribant Fin. V. 2. *tum ille* timide *vel potius* verecunde *inquit.* Sull. 29. (dicendum est de auctoritate nostra) *quamquam a me* timide *modiceque (schüchtern und bescheiden) dicetur.* Caecin. 27. ipso (C. Aquillio) *praesente de virtute et prudentia* timidius dicerem *quod et ipse* pudore *quodam afficeretur ex sua laude, et me similis ratio* pudoris *a praesentis laude tardaret.*

TIMIDITAS 1. *Feigheit,* Cluent. 46. *quam conditionem supplicii maiores in bello* timiditati *militis propositam esse voluerunt, eandem tu in pace constitues improbitati senatoris.* Tusc. III. 7. *Verisimile* est, *in quem cadat aegritudo cadere in eundem* timorem *et infractionem quandam animi et demissionem, quae in quem cadunt, in eumdem cadit, ut serviat, ut victum se quandoque esse fateatur, quae qui recipit, recipiat idem necesse est* timiditatem *et ignaviam.* 2. *Furchtsamkeit.* Cael. 15. *propter nescio quam* timiditatem, *et nocturnos quosdam inanes* metus, *tecum semper pusio cum maiore sorore cubitavit.* Tusc. V. 18. *in quem metus* (cadit) *in eundem formido,* timiditas, *pavor, ignavia.* 3. *Blödigkeit.* Partit. 23. *verecundiam* timiditas *imitatur.* 4. *bescheidne Scheu.* Orat. II. 3. *sive iudicio — sive* — pudore *a dicendo et* timiditate *quadam* ingenua *refugisti.*

TITUBATIO Inv. II. 12 *metus, laetitia,* titubatio Her II. 3. *ut ne parvula quidem* titubatione *aut offensione impediremur.*

TOGA, est Romanorum propria vestis, (v. togatus) et pacis insigne, ut ait Cicero in Pison. 30. Att. V. 20. puram togam *iubeor dare.* cf. VII. 8. V. 20. *etc.* Est eadem, quae *virilis* dicitur. Phil. II. 18. nam toga virilis erat tota alba, ingenuorum autem puerorum et puellarum limbo purpureo circumdata. v. Praetexta Verr I 44 *eripies igitur pupillae* togam praetextam. Toga autem pura pueris dabatur in foro a praetore, ad quem a parentibus et amicis deducebantur: et tum dicebantur *forum attingere.* Sed etiam *toga* simpliciter dicitur pro virili, et pura, cum opponitur *praetextae: pueri* togam *sumentes,* praetextam *deponebant.* Vatin. 12. toga *pulla.* est atra, insigne luctus, de qua vid. ut et de toga, eiusque colore in universum, praeter scriptores de re vestiaria. Lips. Elect. I. 13. Mant. Quaesit. per Epist. III. 1. *Ern.*

TOGATA; int fabula, Sext 55. est, quae agitur ab actoribus togatis, in qua adeo Romanorum hominum facta et mores exprimuntur: ei opponitur *Graeca,* quae *palliata* dicitur. Graecis enim ita proprium pallium, ut toga Romanis. vid. Pallium. cf. Rutgers. Ver. Lect. IV. 79. *Ern.*

TOGATUS, pro cive Romano; quod civibus Rom. toga propria. Itaque togati opponuntur Graecis. Rosc. Am. 46. *ipse vero* (libertus Chrysogonus) *quemadmodum passim per forum volitet cum caterva* togatorum, *videtis.* Indignum enim, libertum deduci a civibus Romanis, tamquam clientibus. vid. Hotom. ad h. l. qui male huc refert salutatores Martialis; nam salutatores *togati* dicti demum, quum toga vulgo in usu esse desiisset sub Caesaribus, de quo vid. Ferrar. R. Vest. I. 33. Ciceronis autem temporibus toga erat communis omnibus civibus, et omni tempore gestabatur quum in urbe, tum extra urbem. Verr I 29. togati *creditores Graecorum.* Orat. I. 24. *petam ne has meas ineptias* (praecepta de arte dicendi) *efferatis: quamquam moderabor ipse, ne, ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e* togatorum *numero, atque ex usu forensi homo mediocris etc.* Nempe magistros rhetorices se profitebantur Graeci: his opponuntur togati. Cave putes *togatum* poni pro patrono causarum, quod

nominis causidicis sub imperatoribus interdum tribui videmus, quod, quum non esset amplius vulgo in usu toga, tamen causidici in togis causas agebant. v. Ferrar. l. c. Verr. II. 62 *quos produxero, qui ex Sicilia testes sunt, sive togatum sive Siculum.* In quo loco librarii interpretamentum reposuerant: *civem Rom.* quod deinde Cujacius sustulit. vid. Gruter. ad h. l. 2. pro Latino, nam Latini quoque toga utebantur, quod aut civitate post bellum Latinum donati, aut certe socii pop. Rom. essent, et Rom. legibus uterentur. Or. III 11. *nostri minus student literis, quam* Latini, *tamen ex istis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est literarum, nemo est, quin literatissimum* togatorum *omnium, Q. Valerium Soranum lenitate vocis .. facile vincat* Etiam Gallia Cisalpina a togae usu *Togata* dicitur Phil. VIII 9 2. *togati* etiam opponuntur armatis, et ad pugnandum aptis, in quo toga impedimento est. Caecin. 15. *advocatio* togatorum. . Off. I. 23 *qui* togati *reipublicae praesunt*, opponuntur Imperatoribus *Ern.*

TOGULA. Att. I. 18. *Pompeius* togulam *illam pictam silentio tuetur suam. Toga picta* int. acu, est triumphantium et thensas ducentium vestis, quae et *Iovis toga* dicitur, quia sumebatur e Capitolio, ut et *palmata tunica,* quae et ipsa *Iovis tunica* dicitur. Erant enim in templis plurimae Deorum pretiosae vestes, quibus diebus festis ornarentur, ut hodie Mariae in templis Romanensium, sic Deorum statuae. Primus Gordianus propriam habuit togam pictam tunicamque palmatam vid. Ruben. de R. Vest. I. 21. *Ern.*

TOLERABILIS 1. sensu proprio. Sen. 3. *moderati senes* tolerabilem *agunt senectutem.* Catil. IV. 8. *servus est nemo, qui modo* tolerabili *conditione sit servitutis, qui non audaciam civium perhorrescat.* Att. VI. 1. *Graeci solvunt* tolerabili *fenore.* ibid. VII. 7. *regnum nemini* tolerabile. Fin. II. 18. *dolorem — vos quum improbis poenam proponitis,* impatibilem *facitis, quum sapientem semper boni plus habere vultis,* tolerabilem. 2. mediocris Orat. I. 3. *consilio ac sapientia qui regere — remp. possent, multi — exstiterunt, quum boni perdiu nulli, vix autem singulis aetatibus singuli* tolerabiles *oratores invenirentur.*

TOLERABILITER. Fin. III. 13. *dolores* tolerabilius *patiuntur, qui excipiunt eos pro patria, quam*

qui leviore de causa Fam. XV. 20. *quo* tolerabilius *igniculum desiderii tui feramus.*

TOLERANTER Fam. IV. 6. *quum frangerem iam ipse me cogeremque illa ferre* toleranter, *habebam quo confugerem* Tusc. II. 18. *constat — virorum esse fortium —* toleranter *dolorem pati.*

TOLERANTIA Parad. IV. 1. tolerantia *rerum humanarum, contemptio fortunae.*

TOLERARE Q. Fr. I. 1, 20. *sumptus et tributa civitatum ab omnibus* tolerari *aequaliter.* Fam. VII. 18. forti *animo istam* tolera *militiam.* Off. II. 13. *magnam laudem — consequebare — omni militari labore* tolerando. Att. I. 14. *nobis inter nos nostra sunt vitia* toleranda

TOLERATIO. Fin. II. 29. *quorum alia* toleratio *est verior.*

TOLLERE 1. attollere, *aufheben.* Caecin. 25. *qui saxa iacerent, quae de terra ipsi* tollerent. Acad. pr. II. 19. Hortensius vehementer admirans, quod quidem perpetuo *Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus saepe* tolleret. 2. *hinaufheben.* Off. III. 25. Phaëthon (solis filius) — *optavit ut in currum patris* tolleretur, *sublatus est.* 3. *erheben.* Verr. IV. 43. *clamor a vigilibus fanique custodibus* tollitur. 4. se tollere, *sich erheben* (de plantis crescentibus) Tusc. V. 13. *arbores et vites et ea quae sunt humiliora neque se* tollere *a terra* altius *possunt.* 5. *altius tollere* de aedificiis. Harusp. 13. tollam altius *tectum.* 6. idem metaphorice aliquid oratione exaggerare. Orat. III. 27. *summa laus eloquentiae est amplificare rem ornando, quod valet non solum ad* augendum *aliquid et* tollendum altius *dicendo, sed etiam ad* extenuandum *atque abiiciendum.* 7. *wegnehmen.* Sext. 15. *gradus templi Castoris* tollebantur. 8. abducere aliquem. Quint. 3. tollitur *ab atriis Liciniis atque a praeconum consessu in Galliam Naevius, et trans Alpes usque* transfertur. Q. Fr. II. 10. *mea factum est insulsa verecundia, ut te proficiscens non* tollerem; i. e. mecum *abducerem,* 9. *suscipere.* Verr III. 1. *quid oneris* tollant. In loco N. D. III. 33. *at Phalaris at Apollodorus poenas* sustulit. Hoc *sustulit*, non est quod Ernestius putabat, a *tollere*, sed a *sufferre.* 10. *liberos tollere* est agnoscere eos pro suis et educare. Div. I. 21. *puerum Priamo qui foret post illa natus, temperaret* tollere. 11.

tollere etiam dicitur pro *delere.* Fam. VI. 7. *mendum scripturae litura* tollere 12. item pro *abolere.* s. *amovere.* Orat. 62. *genus orationis* (nimis numerosae causis forensibus adhibitae) *detrahit actionis dolorem; aufert humanum sensum actoris,* tollit *funditus veritatem et fidem.* Quint. tollere *funditus ac delere memoriam rei.* Att. XII. 7 tollere *dubitationem.* Rosc. Am. 3 suspicionem 13. *negare.* N. D. I. 30. *verbis reliquisse deos, re* sustulisse. ibid. 51. tollamus *omnia, quae aut historia aut ratio nova affert.* 14. Locus ille in Acad pr II. 38. Sed tibi *quid tandem videtur, Hortensi? Tum ille ridens:* Tollendum. *Teneo te inquam, nam ista Academiae est propria sententia.* Hic Hortensius nihil aliud voluit, nisi tollendas esse anchoras et navigandi tempus esse. Nam initio huius capitis sic dixerat Cicero: *verum quoniam non solum aura significat, sed etiam Favonius ipse insusurrat navigandi nobis, Luculle, tempus esse — est mihi perorandum* Itaque ridens, iocandi causa, Hortensius quum eum Cicero interrogasset, quid ei de ἐποχῇ illa videretur, nihil aliud respondet quam *Tollendum* in quo significabat iam tempus esse anchoras tollendi; id autem Cicero accipit de assensu tollendo, et respondet: *Teneo te: Nam ista Academiae est propria sententia.*

TONARE 1. sensu proprio. Div. II. 72. *Superstitio instat et urget, et quo te cumque verteris persequitur — si fulserit si* tonuerit. ibid. II, 18. *Iove* tonante, *fulgurante comitia populi habere nefas.* 2. metaphorice Orat. Pericles ab Aristophane poëta *fulgurare,* tonare *permiscere Graeciam dictus.*

TONDERE. Tusc. V. 20. *Dionysius* — ne tonsori *collum committeret,* tondere *filias suas docuit. — Ita sordido ancillarique artificio regiae virgines, ut* tonstriculae tondebant *barbam et capillum patris.*

TONITRU. 1. senso proprio. Div. II. 19. *Placet Stoicis a halitus terrae — quum se in nubem induerint eiusque tenuissimam quamque partem coeperint dividere, atque disrumpere; idque crebrius facere et vehementius, tum et fulgura et* tonitrua *exsistere.* Or. III. 39. *caelum* tonitru *contremit.* Phil. V. 3. *quae porro illa* tonitrua? *quae tempestas?* 2. metaphorice de adversa populi acclamatione Fam. VIII 2. *hic tibi strepitus, fremitus, clamor* tonitruum, *ac rudentum sibilus.*

TONSILLAE *die Mandeln, zwey Drüsen zu Anfange des Schlundes.* N. D. II. 54. *Stomachus oris utraque ex parte tonsillas attingens.*

TONSOR. Tusc. V. 20. vid. *Tondere.*

TONSTRICULA. ibid.

TOPIARIA est ars non modo hortis, hedera, aliisque areolas hortorum vestiendi et ornandi, sed etiam ex fruticibus et virgultis, ut buxo, myrto, acantho, aliisque lectendo, tondendo varia horti ornamenta conficiendi. Q. Fr. III. 1. topiariam *facere videntur.* Hinc dicitur

TOPIARIUS, (Kunst- und Lustgärtner) ibid. topiarium *laudavi;* quamquam alii h. l. neu re genere dictum de opere topiario putant. Via vicos ducos ad Plin. III. 19. Salmas. ad Spartian. Hadr. c. 10. p. 89. Christius in V. Patica p. 96. *Lauben, bedeckte Gänge. Topiariorum* non semel mentio in lapidibus ap. Gruter. p. 631. etc. *Ern.*

TOPICE. Top. 2. est ars inveniendi Rhetorum, quam auctore Aristotele explicavit Cicero in Topicis.

TOREUMA. Verr. II. 52. toreumata *sane nota ac pretiosa auferuntur.* ibid IV. 18. *habere eum perbona* toreumata; *in his pocula duo quaedam . . Mentoris manu summo artificio facta.* Pis. 27. toreuma *nullum.* *Toreuma* poculum, auro argentove caelatum, esse, multis disputat Salmasius ad Solin. p. 735. sqq. nec fieri torno; ut quidam existimant, sed caelo. Tornus τορνεύεται, caelum τορεύεται; unde caelatores τορευταί, tornatores τορνευταί. cf. Bentlei. ad Horat. Art. Poet. v. 441. Sed tamen Cicero Verr. I. 52. diserte distinguit *toreumata* et *opera caelata*: fuitque Mentor sculptor non caelator. Vide an sint sculptilia e ligno, ebore etc. quae fiunt scalpello: quale fuit Virgilianum in Eclogis poculum, Mentoris manu factum. Ovid. Met. X. 248. *sculpit ebur.* *Ern.*

TORMENTUM 1. cruciatus. Cluent. Mil. 2. metaphorice, ad Div. VI. 7. tormentum *caecae suspicionis.* 3. Tusc. V. 1. *quod etsi probatu difficile est, propter tam varia et tam multa* tormenta *fortunae:* ac quibus exposita est virtus, ut in ep. ad Div. dicit. omnibus fortunae telis esse expositam vitam nostram. Hic machinae nomen ponitur, qua tela coniiciuntur. *Ern.*

TORTUS. Subst. spira in serpente. Div. II. 30. *draco immani* tortu. Tusc. II. 9. *draco* tortu *multiplicabili.*

TORUS, 1. pars carnosa in lacertis et pectore. Tusc. II. 9. tori *lacertorum.* 2. *tori* sunt etiam in coronis. Orat. 6. de oratore temperato: *is uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem: et addit aliquos, ut in corona,* toros, *omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit.* Hi *tori* sunt, ex sententia Paschalii de Coronis II. 12. partes quaedam in circulo coronae collectiores et eminentiores, cuiusmodi sunt in tauro tori, aut in homine, quod et Lambino placet ad Plaut. Amphitr. Prol. 144. Ex ratione loquendi Ciceroniana colligi posse videtur, toros extrinsecus addi coronae, ornamenti loco, iisque coronam distingui. Sunt autem *tori* iidem, qui passim ab auctoribus *toruli* vocantur, h. e. lemnisci, taeniae, vittae, quae, ut in numis cernitur, maioris ornamenti causa coronae addebantur. Vid Lambinus loc. cit. *torus* enim et *torulus* est funiculus. vid. Lex. Rustic. Gesneri in *torus* cf. Casaub ad Sueton. Ner. 25. Cuper. ad Apotheos. Homer. p. 139. Viros doct. ad Ammian. XXIX. 7. *Ern.*

TOTUS. *totum* pro re summa, s. pro eo, quod est caput et summa rei. Att V. 20. *est* totum, *quid Kal. Martiis futurum sit.* ad Qu. Fr. III. 1. totum *in eo est, ut* etc. 2. ad Div. XV. 4. toto *iis, qui novari aliquid volebant.* ubi vid. Manutius, cum genitivo dixit Liv. XXXV. 3. *multitudo* tota Antiochi *erat.* 2. Att. XIII. 20. *quicquamne me putas curare* in toto, *nisi ut ei ne desim.* i. e. totum esse in universum.

TRABALIS. Verr. V. 21. *Ut beneficium, quemadmodum dicitur,* trabali *clavo figeret: h. e.* firmissimum efficeret

TRACTABILIS, qui tangi potest. Univers. 4. *corporeum et aspectabile, itemque* tractabile *omne necesse est esse, quod natum est.*

TRACTARE. 1. proprie est contingere manibus, in manibus habere, ut Parad. V. 2. *matellionem Corinthium cupidissime* tractans. Tusc. V. 38. ea, *quae gustemus, olfaciamus,* tractemus, *audiamus.* 2. administrare, curam alicuius rei sustinere. ad Div. XIII. 77. *bibliothecam meam* tractavit, *in* Caecil. 10. Verr.

Nempe si ita Cicero scripsit, ita capiendum, sed in *Tactus* ostendimus, meliorem nobis videri lectionem, *tactus lunae.* ubi vid, *Ern.*

TRACTUS, adi. inceptus, initium habens. Brut. 6. *ab isto initio* tractus *sermo.* N. D. II. 55. *venae a corde* tractae *et profectae, in omne corpus ducuntur.* 2. saepe dilatus. Milon. 9. *comitia* tracta. 3. lenis, sine asperitate. Orat. II. 15. tractum *genus orationis.* Orat. 20. *in historia* tracta *quaedam, et fluens, expeditior, non haec contorta et acris oratio. Ernest.*

TRADERE, commendare. Verr. III. 12. *non a patre isti* traditi. ad Div V 5. *totum hominem tibi* trado, *de manu in manum ut aiunt.* 2. *tradere se alicui* etiam dicuntur, qui ab eo in arte aliqua erudiri volunt. Phil. II. 2. *te in disciplinam meam* tradideras. Brut 89. *cum Philo Romam venisset, totum ei me* tradidi, *admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus.* Inv. I. 3. traderent *se* in *studium quietum* 3. est etiam verbum iuris in abalienationibus, ut *traditio* Top. 5. extr. Hinc eleganter ad Quir. p. R. 6. *cum duo consules, emti pactione provinciarum auctores se inimicis reip.* tradidissent. *Ern.*

TRADITIO, verbum iuris, de abalienatione, rerum mancipi, quae fit per nexum. Top. 5. extr. *abalienatio est eius rei, quae mancipi est, aut* traditio *alteri nexu, aut in iure cessio.*

TRADUCERE. 1. Brut. 53. traducere *a severitate* in *hilaritatem.* Verr. II. 78. *ab eius infamia . . vestros animos* in *aliam partem . .* traducat. 2. sustinere, exsequi. Att. V. 9. *summa abstinentia munus hoc extraordinarium* traducemus. 3. *traducere equum* dicuntur equites, cum in transvectione a censore, non ademto equo, transeunt. Cluent. 48. *Africanus cum esset Censor, et in equitum censu C. Licinius sacerdos prodisset . . dixit, se scire, illum conceptis verbis peierasse: si quis contra dicere vellet, usurum eum suo testimonio . . deinde quum contra nemo diceret, iussit* equum traducere. 4. *traduci* est etiam in adoptionibus: si quis adoptione fit e patricio plebeius lege curiata, Att I. 18. *Ern.*

TRADUCTIO, 1. metonymia. Orat. III. 42. *ne illa quidem* traductio *atque immutatio in verbo* etc. *pro Afris est sumta Africa.* 2. figura in verbis. He-

TRALATITIUS, aliunde petitus et translatus. In legibus et edictis inprimis, *tralatitium* dicitur, quod totidem verbis ex alia lege, aliove edicto repetitum est: unde Att. V. 21. Verr. I. 44. tralaticium *edictum* Att. III. 23. *caput* tralaticium. Hinc *tralatitia* usitata, vulgata, nota. ad Div. VIII. 5. *nosti enim haec* tralatitia: *de Galliis constituetur. erit, qui intercedat etc. Ern.*

TRANARE pro permeare. N. D. II. 9. *de hoc genere igneo, quod* tranat *omnia.*

TRANQUILLITAS, de mari, in plural. Att. VI. 8. *ceterisque longis navibus* tranquillitates *aucupaturi eramus.*

TRANSENNA machinula reticulata ad capiendos turdos concinnata. Deinde transfertur ad opus reticulatum quo arcae conteguntur, vel ad cancellos ante fenestras positos. Inde proverbialis locutio *per transennam aspicere.* Orat. I. 35. *nunc petes a Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco quasi* per transennam *praetereuntes* (*die wir gleichsam nur durch eine Vergitterung im Vorbeigehen angeschaut haben*) *strictim aspeximus in lucem proferat.*

TRANSFERRE 1. sensu proprio, *transportare.* Fr. inc. *Mustela catulos suos quotidie* transfert, *mutatque sedem.* Phil. III. 12. *ad se omnia ex hortis ornamenta* transtulit. 2. traducere. Quint. 3. *Tollitur a praeconum consessu Naevius et trans Alpes usque* transfertur. 3. de sermone, negotio aut culpa alio traducta. Orat. I. 29. *Si placet sermonem alio* transferamus. Muren. 22. *quum te de petitionis curriculo deflexisses, animumque ad accusandum* transtulisses. Font. 4. transferre *culpam in alios* Sext. 38. transferre *crimen in aliquem.* 4. *Se alio transferre*, est aliud negotium suscipere, Orat. III. 15. *alii a regendis civitatibus totos se ad cogitationem rerum* transtulerunt Brut. 12. *Aristoteles ait — Isocratem orationes aliis destitisse scribere totumque se ad artes* transtulisse. *Totum se ad artes componendas* transtulit. Orat III. 35. *Aristoteles quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam* transtulisset, *mutavit repente totam formam prope disciplinae suae.* 5. *auf etwas anwenden, übertragen.* Off. I. 16. *quod ab Ennio positum in una re* transferri *in multas potest.*

2. cum aliquo *transigere* est cum eo *pacisci, decidere.* Quint. 31. transigere *cum aliquo, qualibet, dummodo tolerabili conditione.* Rosc. Am. 39. si ei *rem privatim Roscius mandavisset, ut cum Chrysogono* transigeret, *atque* decideret. Verr. II. 32. *quod umquam huiusmodi monstrum aut prodigium audivimus aut vidimus, qui cum reo* transigat, *post cum accusatore* decidat 3. de scribentibus aut dicentibus, aliquod argumentum *absolvere.* Inv. I. 25. *ut prima quaeque pars, ut posita est in partitione, sic ordine* transigatur. Orat. 40 *ut proponat quid dicturus sit, ut quum transegerit iam aliquid, definiat.* Caecil. 14. *quid quum accusationis tuae membra dividere coeperit* (Hortensius) *et in digitis suis singulas partes constituere? quid quum unum quodque* transigere, *expedire, absolvere?*

TRANSILIRE metaphorice pro praeterire, Phil. II. 34. *ne rem unam pulcherrimam* transiliat *oratio.* Or. III. 40. *ingenii est specimen quoddam* transilire *ante pedes posita et alia longe repetita sumere.*

TRANSITARE. Att. V. 21. est *transitans*, sed e correctione Manutii.

TRANSITIO. Fam. XII. 13. *spem saepe* transitiones *praebere.* Brut. 16. *ad plebem* transitiones, i. e. patriciorum ad plebeios. 2. N. D. I. 18. *doceat eam esse vim et naturam deorum ut — imaginibus, similitudine et* transitione *perceptis cernatur.* cf. ibid. 37. 39. Hoc est illud quod est apud Diog. Laërt. Lib. X. sect. 139. τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητοὺς εἶναι — οὓς δὲ κατὰ ὁμοειδείαν ἐκ τῆς συνεχοῦς ἐπιῤῥύσεως, τῶν ὁμοίων εἰδώλων ἐπὶ τὸ αὐτό. Vid. ap. Ciceronem ibid. c. 38 init. *Ern.* 3. In arte rhetorica Her. IV. 26. Transitio *vocatur, quae quum ostendit breviter quid dictum sit, proponit item brevi quid sequatur,* Hanc figuram Cicero Orat. III. 53. sic describit: *propositio quid sis dicturus et* ab eo quod *est dictum seiunctio,* Her. I. 9. *Rem breviter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare unde necesse erit — et si* transitionibus *nullis utemur.* Hic verbo *transitionum* notantur formulae quaedam superfluae, quibus garruli quidam solent in narrando uti v. c.: *Et haec quidem ita gerebantur. Nunc audi cetera.*

TRANSITUS. Tusc. V. 20. *Dionysius quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fos-*

sae transitum *ponticulo ligneo coniunxisset*, *cum ipsum quum forem cubiculi clauserat*, *detorquebat.*

TRANSLATIO. Off. I. 14. *Sullae et Caesaris pecuniarum* translatio *a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri.* „Scilicet Sulla publicatis adversariorum bonis, eos quorum opera illos vicerat locupletavit. Caesaris vero immensae largitiones notae sunt ex Suetonio, quibus quum non sufficeret, bella primum hostilia cum Gallis, postea et civile excitavit, in quo Italiam omnesque provincias rapinis exhausit." Heusinger ad h. l. 2. Inv. I. 8. *actio* translationis *et commutationis indigere videtur.* Vid *Translativus.* Verr. IV. 22. *nomen suum isti ad* translationem *criminis commodaturum*, h. e. passurum, ut crimen suum Verres in ipsum transferre possit. *Ern.* 3. In arte rhetorica *translationes* sunt metaphorae Her. IV. 34. Translatio est *quum verbum in quandam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem recte videtur posse transferri* Ibi ostenditur translationes usurpari 1. rei ante oculos ponendae causa. 2. brevitatis, 3. obscenitatis vitandae, 4. augendi, 5. minuendi, 6. ornandi causa; et horum omnium exempla afferuntur. *ibid.* Translationem *dicunt pudentem esse oportere ut cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temere et cupide videatur in dissimilem transcurrisse.* Orat III. 38. *Tertius ille modus* transferendi verbi (h. e. qui est in transferendis verbis) *late patet, quem necessitas genuit, inopia coacta et angustiis, post autem delectatio iucunditasque celebravit. Nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem*, sic verbi translatio *instituta est inopiae causa, frequentata delectationis — Ergo hae* translationes *quasi mutuationes sunt, quum quod non habeas, aliunde sumas. Illae paullo audaciores quae non inopiam indicant, sed orationi splendoris aliquid arcessunt.* Sequuntur c. 39. sqq. praecepta de translationibus cf. *Orat.* 34. Quintilian. Inst. or VIII. 6.

TRANSLATIVUS. Inv. II. 19. *Quum actio* translationis, *aut commutationis indigere videtur, quod non aut is agit, quem oportet, aut cum eo quicum oportet, aut apud quos, qua lege, qua poena, quo crimine, quo tempore oportet* constitutio translativa *appellatur. Huius nobis exempla permulta opus sunt, si*

translationum *genera quaeramus.* — Her. I. 12. Ex translatione *controversia nascitur, quum aut tempus differendum aut accusatorem mutandum, aut iudices mutandos reus dicit.* ibid. III. 12. in translationibus *quaeritur primum, num aliquis eius rei actionem petitionem aut persecutionem habeat, quem non oporteat, num alio modo, tempore, loco, num alia lege, num alio quaerente aut agente.*

TRANSLATOR. Verr. V. 58. *Verres proditor consulis,* translator *quaesturae, aversor pecuniae publicae.* De hac re cf. Verr. I. 13. ubi Verri obiicitur quod aversa pecunia publica quaestor consulem (Carbonem) exercitum, sortem, provinciamque deseruerit. De eadem re ibid. l. c. 15. *Tu quum quaestor ad exercitum missus sis custos non solum pecuniae, sed etiam consulis, particeps omnium rerum consiliorumque fueris — repente relinquas? deseras?* ad adversarios transeas?

TRANSMARINUS. Rull. II. 29. transmarina *vectigalia,* i. e. quae ex Asiae provinciis petuntur. Or. III. 33. quid M. *Catoni praeter hanc politissimam doctrinam* transmarinam *atque adventiciam defuit.* i. e. Graecas literas.

TRANSMISSIO transnavigatio Att. IV. 16. *navigationem valde timebam recordans superioris* transmissionis *tuae.* Phil. I. 3. *veni Syracusas, quod ab urbe ea* transmissio *in Graeciam laudabatur.*

TRANSMITTERE 1. mare transire. Att. VIII. 5. *Lentulum ante puto* transmissurum. Q. Fr. II. 5. *aiebant te prima navigatione* transmissurum. N. D. II. 49. *Grues quum maria* transmittunt, *trianguli formam efficiunt.* 2. committere, attribuere. Manil. 14. *quis dubitat, quin hoc tantum bellum Pompeio* transmittendum *sit.* 3. tribuere. Manil. 1. *omne meum tempus amicorum temporibus* transmittendum *putavi.*

TRANSNUMERARE. Her. IV. 50. *tu illo plures mittas oportet, si hodie vis* transnumerari scil. pecuniam, quae scil. tam grandis sit, ut unus eam transportare non possit.

TRANSPORTARE Pis. *exercitum.* Att. VIII. 17. *copias navibus Dyrrhachium* transportare. ibid. VII. 16. *de pueris in Graeciam* transportandis *cogitabam.*

tis tribunalibus, *per quem consul . . non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem duceretur*: deinde ex Sueton. Caes. 84. ubi Caesaris corpus in foro combustum dicitur congestis subselliis ac tribunalibus, quod etiam in corpore Clodii factum est. Praetores Romae et in provincia in tribunali sedisse ius dicentes aut iudicia exercentes, ex pluribus Ciceronis locis, quos partim protulimus, partim proferemus, patet; de imperatoribus in castris iuvat unum locum afferre ex Liv. XXVIII. 27. ubi imperator Scipio dicit: Albium et Atrium sedisse *in tribunali P. Scipionis.* Sed hoc erat plerumque e cespite congesto, ut demonstravit Lipsius ad Tacit. Annal. I. 16 vid. tamen inprimis Spanhem. de Us. et Pr. N. D. XIII. p. 628. In tribunali autem, quoniam satis amplum erat, una cum praetore urbano sedebant, quos sibi in consilium advocaverat. Orat. I. 37. *nobis* in tribunali *Q. Pompeii Praetoris urbani sedentibus etc.* conf. Sueton. Tib. 33. in tribunali autem quaesitoris, cum causa ageretur, amici eius, qui cuperent audire oratores causam agentes. Brut. 84. *volo hoc oratori contingat, ut, quum auditum sit, eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur,* compleatur tribunal, *gratiosi scribae sint in dando et cedendo loco.* 2. Ceterum, quod ad figuram attinet tribunalis, ex numis patet fuisse quadratam. Hanc figuram ergo tribuemus militaribus, forensibus. Sed Vitruvius V. 1. formam semicircularem facit, nempe lapideorum et perpetuorum, quae in basilicis erant. De iis enim ibi sermo, non de omnibus: atque id subiecta a Vitruvio ratio docet. Sed quod de his Vitruvius dicit, male quidam ad universa transtulere. *Ern.*

TRIBUNITIUS. Act. I. Verr. 16. *Lex* tribunitia. vid. Ind. Legg.

TRIBUNUS. tria genera tribunorum sunt apud Ciceronem. 1 *tribuni plebis*, de quorum institutione, causis, iuribus, tirones cognoscant ex Liv. II. 33. conf. Ind. Legg. in *Leges Sacratae.* Sublata est tribunitia potestas postea, re et nomine, ad tempus, quum decemviri legibus ferundis constituti essent. Liv. III. 32. restituta ibid. 54. sublata iterum re, nomine relicto, a Sulla Dictatore. Cic. Leg. III. 9. Caes. Bell. Civ. I. 5. in quo tamen scrupulum iniicit locus Ciceronis Verrin. I. 60. de quo vid. Ind. Legg. in Lege Cornelia tri-

bunitia: restituta iterum a Cn. Pompeio. Eorum potestas antiquissima et prima fuit intercessio contra decreta senatus et magistratuum; sed ea postea aucta. Post tempora Sullae et Ciceronis aetate, quae huc inprimis pertinet, senatores tribuni fuere, in senatu sedere, ad senatum referre potuere (v. ad Div. I. 1.) edicere, ut senatus conveniret, ibid. XI 6 etc. conf. Lips. Elect. II. 13 Torrent. ad Sueton. Aug. 10. 2. *tribuni militares.* ad Q. Fr II. 14 sunt autem tribuni militum in legionibus, ut praefecti in turmis, subiecti legato, ut ipsis centuriones, vid ad Div. XV. 4. Creati sunt modo a populo, modo ab imperatoribus. Ab his creatos docet locus ad Q. Fr. II 15. *M. Curio* tribunatum *a Caesare petivi* (*nam Domitius se derideri putasset, si esset a me rogatus. Hoc enim est eius quotidianum, se ne* tribunum mil. *quidem facere, etiam in senatu lusit Appium Collegam, propterea isse ad Caesarem, ut aliquem* tribunatum *auferret*) *sed in alterum annum.* A populo creatos innuitur Act. 1. Verr. 10. *tres hi homines veteres* tribuni militares *sunt designati, ex Kal. Ian. non iudicabunt.* De hac re adscribam tironum causa locum Asconii ad l. c. Tribunorum mil. duo genera sunt: primum eorum, qui *Rufuli* dicuntur, de quibus Festus in h. v.: hi in exercitu creari solent: alii sunt *Comitiati*, qui Romae comitiis designantur. Sed de hac re vid. e Livio aliisque erudite disputantem Lipsium Milit. Rom. II 9. In eo variatum esse, ut mox tribuni a populo, mox ab imperatore crearentur, mox universi, mox pro parte, locis plurimis Livii patet. vid XXVII 36. XLII. 31. XLIII. 12. XLIV. 21. 3. *tribuni aerarii.* Planc. 8. sunt ordinis plebeii, itaque quum lege Aurelia iudicia cum omnibus ordinibus communicata essent, e plebe iudicarunt tribuni aerarii. ad Q Fr. II. 16. 6. Att. I. 16. Per eos militibus pecunia stipendiorum numerabatur, ut est auctor Festus. In eorum nomine facete ludit Cic. Att. I c. ubi de iudicio Clodiano: tribuni *non tam aerati* (h. e. divites) *quam, ut appellantur,* aerarii *h. e.* aere corrupti *Ern*

TRIBUS, sunt partes populi, in quas descriptus est pro loco et regione, quam habitant cives Rom ex instituto Romuli, vid. inprimis Sigonium, de tribubus accurate disputantem de Ant. Iur. C. v. R. L. I. 3. 2. Ciceronis tempore XXXV. tribus fuere; Mutata est aliquan-

tum ratio tribuum, quum Q. Fabius M. fecem urbanam omnem in quatuor urbanas tribus coniecit. vid. Ind. Hist. in Q. Fabius, a quo tempore honestius fuit in tribu rusticana esse, quam in urbana, et nota censoria, e rusticana in urbanam conii:ci. Cluent. 43. tribu *moveri*. A tribubus dicuntur comitia tributa, de quibus v. Comitia. Sed fit tamen non semel apud Ciceronem mentio tribuum in comitiis centuriatis. v. c. Agr. II. 2. *me non extrema* tribus *suffragiorum, sed primi illi vestri concursus .. consulem declaravere*. Id quale sit, tironum causa verbis J. Fr. Gronovii docebimus ex Observ. L IV. c. 1. p. 5. *Multitudine civium in immensum aucta, unaquaque in tribu permulti erant diversarum, imo omnium classium cives, iamque singulae classes in unaquaque tribu plures faciebant centurias tam iuniorum, quam seniorum. Hinc Cicero in Orat. pro Plancio* centuriam *vocat* unius tribus partem. *Ergo comitiis centuriatis ex tribubus XXXV. sorte una tribus excernebatur, ex cuius centuriis primae classis quod quaereretur praerogativa centuria, ipsa quoque haec tribus iam praerogativae nomen acquisierat: deinde quot illius sorte ductae etiam praerogativae tribus essent centuriae primae classis, tot rursum sortes coniiciebantur in sitellam, numero, ut videtur, aliquo notatae, quo prima iuniorum, vel seniorum secunda, tertia et deinceps centuriae distinguerentur: tum quam centuriam designans sors excidisset, ea erat praerogativa centuria. Hinc factum, ut, quemadmodum ob centuriam praerogativam etiam tribus in qua continebatur, praerogativae nomine gaudebat, sic etiam tribus nomen daretur illi centuriae, atque adeo promiscue interdum haec duo vocabula* centuriae *et* tribus *hac in re comitiali usurparentur*. Haec ille. Apud Florum etiam extra rem comitialem *tribus* pro *centuria equitum* dici, viderunt viri docti I. 1. 5. ubi v. Duker. Ex quo intelligitur, eo tempore centuriam et tribum promiscue dictas. Ceterum illam rationem, centuriae praerogativae sorte capiendae, quam Gronovius explicat, apparet, de tribubus rusticanis tantum accipiendam esse, quod in tribubus urbanis eo tempore primae classis centuriae esse non potuerunt: quod vir magnus monere praetermisit, scilicet, ut opinor, quia etiam non monitis in mentem debebat venire. *Ern.*

TRINUNDINUM s *trinum nundinum*, ternae nundinae, quibus, quum cives ex agris in urbem confluerent, ut fructus agrorum et alias merces rusticas venderent, lex in comitiis ferenda promulgabatur, ut eam etiam atque etiam considerare cives possent, et candidati magistratuum petebant. Ternae autem nundinae cum diebus interiectis conficiunt summam septendecim dierum, non, ut quidam docti viri existimarunt, septem et viginti. Numerandorum dierum enim initium fit a nundinis primis, et desinit in tertiis: nundinae autem secundae more latino bis numerantur, ut idem dies sit nonus a primis nundinis, et primus in altera enneade dierum. Clare Varro R. R. II. 1. septem tantum dies binis nundinis interiectos dicit. Fam. XVI. 12. *se praesentem* trinum nundinum *petiturum*. Dom. 16. *quod in ceteris legibus* trinum nundinum *esse oportet, id in adoptione satis est, esse trium horarum*. Scil. adoptio fit per legem curiatam, adeoque ad eam quoque trino nundino opus est. Phil. V. 3. *ubi promulgatio* trinundinum. Haec commate in quibusdam edd. distinguuntur; neque id absurdum esse dixerim. Sed potest etiam abesse distinctio, ut sit ellipsis praepositionis *per*, ut in illo Fam. XVI. 12. et alibi. *Ern.*

TRINUS Pis. 40. *nulla* ex trinis *aestivis gratulatio*. Att. IV. 6. a te literas crebro ad me *scribi video*, *sed omnes* uno *tempore accepi*. Quae res *etiam auxit dolorem meum. Casu enim* trinas *ante legeram, quibus meliuscule Lentulo esse scriptum erat. Ecce* quartae (epistolae) *fulmen. scil.* qua Lentuli mortem Atticus nuntiaverat.

TRIPARTITO. s. TRIPERTITO. Top. 13. *locus dialecticorum proprius ex consequentibus, et antecedentibus, et repugnantibus. — Quum* tripartito *igitur distribuatur locus hic in consecutionem, antecessionem, repugnantiam reperiundi argumenti locus simplex est, tractandi triplex.* Her. IV. 19. *Continuatione — utemur commodissime* tripertito, *in sententia, in contrario, in conclusione.*

TRIPARTITUS. Off. III. 2. *qui e divisione* tripartita *duas partes absolverit, huic necesse est restare tertiam.* Acad. post. I. 6. tripartita *inducitur ratio bonorum.* Her. II. 19. *argumentatio brevissima est* tripartita.

TRIPLEX. Tusc. I. 10. *Plato* triplicem *finxit animam*

TRIPLICITER. Her. IV. 42. *eandem rem dicemus, non eodem modo — sed commutato. Commutabimus* tripliciter, *verbis, pronuntiando, tractando.*

TRIPLA. Univ. 5. *dupla et* tripla *intervalla.*

TRIPUDIARE. insolenter laetari. Sex. 41. *tanta moderatio fuit hominis* (Milonis) — *ut contineret dolorem, neque eadem se re ulcisceretur, qua esset lacessitus, sed illum* (Clodium) *tot iam funeribus reip. exsultantem ac* tripudiantem, *legum, si posset, laqueis constringeret.*

TRIPUDIUM. Div. II. 34. *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. Haec sunt igitur aves internuntiae Iovis, quae pascantur necne quid refert? nihil ad auspicia. Sed quia quum pascuntur, necesse est, aliquid ex ore cadere, et terram pavire,* terripavium *primo, post* terripudium *dictum est, hoc quidem iam* tripudium *dicitur. Quum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti* tripudium solistimum *nuntiant.* (Nimirum tripudium proprie dictum videtur significatione tripudiandi, quum scil. pulli e cavea emissi famelici offam pultis invaderent, et prae cupiditate aliquoties tripudiarent, tum vero adeo avide vorarent, ut ex ore aliquid in *solum* caderet) Pergit Cicero: *Ergo hoc auspicium divini quidquam habere potest, quod tam sit* (scil. diutina fame pullorum) *coactum et expressum? Quo antiquissimos augures non esse usos argumento est: quod decretum collegii vetus habemus omnem avem tripudium facere posse.* (scil. non solum istos pullos in cavea inclusos) *Tum igitur esset auspicium, si modo esset liberum se ostendisse: tum avis illa videri posset interpres et satelles Iovis. Nunc vero inclusa in cavea et fame enecta si in offam pultis invadit, et si aliquid ex ore cecidit, hoc tu auspicium aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas?* cf. Div. I. 15. II 8. N. D II 3. Fam. VI. 6.

TRIPUS. N. D. III. 16. *Ex Iove et Lisyto est is Hercules, quem* concertavisse *cum Apolline de* tripode *accepimus.*

TRIREMIS navis tres remorum ordines habens. Verr. V. 17. *navis maxima* triremis *instar,* per magistratum Mamertinorum Verri *donata.*

TRISTICULUS. Div. I. 46. *L. Paullus — filiolam suam Tertiam — osculans animadvertit* tristiculam.

TRISTIFICUS. Div. I 12 *quis non artis scripta ac monumenta volutans* voces tristificas (h. e. tristia vaticinia) *chartis promebat Etruscis.* Ex Ciceronis poemate de consulatu suo.

TRISTIS 1. *maestus* Cael. 6. *cum* tristibus *severe, cum remissis iucunde vivere.* 2. *severus* Verr. Act. I. 10. tristis *iudex.* Quint. 18. *Quintius natura* tristi *ac recondita* fuit. Brut 50. triste *ac severum dicendi genus.* Orat. II. 71. *severus ac* tristis *vultus.* 3. de ominibus, prodigiis auspiciis tristia portendentibus Div II. 15. *quum* tristissima *exta sine capite fuerunt, quibus nihil dirius videtur esse.* Pis. 13. *ominibus* tristissimis *aliquem exeuntem prosequi.* Div I 44. Sisenna narravit — *Lanuvii clypeos, quod haruspicibus* tristissimum *visum esset, a muribus esse derosos.* 4. de tempore Fam. XV. 7. tristia *tempora.* ibid. IV. 13. *tristissimo meo* tempore 5. *molestus* ob negotii tristitiam. Mur. 20. de peculatus quaestione q ae Ser. Sulpicio praetori sorte obvenerat: *Quid tua sors?* tristis, *atrox: quaestio peculatus, ex altera parte* lacrymarum et squaloris, *ex altera plena catenarum atque indicum.*

TRISTIUS 1. *severius, morosius.* Fam. IV. 13. *quo facilius quibus est iratior respondere* tristius *posset.* 2. Sen. 19 *adolescentes gravius aegrotant,* tristius *curantur* h e. acerbioribus molestioribusque remediis.

TRISTITIA. 1. sensu proprio, *Traurigkeit.* Fam. V. 14. *lacrymis et* tristitiae *te tradidisti.* Orat. II. 17. *Iudex tum ad* tristitiam *tum ad laetitiam est contorquendus.* 2. *severitas, morositas, acerbitas,* Brut. 25. *homo ipsa* tristitia *et severitate popularis.* Or. I. 7. *superioris* tristitia *sermonis.* Lael. 18 tristitia *autem et in omni re severitas absit.* Fin IV. 28 *Stoici verba tenent mordicus; quae rursus dum sibi evelli ex ordine nolunt, horridiores evadunt, asperiores, duriores, et oratione et moribus. Quam illorum* tristitiam *atque* asperitatem *fugiens* Panaetius *nec* acerbitatem sententiarum *nec* disserendi spinas *probavit, fuitque in altero genu* mitior *in altero illustrior.* Orat. III. 83. acute et hilare dicto aliquem a tristitia et acerbitate deducere. 3. de miseria temporum. Att. XII. 39. *hilaritatem illam qua hanc* tristi-

affines, tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triumphum *suum duxerint.*

TRIUMVIR. Orat. 46. triumviri *capitales.* cf. ad Div. VII. 13. sunt praefecti carcerum, (vid. Liv. XXXII. 26. extr.) quibus suppliciorum a damnatis sumendorum cura mandari solet. De iis lege Lipsium ad Tacit. Annal. V 9. et quos laudat praeterea Cortius ad Sallut. Catil. 55. 2. ad Div. VII. 13 treviri (*triumviri*) *auro argento, aere,* int. flando feriundo. Dicti etiam *monetales,* vid. Pompon. Orig. Iur. §. 30. de scriptura *treviri,* agunt viri docti ad Liv. XL. 19. 3. Cluent. 18. *ante pedes Q. Manilii, qui tum erat* triumvir, *constituunt.* Intellige de magistratu municipali. Municipiorum enim magistratus a numero appellantur, qui non idem in omnibus municipiis fuit. 4. *treviri epulones* sunt Orat. III 19. de quorum origine et iure praetextae vid. Liv. XXXII. 42. *Ern.*

TRIUMVIRATUS. Brut. 31. de Q. Aelio Tuberone: *qui quidem* in triumviratu *iudicaverit, contra P. Africani avunculi sui testimonium, vacationem augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere.* Qui fuerit hic triumviratus, non vidi, qui explicaret, praeter Corradum, ad h. l. p. 217. qui Tuberonem non triumvirum agrarium, sed monetalem aut capitalem putat fuisse. Quod probari non potest. Nam talis triumvir quomodo tale quid iudicare potuisset? Mihi autem non est dubium, quin sermo sit, non de triumviratu Tuberonis, qui nullus fuit, sed de tempore triumviratus agrarii, qui fuit illius temporibus ex lege agraria Sempronia C. Gracchi. Nam cum a triumviris agrariis M. Fulvio Flacco, C. Graccho et C. Carbone, dum agros dividerent, graves seditiones excitatae essent, ex sententia P. Africani Senatus iudicia causarum agrariarum a IIIviris, tamquam suspectis, ad Consulem C. Sempronium aliosque iudices transferre voluit. vid. Pigh. ad ann. 624. In qua re, quum de iudicibus, qui cum Sempronio iudicarent, ageretur, potuit incidere, aut incidit potius illa de vacationibus augurum quaestio. *Ern.*

TROCHAEUS, vulgo dicitur pes una longa et altera brevi: sed apud Ciceronem est pes tribus brevibus syllabis, qui et *tribrachys* dicitur, quem nos autem vulgo trochaeum dicimus, choreus a Cicerone dicitur. Orat. 57. *contra accidere in spondeo et* trochaeo, *quo*

alter e longis constaret, alter e brevibus fieret. . . trochaeum, *qui est eodem spatio, quo choreus, cordacem appellat, quia contractio et brevitas dignitatem non habeat.* *Ern.*

TROPAEA. Arch. 7. *nostra sunt* tropaea. Intelligentia quaevis victoriarum monumenta, posita in iis regionibus, ubi victi hostes. Nam quae proprie dicuntur *tropaea*, Romanis inusitata fuere. vid dicta ad Sueton. Caes. 11. ubi et alia tropaea Rom. protulimus; quae similiter accipi possunt. *Ern*

TRUCIDARE. Catil. I 4. *quos ferro* trucidari *oportebat, eos nondum voce vulnero*

TRUCIDATIO. Phil. IV. 5. *nullus ei* (Antonio) *ludus videtur esse iucundior, quam cruor, quam caedes, quam ante oculos* trucidatio *civium.* Q. Fr. II. 1. *de Clodianis incendiis*, trucidationibus, *lapidationibus.*

TRUCULENTER. Rull. II 5 *concio tandem exspectata P. Rulli, quod et princeps erat agrariae legis, et* truculentius *se gerebat quam ceteri* (tribuni pl.). Quid hoc sit explicatur sequentibus verbis; *tum designatus* (trib. pl.) *alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto et horrido, capillatior quam ante, barbaque maiore, ut oculis et aspectu* denuntiare omnibus *vim tribuniciam et* minitari *reip. videretur.* Vid. *Trux* et *Truculentus.*

TRUCULENTUS. Sext. 8 *Alter* (Piso) *o dii boni, quam teter incedebat, quam* truculentus, *quam terribilis aspectu: — vestitus aspere —* capillo ita *horrido, ut Capua in qua ipse tum imaginis ornandae causa duumviratum gerebat,* Seplasiam (ubi scil unguenta vendebantur, cum aliis usibus tum comendis capillis adhibita) *sublaturus videretur.*

TRUDERE. Tusc. I 29. *Socrates — quum paene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem* trudi, *verum in caelum videretur ascendere.* Att. IV 3. Clodius *omnium vocibus quum se non ad iudicium sed ad supplicium praesens* trudi *videret omnes Catilinas — postea reddidit.*

TRULLA. Verr. IV. 27. *erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi,* trulla *excavata, manubrio aureo.* ibid. trulla *gemmea.* Erat autem hoc vas comparatum ad vinum hauriendum et poculo in-

fundendum, quod vel ipsum manubrium indicat. Ex Horat. Sat. II. 3. 144. *festis potare diebus Campana solitus* trulla *vappamque profestis* colligunt, fuisse poculum, quia sc. trulla potari dicitur. Sed hoc non est consequens. *Trulla potatur*, quia est inter instrumenta et vasa, quibus in conviviis utimur. conf. Cel. Burm. ad Petron. c. 75. *Trulla murrhina* est ap. Plin. XXXVII. 2. ubi male Harduinus de vase lavatorio explicat. Contextus docet, vas mensarium atque potorium fuisse. *Ern.*

TRUNCUS 1. pars arborum, *der Stamm* Orat. III. 46. *in arboribus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam conservandamque naturam; nusquam tamen est ulla pars nisi venusta.* Sen. 15. *Terra ex minutissimis seminibus tantos* truncos *ramosque procreat.* 2. de parte corporis humani extra caput et artus. Orat. 18. *non ad numerum articulus cadens*, trunco *magis toto se ipse moderans et virili laterum flexione.* Rosc. Com. 10. *nemo illum* (histrionem) *ex* trunco *corporis spectabat sed ex artificio comico aestimabat.* 3. metaphorice pro causa rei. Tusc. III. 34. *stirpes aegritudinis — ipso* trunco *everso, omnes elidendae sunt.* 4. de corpore inanimato. N. D. I. 30. *qui potest esse in eiusmodi* trunco *sapientia.* Similiter in comparatione, de homine stupido Pis. 9. *qui tamquam* truncus *atque* stipes, *si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus.*

TRUTINA Orat. II. 38. *haec nostra oratio — multitudinis est auribus accommodanda — ad ea probanda, quae non aurificis statera sed quadam populari* trutina *examinantur.*

TRUX, Div. II. 64. e Pacuvio: *quadrupes tardigrada — cervice anguina, aspectu* truci. Rull. II. 25. *ab hoc horrido et* truce *tribuno plebis* scil. *Rullo.*

TUBA. Sull. 5. (Autronius) *arma misit* (Catilinae) *cornua*, tubas, *falces, signa* Her. IV. 15. *in concione de virtute loqueris, in praelio prae ignavia* tubae *sonitum perferre non potes.*

TUERI 1. i. q. intueri. Div. I. 14. *intuerentur, nec* tuendi *satietas capere posset.* 2. *beschützen* Deiot. 8. tueri *fines suos ab excursionibus hostium.* Lael. 14. *Non est inhumana virtus, neque immanis, neque superba, quae etiam populos universos* tueri *eisque optime consulere solet.* 4. *unterstutzen.* Att. II. 20. *Cae-*

quid tumultuaris? *quid insanis? quid clamore exorsa, verbis, parvam rem magnam facis?* cf. tumultus.

TUMULTUS. Phil. VIII. 1. *potest bellum esse sine* tumultu; tumultus *esse sine bello non potest; quid est enim aliud* tumultus, *nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est* tumultus. (Nempe non a timore, sed a tumore, qui est rerum novarum timor. v. tumor.) *Itaque maiores nostri* tumultum Italicum, *quod erat domesticus;* Gallicum, *quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem* tumultum *esse, quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent,* tumultu *non valent.* Phil. V. 19. *vacationem militiae ipsis, liberisque eorum esse placere: extra* tumultum *Gallicum Italicumque.* Rosc. Am. 6. tumultus *proximus*, dicitur bellum civile Sullanum. In bello autem Italico Gallicove subito edici solebat tumultus, quod erat summi periculi et celerrime depellendi indicium, et hanc habebat vim, ut saga sumerentur, iustitium esset, sine delectu milites fierent interdum, et vacationes nullae essent. Sull. 11. *meis consiliis, meis laboribus, .. sine* tumultu, *sine dilectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus comprehensis atque confessis etc.* Phil. V. 12. tumultum *decerni, iustitium edici, saga sumi dico oportere, dilectum haberi sine vacationibus in urbe et in Italia, praeterea Gallia tota.* Muren. 10. *simulatque increpuit suspicio* tumultus, *artes illico nostrae* (np. eloquentia et iuris scientia) *conticescunt.* vid. Serv. ad Aen. VIII. 1. cf. Budaeum ad Pandect. p. m. 194. *Ern.*

TUNICA 1. vestis brevior sub toga, vel pallio, sed sine manicis. Orat. II. 47. *ut discinderem* tunicam et cicatrices ostenderem. Tusc. V. 20. *quum pila ludere vellet* tunicamque *poneret, adolescentulo gladium tradidit.* 2. minus honestae sunt tunicae manicatae et usque ad talos demissae; inde viris ut indecorae exprobrari solent. Catil. II. 10. de postremo genere sociorum Catilinae: *quos pexo capillo, nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis;* manicatis et talaribus tunicis, *velis amictos non togis.* Verr. V. 13. *quum iste* (Verres) *cum pallio purpureo talarique* tunica *versaretur in conviviis muliebribus.*

TUNICATUS. Cael. 5. *Nobis olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus et ut*

exercitatione ludoque campestri tunicati *uteremur*. De hoc loco vid. CAMPESTER Rull. II, 34. *qui metus erat* tunicatorum *illorum* h. e. de infima plebe hominum, qui tunica sine toga utebantur, unde etiam *tunicatus popellus* apud Horatium.

TURBA 1. *multitudo hominum, praesertim ex vulgo*, Verr. Act. I. 7. *videt ad ipsum fornicem Fabianum in* turba *Verrem*. 2. transfertur ad homines in aliquo ordine sequiores et inferiores. Brut. 97. effice ut te *eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem* turba *patronorum. Nec enim decet te — numerari in vulgo patronorum*. N. D. I. 15. *Chrysippus magnam* turbam *congregat ignotorum deorum*. Sen. 23. *o praeclarum diem, quum ad illud divinum* animorum concilium coetumque proficiscar *quumque ex hac* turba *et* colluvione *discedam*. 3. omnino de quavis multitudine Brut. 32. *in hac* turba *novorum voluminum*. Tusc. I. 11. *atomorum* turba. 4. *tumultus*. Rosc. Am. 32. *vis belli ac* turba. 5. *rixa*. Verr. V. 12. *Tertia illa perducta — maximas in istius castris effecisse* turbas *dicitur*. ibid. IV. 66. *ecce autem nova* turba *atque rixa*. 6. perturbatio. Fam. VI. 6. *quanta in* turba *quantaque in confusione rerum omnium viveremus*.

TURBARE. 1. sensu proprio. Cluent. 49. *Mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque* turbari. 2. de feris. Fin. I. 10. *at id ne ferae quidem faciunt, ut ita ruant itaque* turbent *ut earum motus et impetus quo pertineant non intelligamus*. 3. de animis perturbatis. Planc. 4. *placare mentes* turbatas. 4. de perturbatione in republ. Leg. III 9. *omnia infima summis paria fecit*, turbavit, *miscuit*. Q. Fr. III. 9. *quae palam in rep.* turbantur. Tull. 20. *si in Hispania* turbatum *esset* i. e. bellum commotum. 5. i. q. perdere, corrumpere. Verr. III. 94. turbare *reliquas spes*. 6. mala fide alicui molestiam creare. Q. Fr. III. 1. *ne quid ille* turbet. 7 de philosophorum inconstantia. N. D. I. 13. *Aristoteles — multa* turbat.

TURBO. 1. sensu proprio, *Sturm- und Wirbelwind*. N. D. III. 20. *imbres, nimbi, procellae,* turbines *ceteraeque tempestates*. Fam. XII. 25. *ut Minerva quam* turbo *deiecerat restitueretur*. 2. metaphorice de turbis et tumultibus in republica Pis. 9. *qui in maximis* turbinibus *ac fluctibus reip. navem gubernassem*.

3. de hominibus seditiosis, turbulentis et reip. perniciesis. Dom. 53. *tu procella patriae*, turbo *ac tempestas pacis atque otii.* Sext. 11. *illi duo reip.* turbines (Gabinius et Piso).

TURBO conus inversus, ein Kreisel. Fat. 18. *Chrysippus revertitur ad* cylindrum, *et ad turbinem suum, quae moveri incipere, nisi pulsa non possunt; id autem quum accidit suapte natura quod superest, et* cylindrum *volvi et versari* turbinem *putat.*

TURBULENTE, 1. sine ordine, confuse. Dom. 54. *quum iste impurus — ageret illam rem ita raptim et* turbulente, *ut neque mens, neque vox neque lingua consisteret.* 2. Tusc. IV. 28. *eorum gravitatem constantiamque laudamus, qui non* turbulente *humana patiuntur* i. e. sine perturbatione, sine aegritudine.

TURBULENTER. Fam. II. 16. *nos nihil* turbulenter (*in leidenschaftlicher Bewegung*) *nihil temere faciamus.*

TURBULENTUS 1. proprie de tempestate Verr. V. 10. *Syracusarum — haec natura esse loci caelique dicitur, ut nullus umquam dies tam magna* turbulentaque *tempestate fuerit, quin aliquo tempore eius diei solem homines viderent.* 2. confusus. Fin. I. 6. *atomorum* turbulenta *concursio.* 3. seditiosus. Orat. II. 11. *seditiosus civis ac* turbulentus. ibid. II. 31. *argumenta revocentur oportet ad genus — quod alieni appetens, de avaritia quod seditiosus, de* turbulentis *et malis civibus.* 4. de perturbatis reip. temporibus. Sull. 14. *in illa* turbulentissima *tempestate reip.* Fam. II. 18. *tempora mihi quidem* turbulenta *videntur fore.* ibid. IX. 1. *quum me in res* turbulentissimas — *demisissem.* 5. de animo perturbato. Tusc. IV. 5. Stoicorum — *quum de animi perturbationibus disputant — perexigua oratio est, qua medeantur animis nec eos* turbulentos *esse patiantur.* 6. de rebus et negotiis turbarum plenis. Caecin. 12. *ea sunt et* turbulenta, *et temeraria et periculosa.* Orat. 19. *res placatae et minime* turbulentae. Att. VII. 11. *negotium* turbulentum.

TURGERE, *schwülstig seyn.* Her IV. 14. *ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe, ita gravis oratio saepe imperitis videtur ea, quae* turget *et inflata est.*

TURGESCERE, de perturbationibus animi. Tuscul. III. 9. *Inflatus et tumens animus in vitio est. Sapientis autem animus semper vacat vitio; numquam*

47. *Quid si etiam* ABFUGIT turpe *visum est;* scil. ut pro eo *aufugit* dicerent, ut *aufer*, pro *abfer*.

TURPITER Tusc III. 17. *aderit temperantia — quae te* turpiter *et nequiter facere nihil patiatur* Att. VI. 3. *Hortensius filius fuit Laodiceae cum gladiatoribus* flagitiose *ac* turpiter. ibid. VII. 2. *Cato in me* turpiter *fuit malivolus*.

TURPITUDO 1. *Schande, Schändlichkeit*. Font. 13. *Ecquis umquam reus — sic accusatus est, ut nullum probrum, nullum facinus, nulla* turpitudo, *quae a libidine aut a petulantia, aut ab audacia nata esset, ab accusatore obiiceretur, si non vera, attamen ficta cum aliqua ratione aut suspicione*. Fin. III. 11. *quis honesta in familia institutus et educatus ingenue, non ipsa* turpitudine, *etiamsi eum laesura non sit, offenditur?* Quis non odit sordidos, vanos, leves, futiles? *Quid autem dici potuit, si* turpitudinem *non ipsam per se fugiendam esse statuemus, quo minus homines tenebras et solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant, nisi eos per se foeditate sua* turpitudo *ipsa deterreat!* Verr. Act. I. 16. *vos aliquot iam per onnos conceptam huic ordini* (senatorio) turpitudinem *atque infamiam,* (ex iudiciis, quae tum erant penes Senatores) *delere ac tollere potestis*. 2. de corpore, *Hässlichkeit*. Off. III. 29. turpitudo *in deformitate corporis habet aliquid offensionis*. 3. in verbis turpitudo est obscenitas. Or. II. 39. *orator praestet ingenuitatem et ruborem suum, verborum* turpitudine *et rerum obscenitate vitanda*.

TURRIS. 1. de altiori suggesto. Tusc. V. 20. Dionysius tyrannus *quum in communibus* suggestis *consistere non auderet, concionari ex* turri *alta solebat*. 2. munimentum. Prov. cons. 2. *Macedonia antea munita plurimorum imperatorum non* turribus, *sed tropaeis*.

TUTARI. N. D. II. 57. *genae* tutantur *oculos ab inferiore parte subiectae*. Phil. IV. 1. *rem publicam patrimonio suo et* tutatus *est et* tutatur.

TUTELA. 1. *Vormundschaft*. Flacc. 34. *nihil potest de* tutela legitima *sine omnium tutorum auctoritate deminui*. Nimirum *tutela* est potestas in capite libero ad tuendum eum qui propter aetatem se defendere nequit iure civili data. Haec est vel *testamentaria*, vel *legitima*. Legitima est, quum tutor testamento liberis datus non est, quae legibus ad agnatos defertur.

diorum proscriptiones cnm mulierculis aperta circumscriptione (i. e. fraudatione) fecisti. Tutor *his rebus* (Graev. malebat *Tutor mulieribus*) *Graecorum legibus ascribendus fuit.* 3. universe tutor dicitur qui homines quosdam, s. civitates, s. remp. sive artes quasdam tuetur. Orat. III. 1. *Crassus* (in oratione) *deploravit casum atque orbitatem senatus, cuius ordinis a consule qui quasi parens bonus aut* tutor *fidelis esse deberet, tamquam ab aliquo nefario praedone diriperetur patrimonium dignitatis.* Phil. VI. 5. *quis umquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi Rom. victoris dominique omnium gentium* tutorem *dicere auderet.* Brut. 96. *post Hortensii clarissimi oratoris mortem orbae eloquentiae quasi* tutores *relicti sumus.* Harusp. 6. Clodius ironice dicitur *castus* tutor *religionum.*

TUTUS. Verr. V. 15. *tibi numquam venit in mentem non tibi iccirco — tantam imperii vim — datam ut — nullius res* tuta, *nullius domus* clausa, *nullius vita* septa, *nullius pudicitia* munita *contra tuam cupiditatem et audaciam posset esse,* Fam. X. 31. tutus *ab inimicis.* N. D. II. 47. *obducuntur libro aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et caloribus* tutiores. Fam. XII. 2. *esse in* tuto. Flacc. 13. *multi clarissimi viri — quum praedonem nullum cepissent mare tamen* tutum *praestiterunt.*

TYPUS imaguncula s. sigillum. Att. I. 10. typos *tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere.*

TYRANNICE Verr. III. 48. *regie* seu *potius* tyrannice *statuit.*

TYRANNICUS. Leg. I. 13. *si omnes Athenienses delectarentur* tyrannicis *legibus, num iccirco hae leges iustae haberentur?*

TYRANNIS est imperium quod aliquis libertate oppressa in civitate sibi arrogavit. Tusc. II. 22. *Zeno Eleates* perpessus *est omnia potius, quam conscios delendae* tyrannidis *indicaret.* Off. III. 23. tyrannidem *occupare.* Att. XIV. 18. *sublato* tyranno (Caesare) tyrannidem *manere video.*

TYRANNOCTONUS tyranni interfector. Att. XIV. 16.

TYRANNUS qui in libera civitate dominatum occupat. Tusc. V. 20. *Duodequadraginta annos* tyrannus *Syracusanorum fuit Dionysius· quum Vet. XX*

natus dominatum *occupavisset. Qua pulcritudine urbem, quibus autem opibus praeditam* servitute *oppressam tenuit civitatem?* Off. III. 6. *Quid? si Phalarim crudelem* tyrannum et immanem vir bonus ne ipse frigore conficiatur vestitu spoliare possit, nonne faciat? — ibid. *Quod ad Phalarim attinet perfacile iudicium est. Nulla enim nobis societas cum* tyrannis, *sed potius summa distractio est.* Mil. 29. tyrannorum *interfectoribus Graeci deorum honores — tribuunt.* 2. Alio sensu dicuntur tyranni Rull. III, 1. *Completi sunt animi auresque vestrae Quirites, me gratificantem* septem tyrannis *ceterisque Sullanorum assignationum possessoribus agrariae legi et commodis vestris obsistere.* Rullus scilicet calumniatus erat, Ciceronem ideo legem suam agrariam oppugnare, quod iis qui tempore proscriptionis Sullanae multa praedia occuparant gratificaretur. E quibus septem principes septem tyrannorum nomine Rullus designaverat, eosque Turnebus fuisse censet Lucullos duo, Crassum, Metellum, Hortensium, Philippum, Catulum Cicero igitur ut istam criminationem refutaret ostendit Rulli lege agraria *non modo non adimi cuique glebam de Sullanis agris*, (h. e. a Sulla publicatis, quorum inprimis isti quos Rullus septem tyrannos vocaverat, possessores erant) *sed etiam id genus agrorum, certo capite legis impudentissime confirmari atque sanciri.*

TYRO s. TIRO, 1. *miles novus* cui opponitur *veteranus.* Fam. X. 24, *quantum acie* tironi *sit committendum, scimus.* 2, qui in quacunque arte inexercitatus est ac rudis. Caecil. 15. *L. Apuleium esse video proximum subscriptorem, hominem non aetate, sed usu forensi atque exercitatione* tironem. Verr. II. 6. *Verri simulatque sorte provincia Sicilia obvenit — agitare cum suis coepit quibusnam rebus in ea provincia maximam uno anno pecuniam facere posset. Nolebat in agendo discere, tametsi non provinciae* rudis *erat ac tiro,* sed in *Siciliam paratus ad praedam, meditatusque venire cupiebat.* Rosc. Am. 6. 7. Roscii, Capito et Magnus, *homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator* (i. e. sicarius et multarum caedium auctor) *habetur; hic autem nuper se ad eum lanistam contulit, qui quum ante hanc pugnam* tiro *esset* scientia, *facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit.* Orat. I. 50. fateor callidum quendam

hunc (oratorem) *et nulla* in re tironem *ac* rudem *nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere.*

TYROTARICHUS genus cibi, quod sic describit Apicius Caelius de arte coquinaria. lib. IV. c. 2. „Patella Tyrotaricha, ex quocunque pisce salso volueris: coques ex oleo, exossabis, et cerebella cocta, pulpas piscium, iecuscula pullorum, ova dura, caseum mollem excaldatum; haec omnia calefacies in patella, teres piper, ligusticum, origanum, rutae baccam, vinum, mulsum, oleum; patellam ad lentum ignem, ut coquatur, ovis duris obligabis, adordinabis; cuminum minutum asperges et inferes." Att. IV. 8. *multa me in epistola tua delectarunt; sed nihil magis quam patina* tyrotarichi. ibid XIV. 16. *ipse eo die in Paeti nostri* tyrotarichum *imminebam.* Papirius Paetus enim Ciceronem saepius hoc ferculo accipere solebat. Itaque Cicero Fam. IX. 16. ita cum eo iocatur: *Quem tu mihi pompilum, quod thynnarium narras? quam* Tyrotarichi patinam? *facilitate mea ista ferebantur antea. Nunc mutata res est.* — Paullo post tamen eum ita consolatur: Tu vero *(volo enim abstergere animi tui metum) ad* Tyrotarichum *antiquum redi.*

V.

VACARE 1. *cessare, otiosum esse.* Fam. XII. 30. *quamvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes, aut si ne tu quidem* vacas, *noli mihi molestiam exhibere.* Fam. VIII. 3. *Hoc mihi iucundissimum* vacanti *negotium erat, tecum id otii tempus consumere.* Div. I. 6. de *quibus quid ipse sentiam exponam, ita tamen si* vacas *animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni praevertendum putes. Ego vero inquam philosophiae semper* vaco. Div II. 2. *tantum huic studio relinquendum, quantum* vacabit *a publico officio et munere.* 2. *alicuius rei expertem, ab aliqua re liberum esse.* Tusc. I. 26. *natura caelestis et terra* vacat, *et humore.* N. D. I. 24. Nihil *est quod* vacet *corpore; corporibus omnis obsidetur locus.* Brut. 78. *Nullum tempus illi umquam* vacabat, *aut a forensi dictione aut a scribendo.* Att. XIII. 50. *Villa ita completa militibus erat, ut vix triclinium ubi coenaturus ipse Caesar esset,* vacaret. Att. XII. 14.

tota domus vacat *superior* (*ist noch unbesetzt*). Off. I. 36. *histrionum nonnulli gestus* inepti *non* vacant *offensione*. Fin. III. 10. *Sapiens perturbationibus semper* vacabit. 5. Simile est illud Tusc. II. 26. *amplitudinem animi omnium rerum pulcherrimam — eoque pulchriorem, si* vacet *populo*, h. e. ut post dicitur si sine populo recte facit, si non hoc agit ut populo placeat, s. si se liberum servat a studio populo placendi. 4. *negligere*. Orat III. 11. *Athenis iam diu doctrina ipsorum Atheniensium interiit, domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus* vacant *cives, peregrini fruuntur*.

VACATIO eius est, qui a quacunque re molesta aut laboriosa liber est, res, a qua quis liber est, adiicitur interdum nominatim, interdum omittitur. Phil. V. 19. vacatio *militiae*. Font. 4. *pretium ob* vacationem *datum*, sc. a munere viae publicae muniendae. Fam. IX. 6. *quae studia magnorum hominum sententia*, vacationem *habent publici muneris*; h. e. potestatem faciunt a republ. gerenda abstinendi. Sed non solum genitivus rei, a qua quis liber est, adiicitur, verum etiam causae, propter quas liberatur. Cael. 12. *severitati tuae, ut oportet, respondere non audeo, erat enim meum, deprecari* vacationem *adolescentiae, veniamque petere*. vid. not. Sull. 26. vacatio *rerum gestarum*. *i. e.* ob res gestas data. Leg. I. 3. *ego vero aetatis potius* vacationi *confidebam*. *Ern.*

VACILLARE. Fam. XVI. 15. *epistolá* vacillantibus *literulis*: quales nempe sunt eorum, qui, propter infirmitatem aliquam e morbo aut senectute ortam, tremebunda manu scribunt. Catil. II. 10. *qui partim* inertia, partim *male gerendo negotio, partim etiam sumtibus, in vetere aere alieno* vacillant, *h. e.* expedire se ex eo, et consistere non possunt. *Ern.*

VACUITAS, de tempore, quo munus aliquod, s. magistratum, nemo obtinet. Fam. XI. 10. *quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulis, quantam cupiditatem hominibus iniiciat* vacuitas. Gronov. ad Tacit. A. II 46. interpretatur; *orba respubl.* Ap. Tacitum l. c. *vacuae legiones* sunt, quae ducem non habent. vid. Gronov. Graevius e vestigiis Codd. MSS. legendum iudicat: *vacivitas*, quem vid. ad h. l. *Ern.*

VACUUS, otiosus. Brut. 5. *quum te sciremus esse vacuum.* 2. Catil. I. 6. *quum morte superioris uxoris novis nuptiis* domum vacuam *fecisses.* Haec forma loquendi significat, de medio sublatum quemcunque, quo superstite nuptiae fieri nullae possunt. Sic Sallust. Catil. 15. *Aurelia Orestilla pro certo creditur, necato filio,* vacuam domum *scelestis nuptiis fecisse.* ubi vid. Cortius. Sed et is, qui mortuus est, dicitur vacuam domum facere ap. Liv. I. 46. *Aruns Tarquinius et Tullia minor prope continuatis funeribus quum* domos vacuas *novo matrimonio fecissent*: i. e. mortui essent, neque, amplius obstarent fratri sororique, quo minus se iungerent matrimonio. vide tamen ad h. l. Jac. Gronov. *Ern.*

VADARI est, iubere aliquem datis sponsoribus polliceri, se ad diem certam ad agendum de re aliqua certum ad locum venturum; estque petitoris: unde autem petitur, *vadimonium promittit.* Quint. 6. *se iam neque* vadari *amplius, neque vadimonium promittere.* Verr. III. 15. *cum Apronius ex Leontino usque Lilybaeum aliquem* vadaretur *ex miseris aratoribus.* cf. Quint. 19. cf. Salmas. mod. Usur. c. 16. *Ern.*

VADIMONIUM est 1. praesentia aut ab eo, quem quis est vadatus, datis vadibus, s. sponsoribus, promissa, aut a sponsoribus, qui ei, qui vadatur, praesentiam alterius sua fide et periculo suo promittunt. Hinc formulae Quint. 6. vadimonium *promittere.* ibid. 7. vadimonium *sistere etc.* 2. ipsa postulatio et promissio praesentiae. ibid. 6. *hominem in praesentia non vadatur: ita sine* vadimonio *disceditur.* ibid. 5. *res esse in* vadimonium *coepit: h. e.* sibi invicem praesentiam certo die promiserant. ibid. 18. *quaesivit, quo die* vadimonium *istud factum esse diceres.* ad Q. Fr. II. 14. *nemo fuit in tanta multitudine, qui* vadimonium *concipere posset.* h. e. ICtus, qui formulam posset scribere, qua vadimonium postularetur et promitteretur. 3. ipsa dies, qua praesentia postulata et promissa est: der Termin. Cato 7. *meminere* vadimonia *constituta.* Quint. 7. vadimonia *dilata essent.* cf. ad Div. II. 8. Quint. 16. *ad* vadimonium *venire.* ibid. *deserere* vadimonium, *obire* vadimonium. De vadimonio longa est disputatio ap. Salmas. mod. Usur. c. 16. (in qua tamen non omnia vera, tamquam, quod p. 696. dicit, *vadimonium promittere* fuisse tantum

sponsorum, eum de reo sit diserte apud Cicer. Quint. 6 *se iam non vadari amplius, neque* vadimonium promittere.) conf. Budaeum ad Pand. pag. m. 40. sqq. *Ernest*

VADUM 1. sensu proprio de flumine aut mari. Orat. 45. vada *ponti*. 2. metaphorice de loco difficili in oratione defensoris. Cael. 21. *quoniam emersisse iam e* vadis *et scopulos praetervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.*

VAFER sensu malo, *astutus*. Off. III. 13. *Hoc celandi genus* (*quum scil. quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum intersit id scire.*) — *quale sit et cuius hominis, quis non videt? Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni, versuti potius obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris*, vafri. 2. sensu bono *prudens*. Att. I. 19. vafer *ille Siculus*, Epicharmus, quoniam recte de prudentia praeceperat. 3. peritus, intelligens N. D. I. 15. somniorum vaferrimus interpres.

VAFRE Verr. II. 53. *nihil sane* vafre *nec malitiose facere conatus est;* quod h. l. ironice dicitur de Verre.

VAGARI 1. sensu proprio de cursu terrestri aut maritimo huc illuc errantium, (*umher schweifen*) Sext. 42. *quis ignorat ita tulisse naturam, ut quodam tempore homines — fusi per agros ac dispersi* vagarentur. Inv. I. 1. *fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum modo* vagabantur. Flacc 13. *praedones — toto mari dispersi* vagabantur. Phil. XI. 2 *Nunc tota Asia* vagatur, (Dolabella) volitat *ut rex*. Font. 11. *hi* vagantur *laeti atque erecti passim toto foro*. Orat. I. 40. vagari *magna cum caterva toto foro*. 2. metaphorice de iis, qui nesciunt quid statuant. Div. I. 40. *quorum de altero* (Tiresia) etiam *apud inferos Homerus ait, solum sapere, ceteros umbrarum* vagari *modo*. Sic interpretatur Cicero locum Odyss. 490. ubi Tiresias dicitur μάντιος ἀλαοῦ, τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι, τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια οἴῳ πέπνυσθαι τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν. Off. II 2. de Academicis, *non enim sumus ii, quorum animus* vagetur *errore*. 3. oratio *vagari* dicitur, quum sine certo proposito, sine definitione rei, qua de disputator procedit. Orat. I. 48. *quid illud sit de quo disputetur, explanetur, ne* vagari *et* errare *cogatur oratio, si ii qui inter se dis-*

senserint, *non idem esse illud, quo de agitur, intelligant.* 4. alio modo *vagari* dicuntur disputantes, qui latius et copiosius disputant. Tusc. III. 6 *Primo si placet Stoicorum more agamus, qui* breviter astringere solent argumenta, *deinde nostro instituto* vagabimur. De eadem re cap. 10. sic: *Haec sic dicuntur a Stoicis concluduntur que contortius, Sed* latius *aliquanto dicenda sunt et* diffusius. 5. *vagari* etiam dicitur oratio, quae non est numeris adstricta. Orat. III. 49. *efficiendum est ne fluat oratio, ne* vagetur, *ne insistat interius, ne excurrat longius.* ibid. 45. *orator sic illiget sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur et adstricto et soluto. Nam quum vinxit modis et forma, relaxat et liberat immutatione ordinis, ut verba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege versus neque ita soluta ut* vagetur. 6. de celebritate famae Marcell 9. vagabitur nomen tuum longe atque late. 7. *vagari* est *divagari* Att. XVI. 11. *utinam eum diem videam, quum ista oratio ita libere* vagetur, *ut etiam in Sicae domum introeat.*

VAGE. disperse. Her. IV. 2. *res varias et dispares in tot poematibus et orationibus sparsas et* vage *disiectas eligere.* ibid. 31. *restant decem exornationes verborum, quas — non* vage *dispersimus, sed a superioribus separavimus.*

VAGINA. N. D. III. 14. scite Chrysippus, ut clypei causa involucrum, vaginam autem gladii, sic praeter mundum cetera omnia aliorum causa esse generata. Catil. I. 2. *SCtum inclusum in tabulis tanquam in* vagina *reconditum.* Sen. 15. *viriditas herbescens culmo erecta geniculato* vaginis *iam quasi pubescens includitur.*

VAGIRE. Fin. II. 10. vagiens puer. Sen. 23. *si quis deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repueriscam et in cunis* vagiam, *valde recusem.*

VAGUS 1. proprie huc illuc errans, discurrens, proficiscens. a) de hominibus. Att. VII. 11 Vagus *esse cogitabam.* ibid. 26. *Dionysio dum existimabam* vagos *nos fore, nolui molestus esse.* b) *de bestiis* Fin. V. 20. *bestiae motus solutos et* vagos *a natura sibi tributos requirunt.* c) de sideribus Univ. 10. *sidera quae infixo caelo non moventur loco. — quae autem* vaga *et mutabili ratione labuntur* (scil. planetae) *ita generata sunt, ut supra diximus.* 2. metaphorice vaga *dicitur*

fluss haben, wirksam seyn, wozu gereichen. Orat. II. 78. *in gladiatorio vitae certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quae non ad vulnus sed ad speciem valere videantur.* Fat. 4. *ut ad quasdam res natura loci* pertinet *aliquid, ad quasdam autem nihil, sic affectio astrorum,* valeat, *si vis ad quasdam res; ad omnes certe non* valebit. Off. II. 2. *Si oblectatio quaeritur animi: requiesque curarum, quae conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt, quod spectet et* valeat *ad bene beateque vivendum.* Balb. 28. valere *Cornelio ad summam laudem potius quam ad minimam fraudem Caesaris familiaritas deberet.* Phil. IX. 5. *multum* valuisse *ad patris honorem pietas filii videbitur.* 4. *valere contra* aliquid, est nocere, damnum afferre. Verr. II. 71. *dat amico suo cuidam negotium — ut diligenter* caveret *atque prospiceret, ne quid esset in literis sociorum, quod contra suum caput atque existimationem* valere *posset (schaden, oder zum Nachtheil gebraucht werden könnte).*

VALLUM s. VALLUS, munimentum circa castra, quod fit palis, qui et valli dicuntur: unde elegantes dicendi rationes. N. D. II. 57. *munitae sunt palpebrae tamquam* vallo *pilorum.* Ceterum quod Victorius Var Lect. XXII. 16 ex hoc loco corrigit Xenophontem Mem. Socr. I. 4. 6. id improbavimus ad eum locum. Cato 15. *fundit frugem spici, ordine structam, et contra avium minorum morsus munitur* vallo *aristarum.* Utrum hi ablativi sint a *vallum*, an *vallus*, disputat, et pro ultimo stat Gronov. Obs. III. 18. quem sequitur, et bis *vallus* pro *vallum* recipit ap. Ovidium Heinsius A. I. 14. 15. Met. VIII. 286 Mihi utrumque rectum videtur. Nam, quod Gronovius ipse negare non audet, vallum est a palis dictum, qui et valli sunt, deinde vallum pro pluribus palis dicitur Floro II. 18. *ferre* plenius vallum *iubebantur, qui arma nescirent:* ad quem locum Dukerus mihi videtur errare, qui *hoc vallum* dicit insolentius dici pro *hic vallus.* Est enim apud Liv. VIII. 38. ad quem locum vid. etiam Drakenborg. Ceterum *valli Romani* brevem et accuratam descriptionem legant tirones ap. Liv. XXXIII. 5 2. Att. XVI. 11. *Sine* vallo *Luciliano.* i. e. sine exceptione: ut bene Corradus. Lucilius dicebat, se nolle ab omnibus legi. *Persium non curo legere, D. Laelium volo.*

Igitur dicit, se ita scripturum, ut omnes sine exceptione legere possint, etiam Sica et Septimia. Ceterum in edd. Gruteri sequacibus editur *salo*, non *vallo*. *Ern.*

VANITAS dicitur de omnibus iis rebus, quae habent speciem inanem, a veritate alienam, ut de mendacio. Off. I. 42. *nihil proficiunt, nisi admodum mentiantur, nec vero est turpius quicquam* vanitate. . . *mercatura . . multis, sine* vanitate *impertiens.* Off. III. 14. *quod si vituperandi sunt ii, qui reticuerunt; quid de iis existimandum est, qui orationis* vanitatem *adhibuerunt?* de assentatione: Lael. 25. *multi autem Gnathonum similes, quum sint loco, fortuna, fama superiores: horum est assentatio molesta, quum ad* vanitatem *accessit auctoritas;* de errore: Tusc. III. 1. *ita variis imbuimur erroribus, ut* vanitati *veritas, et opinioni confirmatae natura ipsa cedat. Ern.*

VANUS, mendax. Quint. 6. *si* veritate *amicitia, fide societas, pietate propinquitas, colitur; necesse est, qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est,* vanum *se et perfidiosum et impium fateatur.*

VAPORARIUM est hypocaustum, s. fornax, in qua ignis aquae calefaciendae in balneis succenditur. ad Q. Fr. III. 1. vaporarium, *ex quo ignis erumpit.* vid. Philander ad Vitruv. V. 10. Sed Scaliger ad Catull. ep. 6. verba: *ex quo ignis erumpit*, pro glossemate habet, et totum locum alier constituit. *Ern.*

VARIARE, ornare, distinguere. Orat. II. 9. *oratoris est formare orationem, eamque* variare *et distinguere, quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus.* ibid. III. 26. variare *orationem sententiis.* 2. ad Q. Fr. I. 1. *severitas* variatur *gratia:* h. e. gratia facit, ut in decernendo praetor aequabilitatem deserat. vid. Varius, Varietas. 3. Milon. 3. variatis *hominum sententiis*, pro *variantibus*, homines enim, sententias et suffragia dicuntur *variare*, cum non in eandem sunt partem. Sic Liv. XXXV. 31. *sub hanc vocem fremitus multitudinis* variantis *fuit, partim assensum, partim indignationem.* Ad quem locum vid. Gronov. ibid. I. 43. *equites vocabantur primi, octoginta inde primae classis centuriae. Ibi si* variaret, *quod raro incidebat, ut secundae classis vocarentur,* int. suffragiis, ut XXII. 60. *ibi cum* sententiis variaretur. Dicuntur etiam sententiae variari aliqua re, aut

res

res variare sententias, ut ap. Liv. II. 57. *quum timor atque ira invicem sententias* variassent. Sed *sententiae variatae* pro *variae* dici, inusitatum est, ubi nulla fit rei mentio, quae eas varias effecerit. *Ern.*

VARICES sunt venae intumescentes in cruribus; sed interdum tamen etiam in ventre: de quarum curatione vid. Celsum VII. 31. Tusc. II. 15. varices *secare*. *Ern.*

VARIE, copiose, ornate. Orat. I. 13. varie dicere. 2. in foro opponitur τῷ *aequabiliter*. Verr. IV. 65. varie *decernere*. 3. variis de causis. Cael. 2. varie *obiectus est pater*. *Ern.*

VARIETAS. Ern. II. 3. varietas *proprie quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia*. 2. copia in dicendo. Orat. I. 12. *qui discernes eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo et copiam, ab eorum exilitate, qui hac* dicendi varietate *et elegentia non utuntur*. Sed inprimis est tenendus is verbi sensus, qui est Orat. 30. *eaque hanc ipsam habent, quam probo*, varietatem. Nam *varietas* ea, quam Cicero probabat, et quam in oratore commendat, est apta omnium trium dicendi generum inter se permistio, quum in eadem oratione, ut saepe fit apud Ciceronem, possis tenuia tenuiter, mediocria temperate; et sublimia magnifice dicere. 3. Orat. I. 2. *ac ne forte cum aliis studiis, quae reconditis in artibus, atque* in *quadam* varietate literarum *versentur etc.* ibid. 3. *in philosophia difficile est enumerare, quot viri, quanta scientia, quantaque* in *suis* studiis varietate *et copia fuerint:* ibid. III. 21. *nam neque sine forensibus nervis satis vehemens et gravis, nec sine* varietate doctrinae *satis politus et sapiens orator esse potest*. Nempe copia literarum *varietas* dicitur, quia e variis artibus liberalibus oritur. Crassus oratorem negabat esse perfectum posse, nisi qui omnibus artibus et literis eruditus sit. 4. inconstantia, infidelitas. Fam. X. 18. *non ullam rem aliam extimescens, quam eandem* varietatem *atque infidelitatem exercitus*. 5. Verr. III. 3. varietas *decretorum:* cum in iisdem causis non idem decernitur. 6. Sext. 34. *sine ulla* varietate *discessio* est, cum in eandem omnes omnino sententiam discedunt. cf. Catil. III. 6. 7. Dom. 5. *frumentum in alias terras, credo, propter* varietatem venditorum *miserant*. Graevius negat, quid

sit *varietas venditorum*, intelligi posse. Itaque acute suspicatur: *propter avaritiam venditorum*. nempe, ut pluris venderent frumentum, quae fere causa est, quare aliorsum rustici frumentum vehant. Mihi videbatur aliquando *varietas venditorum* esse diversitas pretii, quod frumento statuunt venditores, quum alii maioris, alii minoris vendere volunt, eamque ob causam, h. e. propterea, quod incertum apud se est pretium, aliorsum mittunt rustici frumentum, ubi certum pretium fore sperant. Est proverbium apud Latinos de oleariis in Velabro, qui inter se ex composito consentire in pretio olei solebant, neque altus alio maioris aut minoris vendere. 8 *varietas rerum* dicitur de rebus adversis. Fam. XV. 7 *in omni* rerum mearum varietate *amantissimum mei cognovi*. Sed Dom 36. *quum a tot* rerum *tanta* varietate *divellerer*, est pro: a tot ac tantis tamque variis rebus. 9. Fam. VI. 2. *in* varietate *adhuc est versata causa tua*. *Ern.*

VARIUS. Fin II. 3. quid proprie significet? cf. *Varietas*. Verr. V. 19 *an hoc probabis, in aequa causa populorum sine pretio* varium ius *et disparem conditionem fuisse* Agr. II 29. *fructibus* varius *ager: cui opponitur certa fides segetis*, apud Horatium. *Varietas agrorum* oritur ex varietate tempestatum, quae contra in nonnullis regionibus certae sunt ita ac stabiles, ut raro aliter accidant. *Ern.*

VAS, dis, obses, qui cavet populo in causa capitis, quae nempe vel maxime ad populum et rempubl. spectat, unde causa publica dicitur, conf. Gronov. Obs. II. 8 ad Brut 18. *me pro adolescentulo* vadem *accepit respublica*. Tuscul. V. 22. *quorum cum alterum* vadem *mortis accepisset: alter ut* vadem *suum liberaret, praesto fuisset ad horam morti destinatam*. De quaestione: an vades sint etiam rerum privatarum? lege in primis Salmas. mod Usur. cap. 16. p. 698. sqq. p. 731. sqq. qui ita esse multis disputat. Negat autem et impugnat hanc Salmasii disputationem Gronov. Obs. III. 13. (unde translata sunt, quae ibi disputantur in hanc rem, in notas ad Liv. III. 13.) putatque, ex veterum accurate loquentium consuetudine, vades semper dictos in causis capitis. Mihi, si iudicium meum licet interponere, ita videtur: *Vas* et *praes* antiquissimis temporibus de causis privatis dicebantur: quod

loci Varronis, aliique, a Salmasio allati, plane conficiunt. Postea autem, quum etiam in causis publicis, nempe in causis capitis, vades, Liv. I, c. et in causis pecuniae publicae, praedes adhiberi coepti essent, qui populo caverent, sensim mutata est dicendi ratio, et vades praedesque de publicis causis ab accurate loquentibus dicti, praeterquam, quod in lite vindiciarum praedes manserunt: itaque apud Ciceronem, Livium aliosque similes reperimus. Neque tamen propterea ita antiqua significatio obliterata fuit, ut non interdum ea homines in scribendo uterentur. Itaque etiam Horatius Serm I. 1. in causa privata vades commemorat. ad Q. Fr. I. 1. *sit annulus tuus non tanquam* vas aliquod, ubi vas sit ut Graecum σκεῦος, supellex, instrumentum: sed Longus de annulis c. 3. e Ms. Bibl. Ambros. corrigi volebat *vas aliquis.* — *Ern.*

VAS, vasis Inv. II. 40. *Paterfamilias quum filium heredem faceret,* vasorum *argenteorum centum pondo uxori suae sic legavit: Heres meus uxori meae* vasorum argenteorum *pondo centum quae volet dato. Post mortem eius* vasa *magnifice et pretiose caelata petit a filio mater. Ille se quae ipse vellet debere dicit.* Verr. IV. 27. vas *vinarium ex una gemma pergrandi, trulla excavata manubrio aureo.* ibid. 23. *efferri sine thecis vasa.* Ursinus malebat *efferri* e gynaeceis *vasa.* Verr. IV. 18. de Diodoro cui Verres vasa pretiosa eripere volebat: *Conquiri Diodorum tota provincia iubet. Ille ex Sicilia iam castra moverat, et vasa collegerat.* Facete tanquam de imperatore ageretur, qui antequam castra movet, vasa (i. e. impedimenta, das Gepäcke) milites colligere iubet. H. l. tamen nihil aliud intelligitur, quam Diodorum e Sicilia discessisse et vasa ista pretiosa secum asportasse.

VASARIUM. Pis. 35. pecunia, quae ex aerario magistratibus in provincias euntibus dabatur, ad comparanda vasa, quibus opus haberent. Vasa autem hic sumuntur latius, pro eo, quod Galli dicunt *meubles.* Sed in itinere in provinciam, in militia, *vasa* dicuntur, in urbe *suppellex.* vid. Salmas. mod. Usur. c. 3. p. 84. et ad Ius Att. p. 455. de vasario cf. Cic. Verr. IV. 5. et ibi Intt. *Ern.*

VASCULARII. Verr. IV. 24. sunt artifices, qui ex auro argentove vasa conficiunt, sed sine crustis et emblematis, qui apud nos *Goldschmide* vocantur. vid.

Salmas. ad Solin. p. 736. Eorum saepe mentio est in lapidibus. Exempla Indices Gruteriani, Reinesiani, aliique suppeditabunt. *Ern.*

VASTARE, 1. *verwüsten, plündern.* Catil. I. 12. *bello* vastabitur *Italia* Fam. VIII. 10. *quae diripuisset ipse ut viderentur ab hoste* vastata. 2. inane facere. Sext. 24. *lex erat lata*, vastato *et relicto foro:* expulsi erant enim vi operarum Clodianarum honesti cives, ne legem impedirent. 3. *Vastari* etiam dicuntur, quae horrida fiunt incultu. N. D. II. 39. *non patiuntur terram stirpium asperitate* vastari: verwildern. Nonius in hoc loco legit *vastescere*, quod probat Lambinus temere. *Ern.*

VASTE. Orat. III. 12. *ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, non vaste, . . sed presse. Vaste* est nimis diducto ore, rustico more, aspere. conf. *Presse.*

VASTITAS. 1, *solitudo* Verr. IV. 51. *audistis, quae* solitudo *esset, quae* vastitas *in agris, quam deserta inculta et relicta omnia.* 2. Pis. 33. *efficere* vastitatem, dicitur morbus, ex quo multi moriuntur. *Ernest.*

VASTUS, 1. *desertus* Rull. II. 26. *ager propter pestilentiam* vastus *atque desertus* 2. immani magnitudine. N. D. I. 35. *elephanto belluarum nulla prudentior, at figura quae* vastior, 3. asper, durus. Or. 45. *quomodo enim vester axilla ala factus est, nisi fuga literae* vastioris. ibid. I. 25. *ita vultu motuque corporis* vasti *atque agrestes.* vid. Alb. Rubenius ad Liv. XXIV. 48. *Ern.*

VATES Leg. II. 8. *fatidicorum et* vatum *effata incognita interpretari.* Harusp. 8. *hac* vate (*Sibylla*) *suadente*

VATICINARI 1. futura praedicere Att. VIII. 11. *non multo secus possum* vaticinari, 2. delirare, insanire. Fam. II. 16. *sed ego fortasse* vaticinor, *et haec omnia meliores habebunt exitus.* Sext. 10. *qui haec dicerent*, vaticinari *atque insanire dicebant.*

UBER 1. de aquis et segetibus. Q. Fr. III. 1. *multis locis aquam profluentem eamque* uberem vidi. Fin. V. 30. *seges spicis* uberibus *et crebris.* 2. de locis philosophicis. Off. III. 2. *nullus feracior in Philosophia locus nec* uberior (*reichhaltiger*). 3. de co-

pia in dicendo. Brut. 33. *Nemo* plenior et uberior *ad dicendum fuit*, (C. Graccho).

UBERTAS 1. *frugum et fructuum* N. D. III. 36. 2. mammarum N. D. II. 51. *nuper nati mammas appetunt earumque* ubertate *satiantur*. 3. copia orationis Balb. *orationis* ubertas *varietas copia*. Or. I. 12. ubertas *in dicendo*.

UBI, pro *a quo*. Flacc. 20. ubi *nihil possent discere*. Orat. II. 14. ubi *sunt*, *qui Antonium Graece negant scire i. e.* errant, qui negant: eleganter.

VECTIGAL, proprie est pecunia, quae pro vectura solvenda est: sed deinde in genere dictum est pro omni reditu publico e decumis, scriptura et portorio; de quibus suis locis dictum est. De vectigalibus populi Rom. extat doctus cel. P. Burmanni liber, de hoc argumento consulendus. Att. V. 21. vectigal *praetorium*, est pecunia, quam provinciarum civitates dare praetori solent, et a praetoribus, salva lege de repetundis, accipi potest. Quo nomine autem acceperint Praetores eam pecuniam, de eo sic statuunt viri docti, ut dicant, provinciales hanc pecuniam praetori dedisse, ne milites in hiberna recipere cogerentur. vid. Intt. ad h. l. et Burm. l. c. c. 12. p. 212. qui hoc onus postea *Epidemeticum* dictum, e Codice Justiniani docet. Locus, ad quem respicit, est L. XII. tit. 40. ubi videndus est Cuiacius, qui haec Epidemetica Nov. 129. 134. et ultima tit. c. lege abrogata docet. Ego autem locis veterum auctorum inductus arbitror, non solum hiberna, sed etiam alias res pecunia redemtas esse, et gratiae causa plus datum pecuniae, quam necesse esset. Nempe provinciales, inprimis remotiores, ut vecturae molestia liberarentur, redimebant frumentum in cellam, quod inde *aestimatum* dicebatur. vid. Verr. III. 81. sq. conf. in Pison. 35. In Cod. Theod. *aerariae annonae*: vid. Gloss. Nomic. Gothofr. Deinde provinciales, ut auctor est Cicero ad Att. V. 16. debebant dare foenum, ligna et similia ad necessitatem. Pro his, credo, etiam a nonnullis, remotioribus in primis civitatibus, pecunia dabatur. Fuerunt forte etiam tum alia eius generis: nam postea fuisse e Codic. Theodos. L. VII. non uno titulo et Cod. Justin. L. XII. tit. 37. sqq. intelligitur. *Optimum fuerit, intelligere sumtus, quos in cultum praetorum factos ait* Liv. XXXII. 27. de M. Catone, Sardiniae Praetore: *sumtus, quos in cultum praetorum*

facere socii soliti erant, circumcisi **aut** *sublati.* 2. Huic vectigali simile fuit *vectigal aedilicioium* ad Q. Fr. I 1. 9. quod iam breviter definitum est supra in *aedilicius.* Sed usi sumus vocabulo *pecuniae:* auctoribus viris doctissimis, Manutio ad l. c. Bulengero, Turnebo, aliis: quod negat Gel. Burmannus l. c. rectum esse, neque hos recte veterum aedilium mores considerasse, qui primo (Verr IV. 3.) commodato acceperint ornamenta ludorum a provincialibus, deinde donare, res, et bestias venari ad spectacula coegerint. Loci Ciceronis Fam. II. 11. VIII 9. Att. V ult. VI: 1. quos affert in hanc rem, omnes sunt de bestiis, pantheris; sed eas non imperabat provinciae civitatibus Caelius aedilis, sed Ciceronem rogabat, ut sibi mitteret, quod putabat civitates facile venaturas, si intellexissent Ciceroni gratum se facturas. Neque tamen hoc factum postea negem; quamquam saepe, in primis in Symmachi epistolis, legerim, bestias magistratibus, hominibus privatis, a civitatibus, esse aut sponte, amoris et gratiae causa, aut rogatu datas, nihil de imperatis. Quare vero de pecunia dubitetur a Burmanno, non video. Audiamus ipsum Ciceronem: res erit confecta. *Quantum vero est illud beneficium tuum, quod iniquo et gravi* vectigali aediliciorum, *magnis nostris simultatibus, Asiam liberasti? enimvero, si unus homo nobilis queritur palam, te, quod edixeris,* ne ad ludos pecuniae decernerentur (*intell. a civitatibus*) HS CC *sibi eripuisse. quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine, quicumque Romae ludos facerent, quod erat iam institutum, erogaretur?* Perantiquam autem consuetudinem fuisse, ut ProC. et ProPraetores a provincialibus exigerent pecuniam ad ludos, frustraque saepe SCtis coercitam, patet e Livio XL. 44. 3. Hinc etiam de reditibus privatorum hominum dicitur, ut in illo: Parad. 6. *magnum* vectigal *parsimonia.* ib. *ex meo tenui* vectigali cf. ad Att. XII. 20. *etc. Ern.*

VECTIGALIS, e vectigalibus redacta. Verr. I. 35. vectigalis *pecunia populi Rom.* 2. *vectigales populi* quomodo a stipendiariis s. tributariis differant, dictum est in *stipendiarius. Ern.*

VECTIO. N. D. II. 60. *Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum* vectiones; *quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim et celeritatem.*

VECTIS 1. palus ferreus. Div. II. 28. *Coniector quidam et interpres portentorum non inscite respondisse dicitur ei, qui ad eam retulisset, quasi ostentum, quod anguis domi* vectem *circumiectus fuisset; tum esset, inquit, ostentum, si anguem vectis circumplicavisset.* 2. inprimis ferramentum ad onera attollenda, vel demolienda monumenta, *ein Hebel* N.D.I. 8. *quibus oculis animi intueri potuit vester* Plato *fabricam illam tanti operis, qua construi a deo atque aedificari mundum facit? quae molitio? quae ferramenta? qui* vectes? *quae machinae — tanti muneris fuerunt?* Verr. IV. 43. *demoliri signum ac* vectibus *labefactare conantur.*

VECTOR *ein Reisender zur See, Schiffspassagier.* Phil. VII. 9. *etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a* vectoribus *admoneri solent* N. D. III. 37. vectores *adversa tempestate timidi et perterriti.* Allegorice Att. II. 9. *male vehi malo alio gubernante quam tam ingratis* vectoribus *bene gubernare* i. e. aliis malo remp. permittere, etiamsi minus bene administratur, quam ipse remp. capessere cives tam ingratos expertus.

VECTURA. Verr. III. 82. vecturae *difficultas* (*Schwierigkeit beym Transport zu Wagen*) Att. I. 3. *misimus qui pro* vectura *solveret, mit Auftrag die Seefracht zu bezahlen*) Fam. II. 17. *sine* vecturae *periculo* (*ohne das Risico des Transports zur See*)

VEGETUS 1. *firma valetudine* Att. X. 18. *te* vegetum *nobis in Graecia siste.* 2. de animi vivacitate. Tusc. I. 17. *ne tam* vegeta *mens aut in corde cerebrove aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat* Div. I. 29. *tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat et se* vegetam *ad somniandum acremque praebeat, tum ei visa quietis occurrunt tranquilla atque veracia.*

VEHEMENS 1. de eo qui in alios impetuosus est et ferox Vat. 2. *nimium* est vehemens feroxque *natura* (*heftig und wild*) 2. de severitate in puniendo Sull. 31. *Ego ille qui* vehemens *in alios, inexorabilis in ceteros esse visus sum — tam sum misericors quam vos, tam mitis quam qui lenissimus. In quo* vehemens *fui vobiscum, nihil feci nisi coactus: reip. praecipitanti subveni; — misericordia civium adducti tunc fuimus tam* vehementes, *quam necesse fuit.* cf. ibid. cap. 1, 3.

VELABRUM, planities inter Capitolium, Palatinum, et Aventinum, ad Brut. 15. *Larentiae ad aram in* velabro *sacrificium pontifices facere solent.* De velabro v. Donat. Rom. et R. II. 15. 27. *Ern.*

VELATUS. Dom. 47. N. D. II. 3. *capite* velato. In primo loco est de dedicante, in altero de Decio, se devovente. Itaque non eodem modo accipiendum illud *velare*. Nam dedicantis velamen idem est, quod sacrificantis, quod quale sit, e monumentis antiquis apparet, nempe eiusmodi, quod caput, praeter os, totum operit; unde *amictus* appellatur Virgil. Aeneid. III. 405. v. hoc velaminis genus in monumentis et numis ap. Guther. Iur. Pont. II. 14. III. 6. IV. 6. Huius velationis causam Servius facit hanc ad l. c. Plutarch. Quaest. Rom. T. II. p. 266. ne inter sacrificandum verbum male ominatum, temere emissum, ad aures sacrificantis accideret, et sacra turbaret. In devotione autem velamen (Liv. VIII. 9.) idem est, quod supplicum, hostiarum, nempe, ut est apud Livium I. 32. filum lanae, vitta, infula. conf. Sueton. Calig. 6. *Ern.*

VELIFICARI, proprie est vela facere ita, ut vento inflari possint, vela ad ventum excipiendum convertere. Hinc *mutare velificationem* Fam. I. 9. proprie est, vela alio convertere, quia ventus mutatus est. Sed quoniam *ventus* et *aura* dicuntur metaphorice, (v. aura) *velificari* etiam sic dicitur; nempe, ut sit, facere aliquid, quod ad honores, quos cupias, consequendos prosit. Agr. I. 9. *quod si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori* velificari *suo.* Hinc est pro *gratificari*. Fam. VIII. 10. *diligenter et caute perscribas, ne aut* velificatus *alicui dicaris etc. Ern.*

VELITARI, est pugnare velitum more, de quibus mox, hinc, quia velites levioribus armis pugnant, de leviori dicitur concertatione. Quint. 22. *haec est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum* velitabaris. Nempe Alphenus, qui se procuratorem Quintii professus erat, tantum impedierat auctionem bonorum Quintii, a Naevio proscriptam, iudicium accipere voluerat etc. haec pugna erat levior, non pertinebat ad caput. Sed Naevius deinde Quintii caput petebat, quum eius bona sibi ex edicto possessa diceret. *Ern.*

VELITES, quod genus militum sit, notum est; nempe quod ante iustam aciem telis, hastis pugnat, leviter armatum. De iis, eorum origine, abrogatione etc. vid. Lipsium de Milit. R. III. 1. Salmas. R. Mil. 16. Eleganter in hac voce ludit Cicero Fam. IX. 20. *me autem a te ut scurram velitem malis oneratum esse, non moleste tuli.* Est autem lusus in his verbis multiplex, quem interpretes non plene assecuti videntur. Gronovius vidit primo, ludi in voce *malis*, quae et poma significat, quae Ciceroni donarat Paetus, et maledicta, convicia. Manutius porro monuit, respici ad morem militarem, quo velites in itinere portabant sarcinas militum. Hinc verbum *onerare*. Sed hoc nescio an cuiquam probet: nam nihil de ea re proditum invenio. Calones id fecisse scio, de velitibus nihil huiusmodi legi. Valesius denique, ut ex eius notis ad Ammianum V. 9 commemorat ad h. l. Graevius, monuit, *scurras esse* parasitos, qui exercitum sequantur, et iocis in conviviis milites delectent; quod, quamquam non negem, etiam in exercitibus scurras fuisse, tamen locus Plautinus non confici:, in quo scurra est *urbanus*, qui opponitur militi, vid. Gronov. Sestert. IV 9. p. 319. neque ratio est, quare hic castrenses potius, quam urbanos scurras, intelligere velimus. Quicquid sit, nemo horum plane explicavit hunc lusum. Videamus, an nos id praestare possimus, et simul exemplum demus explicandorum huiusmodi locorum. Misit Paetus Ciceroni poma, quae et *mala* dicuntur. Hoc verbum ambiguum est, adeoque ioco aptum. Sed ut ambiguitas servaretur, adhibendum erat etiam verbum huic rei accommodatum. Hinc dixit: *malis me onerasti*, pro *malis me donasti.* Formula *malis onerare* significare potest, maledicta plurima in aliquem coniicere, (nam etiam *maledictis aliquem onerare* dicimus) et plurima poma in aliquem coniicere. Utrumque accidere solet scurris et parasitis in locupletiorum conviviis, hoc in primis, apposita mensa secunda. Hinc Ciceroni veniebat in mentem scribere: *multis malis me tamquam scurram onerasti.* Sed id fit inprimis tum, quum parasitus est impudentior, et dicteriis convivas saepius lacessit. Et quia dicimus: *iacere dicta*, tamquam tela et iacula; deinde *velitari* et *velitatio* in dicteriis iaciendis dicitur, ut ap. Gell. VI. 11. *neque in maledictis adversus impudentes et impro-*

bos velitandum. cf. Plaut. Asin. II. 2. 41: propterea eleganter dixit, *se tamquam velitem scurram*, h. e. qui ultro et crebrius impudentiusque maledictis velitatus sit adversus Paetum, *malis oneratum esse: id se autem non moleste tulisse*, quia aequum scil. sit, ut est apud Phaedrum, sua exempla aequo animo pati. *Ern.*

VELIVOLANS *navis*. Divin. I. 31. e Poëta.

VELLE 1. sensu proprio. Vatin. 15. Volo *ex te audire*. Q. Fr. III. 1. *ea cura te liberatum* volo. Fam. XII. 13. volo *vos bene sperare*. Att. VI. 3. *num* quid vellem, *rogavit*. Formula *numquid vis* est formula abeuntium qua sua officia deferunt, in exsequendis mandatis. 2. *bene cupere*. Att. VI. 7. *Plane* volo *his magistratibus quorum voluntatem in supplicatione sum expertus* Fam. XIII. 71. *omnium causa, quos commendo* velle *debeo*. Pet. cons. 1. *ut intelligant* qui debent *causa tua*, referendae gratiae, *et qui* volunt *obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore* Fam. XIII. 55. *Mihi videor intellexisse, — te ipsius* (Anneii) *causa vehementer omnia* velle. 3. *quid sibi* vult? *was soll das bedeuten?* Leg. III. 15. nec *satis intellexi* quid sibi *lex, aut quid verba ista* vellent. Verr. III. 50. *quid vero istae sibi quinquagesimae? quid porro nummorum accessiones* volunt?

VELLICARE Balb. 26. *qui more hominum invident, in conviviis produnt, in circulis* vellicant, i. e. carpunt, perstringunt.

VELLERE 1. evellere. Verr. IV. 24. *illa* (sigilla) *quae* vellerat *ex patellis in aureis poculis illigabat*. 2. metaphorice *spinas vellere* dicuntur philosophi, qui subtiliter quidem disputant, sed squalida oratione utuntur, sine nitore. Fin IV. 3. *hominum nec* spinas vellentium *ut Stoici, nec ossa nudantium, sed eorum qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere.*

VELOCITAS. Tusc. IV. 13 Velocitas *corporis celeritas appellatur*. ibid. V. 15. *praestans valitudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisque sensibus, adde etiamsi libet* pernicitatem *et* velocitatem. Sen. 6. *Non viribus, aut* velocitatibus aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio et auctoritate et sententia.

VELOCITER. Somn. 9. *optimae curae* sunt *de salute patriae, quibus agitatus et exercitatus animus* velocius *in hanc sedem et domum suam pervolabit.*

VELUM. Orat. 23. vela *dare.* Tusc. IV. 4. vela *facere.* ibid. 5. vela *orationis pandere*, hae formulae omnes significant, latius et copiosius, quam Dialectici solent, disputare. 2. Orat II. 44. *si se dant, et sua sponte, quo impellimus, inclinant iudices atque propendent: accipio quod datur, et ad id, unde aliquis flatus ostenditur*, vela *do.* *Flatus* hic sumitur, ut *aura*, (vid. sup.) nempe pro ea re, quae oratorem, quemadmodum flatus aurae in vela incidens in portum devehit navem, ita iuvat, ut facilius, quod velit, iudicibus persuadere possit. Ea res est iudicum inclinatio et propensio, quam vocavit, quum videt orator eos sua sponte aliquid quodammodo probare. Quum ergo orator hoc animadvertens, eam rem in primis urget, in eaque augenda et demonstranda copiosus est, dicitur vela dare ad id, unde flatus ostenditur. 3. *velis remis*, proverbialiter dicitur de summa contentione ad Q. Fr. II. 14. Laudatur etiam ex Off. III. 33. *velis equisque:* sed legendum est, *viris equisque*, ut est in melioribus edd. *Ern.* 4 *velis passis* Tusc. I. 49. *quo utinam* velis passis *pervenire* liceat, i. e. quam primum, celeriter

VENA 1. sensu proprio Blutader. N. D. II. 55. *Quae spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primum ab eo spiritu, deinde contagione pulmonum ex eaque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quem ventriculum cordis appellant, cui similis alter adiunctus est, in quem sanguis a iecore per* venam illam cavam *influit.* Sanguis *per* venas in *omne corpus diffunditur, sicut spiritus per arterias.* Nimirum errabant veteres physiologi, arteriis non sanguinem, sed aërem contineri opinati. ibid. *sanguis a corde in totum corpus distribuitur, per* venas *admodum multas, in omnes partes corporis pertinentes.* Div. II. 70. *Medici signa quaedam habent ex* venis *et ex spiritu aegroti* Fat. 8. *si cui* venae *sic moventur is habet febrem.* His duobus locis *venae* dicuntur pro arteriis vel certe generali sensu arterias una comprehendant. Tusc. II. 8. *e viperino morsu* venae *viscerum veneno imbutae tetros cruciatus cient.* De Philocteta. 2. de metallorum locis et viis. N. D. II. 50. *nos aeris argenti auri* venas *penitus abditas invenimus.* Div. II. 1. *Aurum et argentum aes, ferrum frustra natura divina genuisset, nisi eadem docuisset, quemadmodum*

ad eorum venas perveniretur. 3. metaphotice de interiore parte civitatis Catil. I, 13. *quodsi ex tanto latrocinio iste* (Catilina) *unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati, periculum autem residebit et erit inclusum penitus in* venis *atque in* visceribus *reip.* 4. metaphorice pro natura rerum et qualitatibus. Orat. I. 52. Teneat *oportet* venas *cuiusque generis, aetatis, ordinis.*

VENALIS 1. venditioni expositus Rull. III. 4. *possessiones* venales *ac proscriptas* hac *lege* video. 2. Inprimis dicuntur venales, mancipia s. servi, qui ad venditionem exponuntur Quint. 6. *pueros* venales *adducebat.* Orat. I. 58. *Manilianae leges* venalium *vendendorum* Orat. II. 66. *Syri* venales. 3. *venalia* dicuntur, pro quibus aliquis contra ius et fas pecuniam accipit, item res sanctae, quas quis negligit et perdit pecuniae lucrandae causa. Verr. III. 62. *habere fidem* venalem. ibid. III 62. *aliquando desinat ea se putare posse emere, quae ipse semper habuit* venalia, *fidem, iusiurandum, veritatem, officium, religionem.* Phil. II. 3. *quum domi tuae turpissimo mercatu omnia essent* venalia. ibid. III. 4. *Quis rex umquam fuit tam insignite impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni* venalia? *Hic* (Antonius) *quam immunitatem, quam civitatem, quod praemium non vel singulis hominibus, vel civitatibus, vel universis provinciis vendidit?* 4. *vocem* venalem *habere* per contemptum dicitur *praeco,* qui in auctionibus pretia licitantium pronuntiat, et pro ea opera certa pecunia v. c. dupondio remuneratur. Quint. 3.

VENALITII Orat. 70. *neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos, et Laelios, multi* venalitii *mercatoresque superarunt.* Venalitii sunt mangones qui homines (ut servos) venales habent, unde *familiae venalitiae;* dicuntur etiam *venalitiarii.* Itaque et hanc vocem quippe notiorem in hoc genere hic reponere volebat Lambinus, recte propterea reprehensus a Torrentio ad Suet. Aug. c. 42. *Ern.*

VENARI 1. sensu proprio. Fam. II. 11. *de pantheris per eos qui* venari *solent agitur meo mandato diligenter* N. D. II. 63. *Canum tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando.* 2. metaphorice pro *perquirere.* Orat. 34. *nosse regiones intra quas* venere *et pervestiges quod quae-*

ras. 3. capere Verr IV. 21. *Simul atque in oppidum quopiam venerat* (Verres) *immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui investigabant et perscrutabantur omnia. Si quod erat grande vas et maius opus inventum, laeti efferebant. Si minus eiusmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur, patellae, paterae, turibula.* 4. *appetere, etwas erstreben.* Her. IV. 2. venari *laudem modestiae* Att. XVI. 7. *bene tu quod* ἀθανασίαν venaris.

VENATICUS Verr. IV. 15. *mirandum in modum* (canes venaticos *diceres*) *ita odorabantur omnia et pervestigabant.*

VENATIO est inter genera ludorum publicorum, qui populo dari solebant, (*eine Thierhetze*) quum scilicet in circo maximo ferae, ut leones, pantherae, elephanti vel inter se vel cum hominibus depugnabant. Fam. VII. 1. *de ludis a Pompeio Magno institutis. Reliquae sunt* venationes *binae per dies quinque, magnificae nemo negat,* (quibus Plutarchus in vita Pompeii quingentos leones occisos fuisse ait, vix credibili numero). *Sed quae potest homini esse polito delectatio, quum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut praeclara bestia venabulo transverberatur?* Att. XVI. 4. venatio *quae postridie ludorum Apollinarium futura est.* Off. II. 16. *prodigi qui epulis et visceratiombus et gladiatorum muneribus ludorum* venationumque *apparatu pecunias profundunt.* Sen. 16. *Conditiora facit haec* (alia agricolarum emolumenta) *supervacanei etiam operis, aucupium atque* venatio.

VENATOR 1. sensu proprio Tusc. II. 17. *pernoctant* venatores *in nive, in montibus uri se patiuntur.* 2. metaphorice N. D. I. 30. *Physicus speculator,* venatorque *naturae.*

VENATUS Tusc. V. 34. *Labor in* venatu.

VENDERE. Off. III. 12. vendere *aliquid quam plurimo* Sext. 26 *grandi pecunia* Off. III. 12 Diogeni Babylonio placet *venditorem dicere vitia oportere, cetera sine insidiis agere, et quoniam* vendat, *velle quam optime* vendere. *Advexi, exposui,* vendo *meum non pluris, quam ceteri; fortasse etiam minoris. Cui fit iniuria?*

VENDIBILIS 1. qui cum lucro potest vendi Verr. I. 41. *illi bona* res, *huic* vendibilis *videbatur.* 2. probabilis, a pluribus expetitus. Fin. I. 4. *nos ea scri-*

pta (de quaestionibus iuris civilis) *reliquaque eiusdem generis et legimus libenter et legemus, haec quae vitam continent omnem negligentur? Nam ut sint illa* vendibiliora, *haec uberiora certe sunt* Brut. 47 *orator* vendibilis Lael. 25. *oratio vendibilis* est eadem quae popularis, quae facie plausum populi captabat. Brut. 47. *Gellius non tam* vendibilis *orator, quam ut nescires, quid ei deesset.*

VENDITARE 1. vendere aliquid velle Att. I. 14. Venditat *Tusculanum, ut si possit emat Pacilianam domum.* 2. *ostentare, iactare.* Her. II. 30. dedita opera comparata oratio videbitur esse, *aut artificii significandi, aut ingenii* venditandi *aut memoriae ostentandae causa.* 3. *venditare se alicui* est se ad eius voluntatem componere, *eius gratiam, captare,* ei blandiri, et placere velle. Sull. 10. *L. Torquatus quum* suppressa voce *de scelere P. Lentuli, de audacia omnium coniuratorum dixisset, tantummodo ut vos, qui ea probatis, exaudire possetis, de supplicio P. Lentuli, de carcere* magna et queribunda voce *dicebat. In quo — illud erat absurdum, quod quum ea quae* leniter *dixerat, vobis* probare *volebat, eos autem qui circum iudicium stabant, audire nolebat, non intelligebat, ea quae* clare *diceret, ita illos audituros,* quibus se venditabat, *ut vos quoque audiretis, qui id non probabatis.* Att. X. 8. *tamenne dubitemus an ei* (Caesari) *nos etiam cum periculo* venditemus, *quicum coniuncti ne cum praemio quidem voluimus esse.* Att. IV. 16. *in eo me etiam Tulliae meae* venditabo. Phil. VIII. 10. *huic* (legato Antonii Cotylae) *se etiam summis honoribus usi contra dignitatem suam* venditabant. Verr. III. 38. quum Apronius dictitasse diceretur Verrem sibi in decumis esse socium: *Hoc innocens homo perpeti potuisset! aut quamvis nocens — non aliqua simulatione existimationi se hominum* venditasset? Harusp. 23. *Vobis se coepit subito fallacissime* venditare Sext. 8. venditabat *se operis atque ab iis se ereptum ne de ambitu causam diceret praedicabat.* 4. Venditare aliquem aut aliquid i. laudare. Att. I. 16. *Antonio tuo nomine gratias egi eamque epistolam Manlio dedi. Valde te* venditavi. Sic enim h. l. constituendum censeo. Vulgo enim post verba *Manlio dedi* sequebantur ista: *Ad te ideo antea rarius scripsi, quod non habebam idoneum cui darem, nec satis sciebam quid darem. Vale te vin-*

ficam oppellas, a quo tibi praesentem pestem vides comparatum.

VENENATUS 1. de animalibus veneno nocentibus Harusp. 24. *vipera* venenata *ac pestifera.* Sed h. l. per translationem Clodius ita appellatur. 2. de rebus veneno infectis. Div. II. 66. Ptolemaeus *in praelio telo* venenato *ictus,* N. D. II. 30. *caprae confixae* venenatis *sagittis.* ibid. *auditum* est pantheras, *quae in barbaria* venenata *carne caperentur remedium quoddam habere, quo quum essent usae, non morerentur.* Quint. 2. *si falsum crimen, quasi* venenatum *aliquod telum iecerint, medicinae faciendae locus non erit.*

VENENUM. 1. sensu proprio Cluent. 61. *Oppianicum* (dicitis) veneno necatum esse, quod *ei datum sit in pane.* ibid. 60. *obiectum est Vibium a Cluentio* veneno *esse sublatum* ibid. alterum veneficii crimen Oppianico huic *adolescenti* — venenum *Aviti consilio paratum; id quum daretur in mulso Balbutium quendam eius familiarem intercepisse, bibisse, statimque esse mortuum.* ibid. 11. *Oppianicus* uxori *suae Cluentiae — quum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, se maximo cum dolore mori; nec diutius vixit quam locuta est, — omnia praeterea quae solent esse indicia et vestigia* veneni *in illius mortuae corpore fuerunt.* Phil. XI. 6. *hic nuper sororis filio infudit* venenum, *non dedit.* Tusc. II. 7. *e viperino morsu* venae *viscerum* veneno *imbutae.* Cael. 24. *ex hac domo progressa ista mulier de* veneni *celeritate dicere audebit?* 2. „Cluent. 54. *qui* venenum malum *fecit* est veneficus, qui et *spargere venena* dicitur Catil. II. 10. Dicit autem *venenum malum*, quia *venenum* est medium verbum, quod pro *succis* etiam dicitur; ut *venenum Tyrium* pro purpura apud Vigilium." *Ern.* 3. de quovis medicamento noxium effectum habente. Orat 37. *nobis privata in causa magna et gravi, quum coepisset Curio pater respondere, subito assedit, quum sibi venenis ereptam* memoriam *diceret.* 4 metaphorice. Att. II. 21. de Caesaris, Pompeii et Crassi moliminibus ad remp. dominatione opprimendam: *Iracundiam atque intemperantiam illorum sumus experti; qui Catoni irati omnia perdiderunt. Sed ita lenibus uti videbantur* venenis, *ut posse videremur sine dolore interire. Nunc vero sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiae, vereor ne exarserint.* Hic

igitur *lenia venena* ponuntur pro mitioribus consiliis dominationem occupandi. Contraria ratio est, quam paullo post a Pompeio metuit: *Timeo*, inquit, *tam vehemens vir, tamque acer in ferro, et tam insuetus contumeliae ne omni animi impetu dolori et iracundiae pareat.*

VENERARI, proprie de diis, colere, adorare. N. D. III. 21. *dii — quos auguste omnes sancteque veneramur.* Fam. VI. 7. Caecina de Caesare ita scribit: *quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem, quum ignorit omnibus, qui multa deos venerati sunt contra eius salutem.* N. D. I. 42. quid? *qui aut fortes, aut claros, aut potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse, eosque esse ipsos, quos nos colere, precari, venerarique soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium?* Tusc. I. 47. *Trophonius et Agamedes — quum Apollini Delphis templum exaedificavissent,* venerantes *deum petierunt — quod esset optimum homini.* 2. transfertur ad homines, quos eximio colimus et reveremur. Phil. X. 2. *cur eos, quos paene venerari debemus* (*die wir beynahe anbeten sollten*) *solus oppugnas?* Rull. II. 35. *Haec qui prospexerint, maiores nostros, non eos in deorum immortalium numero* venerandos *a nobis et colendos putatis?* Tusc. I. 21. *soleo saepe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum* (Epicureos significat) *qui naturae cognitionem admirantur, eiusque inventori et principi gratias exsultantes agunt, eumque* venerantur, *ut deum.*

VENERATIO. N. D. I. 17. *Habet* venerationem *iustam, quicquid excellit.*

VENERIUS. ἀφροδίσιος. Sen. 14. *Bene Sophocles, quum ex eo quidam iam affecto aetate, quaereret, utereturne rebus* veneriis: *dii meliora, inquit, libenter vero istinc tanquam a domino agresti ac furioso profugi.* Div. II. 69. *dicitur quidam, quum in somnis complexu* Venerio *iungeretur, calculos eiecisse.* Tusc. IV. 31. *turpes sunt, qui efferunt se laetitia tum, quum fruuntur* Venereis *voluptatibus.*

VENERIUS casus s. iactus in ludo talorum est, quum quatuor tali omnes diversum numerum punctorum ostendunt; h. e. 1. 2. 3. 4. Vid. *Talus.*

VENERII servi aut liberti. De his Graevius ad Caecil. 17. „Fuerunt, inquit, fanorum servi et liberti aeque ut societatum. Varro lib. VII. de Lingua Lati-

na: *ut societatum, ut fanorum servi.* Graecis dicebantur ἱερόδουλοι. Tales fuerunt illei *Larini Martiales* apud Ciceronem Cluent. 15. ut recte notavit Hotomannus. Libertorum meminit Scaevola in D. de annuis legatis l. 20. §. 1. *Attia fidei commissum his verbis reliquit: Quisquis mihi heres erit fidei eius committo, ut det ex reditu cenaculi mei et horrei, post obitum sacerdoti et Hierophylaco, et libertis qui in illo templo erunt* denaria decem die nundinarum quas ibi posui. In Inscriptionibus quoque commemoratur *libertus virginum Vestalium. C. Sextilius* apud Gruterum 315, 5. et *libertus Numinis Aesculapii Hermes,* apud eundem 1106, 5. Hieroduli non erant servi conditione, sed homines liberi, qui aut ipsi se suaque servituti alicuius numinis addixerant religionis causa, aut hanc servitutem acceperant a parentibus, maioribus, aut iis, quorum fuerant heredes. Hi quum sumptum praestarent ad sacrorum functionem, non leve sustinebant onus. Quod quum pecunia redemissent, dicebantur *liberti* et *libertae* illius dei cuius fuerant servi." Hactenus Graevius. Cluent. 15 *Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati, quorum quum satis magnus numerus esset, quumque item, ut in Sicilia permulti Venerii sunt, sic illi Larini in Martis familia numerarentur, repente Oppianicus eos omnes liberos esse civesque Romanos coepit defendere.* Verr. III. 20. *Apronium* Veneriosque servos *quod isto* (Verre) *praetore fuit novum genus publicanorum, ceterosque decumanos procuratores istius quaestus et ministros rapinarum fuisse dico.* Eius rei complura in sequentibus huius orationis capitibus exempla afferuntur.

VENIA, 1. *Erlaubniss.* Orat. I. 6. *dabis hanc* veniam *mi frater, ut nostros Graecis anteponam* Orat. 12. *datur* venia *concinnitati sententiarum.* Leg. III. 15. *frater, bona tua* venia *dixerim, ista sententia obest saepissime.* Orat. I. 57. *nisi vero* (bona venia *huius optimi viri dixerim*) *in libellis aut praeceptis soceri tui causam M' Curii defendisti.* Her. IV. 15. *veniam ad vos si mihi senatus det* veniam. 2. *Gefälligkeit, Gewährung einer Bitte, Willfahrung.* Att. V. 21. *dedi* veniam *homini impudenter petenti* Q. Fr III. 1. 4. *Caesaris consilium* probo, *quod tibi amantissime petenti,* veniam *non dedit, uti ullum ad illam Furiam* (Clo-

X, 7. *in odium.* ibid. I. 4. *in otium.* Verr. IV. 7. *in sermonem hominum atque in vituperationem.* Cluent. 30. *in eum casum* veneram, *ut omnis mearum fortunarum status unius iudicii periculo contineretur.* Sen. 19. *ad senectutem* venire. Orat. II. 54. venire *in spem* Pis. 19. *in consuetudinem.* 4. in dicendo aut disputando, de transitu, aut ordine. Fin. I 5 *prima* veniat in *medium Epicuri ratio* Rosc. Am. 30. venio *nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni.* N. D. I. 32. *a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te* venisse *gradibus.* 5. contra venire i. e. oppugnare Rosc. Com. 6. *qui contra hunc* venis, i. e. eum accusas. Muren. 5. *si tibi necesse putas etiam adversariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere, et si turpe existimas, te advocato, illum ipsum quem* contra veneris *causa cadere.* Phil. II. 2. contra rem suam *me nescio quando* venisse *questus est. An ego* non venirem contra *alienum pro familiari et necessario meo? non* venirem *contra gratiam non virtutis specie, sed aetatis flore collectam?* non venirem contra iniuriam; *quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure praetorio?* Verr. III. 43. *si de literis corruptis* contra venit! *si contra omni ratione pugnavit?* Att. I. 1. *peto ut — me existimes humanitate esse prohibitum ne* contra *amici summam existimationem miserrimo eius tempore* venirem; b) de rebus. 1. de iis quae certum statum, conditionem, mutationem subeunt. Tusc. II. 2. *oratorum laus ita ducta ab humili* venit *ad summum, ut iam senescat, brevique tempore ad nihilum* ventura *videatur.* Off. II. 16. *in proverbii consuetudinem* venit, *largitionem fundum non* habere Caecin. 2. *quod quoniam iam in consuetudinem* venit — *reprehendendum fortasse minus* — Rosc. Am. 4. *quum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen* veniret. Verr. II. 15. *quum tanta hereditas in controversiam* venisset. Off. II. 20. *si res in contentionem* veniet. Inv. II. 53. *quaedam in consuetudinem ex utilitatis ratione* venerunt. N. D. II. 4. *res* venit *in religionem populo.* 2. *incidere*, vel in sensus, vel in memoriam, vel in sermonem. Orat. II. 87. *his* formis *atque corporibus, sicut omnibus quae sub aspectum* veniunt, *sedes opus est.* Fam. III. 8. *multa mihi* veniebant *in mentem* ibid. VII. 3. *persaepe mihi cogitanti de communibus miseriis — solet in mentem* venire *illius temporis quo proxime fuimus una.* Rosc.

Am. 27. *simul tibi in mentem veniat facito, quemadmodum vitam huius depinxeris.* Att. I. 12. *si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito* Tusc. II. 19. *contemno magnitudinem doloris, a qua me brevitas temporis vindicabit, ante paene quam venerit.* 3. *obtingere.* Caecin. 26. *maior hereditas venit unicuique nostrum in iisdem bonis a iure et a legibus, quam ab iis, a quibus illa ipsa bona relicta sunt.* Phil. II. 16. *hereditates mihi negasti venire.* — Passivum usurpatur infinite. Verr. I. 29. *hac una spe ad iudicium venitur.* Leg. II. 3. *ad me ventum in insulam est.* Att. VII. 7. *nemini est exploratum, quum ad arma ventum est; quid futurum sit.* Off. I. 9. *iis fidem habemus — qui ea quae futura prospicere credimus, et quum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem et consilium ex tempore capere posse.*

VENTER 1. *der Bauch, der Unterleib.* Muren. 26. *sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput et collum solere petere.* 2. *der Magen.* Div. II. 58. *Faba Pythagorei abstinuere, quasi eo cibo mens non venter infletur.* Cael. 19. *vitium ventris et gutturis* de gulositate. Orat. II. 66. *pecuniam tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse.*

VENTILARE, vento faciendo excitare, v. c. ignem: deinde metaphorice, commovere animos, irritare, nam et *ventus* sic dicitur, ut mox demonstrabitur. Flacc. 23. *cuius lingua, quasi flabello seditionis,* ventilata *est concio.* De hoc verbo laudat Drakenborch. ad Sil. XVII. 705. disputationem Gothofredi ad Cod. Theod. L. V. de malef. et mathemat. sed in ea nihil ad locum Silii facit. Est ad L. IX. tit. 16. l. 5. T. III. p. 132. ed. Ritter. Sic verbum *ventilare* etiam laudatur in Lexic. Fabri Cod. Just. L. VI. eod. tit. Ceterum Gothofredus etiam l. c. verbum *ventilare* in loco Ciceroniano interpretatur, impellere et agitare, atque hinc fortasse explicari legem putat posse, in qua ventilare de maleficis et mathematicis dicitur. Neque mihi dubium est, quin ibi *ventilare* sit referendum, *ad vitas insontium*, et significet *vexare.* Nam quod in priore parte disputationis de praestigiis magicis in ciendis manibus interpretatur, potest forte *ventilare* de iis propter gesticulationes dici, sed non dicuntur magi h. l. *ventilando ciere manes*, verum *manibus accitis ventilare*: quid igitur, nisi *vitas hominum?* Acce-

dit illud, quod praestigiae et magicae artes, ut ex l. 9. intelligitur, non propter se, sed propter noxam prohibitae sunt, nam in ea lege usus innoxius permittitur. cf. Cod. Justin. l. c. l. 4. *Ventilare* autem pro *vexare* apud posterioris aevi scriptores non raro dicitur. vid. Fresne in Glossario Lat. in v. ventilare. Sed haec obiter dicta sunto. *Ern.*

VENTITARE, de discentibus, magistrum frequenter adeuntibus, Leg. I. 4. *iuri studere te memini, cum ipse etiam ad Scaevolam* ventitarem.

VENTRICULUS. N, D. II. 55. ventriculus *cordis:* est cavitas, quo sanguis concipitur.

VENTOSUS, inanis, levis, vanus. ad Div. XI. 9. *rogo te, ad hominem* ventosissimum *Lepidum mittas*, Phli. XI. 7. *imperium extraordinarium est populare et* ventosum, *non gravitatis nostrae, non huius ordinis. Ern.*

VENTUS. Venti quoniam in mari duplex vis est, altera, qua propellit naves et celerius in portum defert; altera, qua mare commovet et perturbat: hinc etiam metaphorice duobus modis dicitur. Primo *ventus* dicitur, ut *aura popularis*, pro plausu populari, quatenus is ad honores consequendos valet, atque adeo pro omnibus rebus, quatenus hanc vim habent. Locus classicus est Cluent. 47. *verum omnes intelligimus, in istis subscriptionibus censoriis* ventum *quendam popularem esse quaesitum.* idem paullo post sic expressit: *res enim indicat, nihil censores habuisse cogniti, nihil comperti: ex tota subscriptione* rumorem *quendam et* plausum popularem *esse quaesitum*, hoc idem est, quod c. 28. dixit: *oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia senatoria posset* crescere. Fam. II. 6. quum commemorasset, quibus subsidiis Milo esset ad consulatum petendum instructus, bonorum studium e tribunatu. propter causam Ciceronis, vulgi propter munera in aedilitate, suffragia iuventutis et gratiosorum, Ciceronis suffragationem, haec petitionis subsidia *ventos* appellat: *dux et auctor nobis opus est, et eorum* ventorum, *quos proposui, moderator quidam et gubernator.* 2. deinde *ventus* dicitur, de rebus ad commovendas conciones populi et seditiones idoneis, de invidia alicui apud populum facta. Sull. 14. ventus *in optimum quemque excitatus.* Sic capio locum Cluent. 28. *Quintius, homo maxime popularis, qui omnes rumorum et concionum* ventos *colligere consuesset:* non

VERBENA. Verr. IV. 40. *sacerdotes cum infulis et verbenis praesto mihi fuerunt.* De variis significationibus huius verbi videndus, quem alii iam laudarunt, Servius ad Virg. Eclog. VIII. 65. Aen. XII. 120. Hic intelligendi sunt *rami olivae*, de quibus dici verbenas auctor est Servius ll. cc. Ad Aen. III. 24. myrtus inter verbenas ab eo ponitur. Ovid. A. A. II. 401. inducit Chrysen cum lauro et vittis. Nempe sacerdotes habitu supplicum praesto fuere Ciceroni, ut ex infulis apparet. Supplices autem praeferre *ἱκετηρίας*, ramos olivae, tralatitium est. *Ern.*

VERBER. Leg. fr. Verbera numerantur in octo poenarum generibus. Phil. XI. 2. verberibus *ac tormentis quaestionem habuit pecuniae publicae.*

VERBERARE. Phil. VIII. 7. verberare *oppidum tormentis.* 2. Fam. XVI. 23. verberavi *te cogitationis convicio.* Sic et *verbera* poëtis dicta. v. Broukh. ad Propert. I. 3. 18. 3. vexare, negotium facessere. Orat. III. 21. *vulgaris orator, si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi istos quidem nostros* verberabit, *neque se ab iis contemni ac despici sinet.* *Ern.*

VERBERATIO. Fam. XVI. 27. *mirificam* verberationem *cessationis mihi dedisti.*

VERBUM *verba facere* tribus modis est apud Ciceronem. Primus est, quum de oratore dicitur; qui est vulgatissimus. Alter de magistratu referente ad senatum; estque verbum solenne in SCtis, pro quo Graeci dicunt εἰπεῖν. Fam. VIII. 8. *quod M. Marcellus Consul V. F.* (verba fecit) *de provinciis Consularibus.* vid. Brisson de formul. L. II. p. 193. Graecum εἰπεῖν de relatione ad populum est in psephismatibus. vid. v. c Demosth. de Coron. c. 6. Tertius est de recitante formulam dedicationis Dom. 46. *si is Q. Caepionis, inimici sui, postem aedium tenuisset, et pauca* verba fecisset, *aedes Caepionis essent dedicatae.* 2. Dom. 52. *verba* cadunt, de eo, qui verbum prae perturbatione animi proloqui nullum potest, aut obmutescit. 3. Tusc. II. 12. verbo *sententia destitit:* h. e. paucis monitus, facile cessit. 4. Att. XVI. 11. *suavium* meis verbis *des.* 5. *verba* vocat etiam formulam, quam praetor praescribit iudicibus, ut ex ea iudicent. Quint. 20. *iudicium accepit* in verba *etc.* et sic saepe. *Ern.*

VERE, sine dissimulatione. Orat. II. 86. *si vere agere volueris, omnia tibi relinquo: sin dissimulare* etc.

VERITUS. cum genitivo. Att. VIII. 4 *veritus testimonii tui* ubi tamen edd. pr. habent *testimonium* vid. not. *Ern.*

VERGERE, niti, tendere. N. D. II. 45 *omnibus partibus terrae in medium vergentibus.* 2. spectare. Phil. XI. 11. *hoc exsilium ad Italiam vergere, quam ad* [illegible].

VERIDICUS, verus. Flacc. 32. *veridicae causae* [illegible]. Div. I. 45. *veridicae voces ex occulto missae.* Non ergo potius proprium hoc vocabulum. *Ern.*

VERISIMILIS, sequente *ut.* Verr IV. 6. *verisimile non est, ut ille homo etc.* Sic et est Rosc. Am. 41. Coel. 30. Verr. IV. 6. Sext. 39. *Ern.*

VERITAS. ante quam, quae de hoc verbo e Cicerone dicere constitui, profero, in primis causa dicere attinet, quid intersit inter *veritatem* et *verum.* Nam homines nostri, Germanica ratione decepti, saepe *veritatem* dicunt, ubi *verum* dicere debebant; tamquam: *veritates novas invenire, veritatem tueri etc.* Regula ergo haec est. *Veritas* dicitur, ut philosophi loquuntur, abstracte, h. e. de vero, quatenus cogitatione seiungitur a rebus, facto, dicto, quibus inest. Sic latine dicitur *amans veritatis, studium veritatis, investigatio veritatis, veritas in puteo latet* etc. quae omnia sunt Ciceroniana. Nam in his non agitur de certo facto, dicto etc. quod verum sit, sed de vero per se. In his omnibus autem et *veritas* et *verum* recte dicitur. *Verum* autem etiam concreto dicitur, h. e. cum vox Germanica, die Wahrheit, significat verum factum, dictum etc. in quibus nunquam *veritas* dicitur, sed semper *verum* ut, *verum dicere, verum narrare* etc. Neque turbare quemquam debent exempla, in quibus aliter esse videtur, ut Inv. I. 36. *quae perspicuam omnibus continet veritatem assumtio, nihil indiget approbationis.* Nam in his quoque verbis *veritas* abstracte dicitur hoc sensu: cuius assumtionis veritas omnibus apparet. 3. *Veritas* interdum est *necessitas* et opponitur casui fortuito. Div. I. 13. *nam casu factum esse potest, quod omnes nu-*

meros veritatis *habet.* N. D. I. 20. *aeterna* veritas. 3. certitudo. N. D. I. 22. *persuaderi mihi non solum* opinione, *sed etiam ad* veritatem *plane velim.* 4. aequitas, iustitia. Act. I Verr. 1. veritas *iudiciorum.* Fam. VIII. 6. *si ad summam* veritatem *ius legitimum exegeris.* 5. Sic interpretantur etiam v. c. locum Muren. 29. *paullo asperior ac durior, quam* veritas *aut natura patiatur.* Male; nam in hoc, et similibus locis, *veritas* eleganter dicitur de re ipsa, vera rei ratione, duriorem ergo dicit esse Catonem, quam res ipsa, vera rei ratio, patiatur. Sic Fam. VI 1. *quam* veritas *et ratio praescribit.* vid. Graev. ad h. l. Parad 5. extr. *ratio et* veritas *ipsa convincit.* Sic adiectivo *verum* usus est Horat. Serm. I. 3 96. *quis paria esse fere placuit peccata, laborant, cum ventum ad* verum *est, sensus moresque repugnant:* ubi male *aequum* interpretantur. In ea verba commentarius est in his verbis Ciceronis. Fin. IV. 19. *quae magnifice primo dici videntur, considerata minus probantur. Sensus enim cuiusque et natura rerum, atque ipsa* veritas *reclamat quodammodo, non posse se adduci, ut inter eas res nihil interesset.* Sed plura exempla addamus. Orat. I. 17. *videamus, ne plus oratori tribuas, quam res et* veritas *ipsa concedat.* ibid. 33. *probo ista, ut causa aliqua posita consimili earum causarum, quae in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad* veritatem *accommodate:* nempe ut vera res et causa, non ficta agi videatur. Orat. III. 57. veritas *vincit imitationem.* ibid. 17. *actio* veritatis *plena.* Inv. II. 1. veritas *transfertur ex animali exemplo in mutum simulacrum,* Orat I. 34 *commentatio inclusa in* veritatis *lucem proferenda est.* h. e. in veris causis in foro adhibenda. Sic, II. 19. rhetor dicitur *expers veritatis,* quia in umbra scholae dicit, et docet, non agit veras causas. ibid. I. 51. *qui tolerabiliores volunt esse, et ad* veritatem *vitae propius accedere, permediocres ac potius leves motus animi esse debere dicunt* Ern

VERMICULATUS. Orat. III. 43. *nullum verbum, nisi loco positum, et structum tamquam in emblemate* vermiculato. Quid sit *vermiculatum*, de eo non consentiunt Viri docti. Alii enim interpretantur, minutis tesserulis, tanquam vermiculis, structum et variegatum: alii cocco tinctum, quod color coccineus fit e vermiculis, qui sunt in bacca cocci, vermiculus

etiam ipse et vermiculum pro cocco dicitur, hanc sententiam protulit et defendit Salmasius ad Solin. *p.* 192. [illegible]. sequitur eum Harduinus ad Plin. H. N. XXXVI. [illegible]. videtur etiam probare Bochartus Hierozoic. T. II. L. IV. 27. Sed ut sententia Salmasiana non sit sine specie, et *vermiculatum* esse posset cocco tinctum; tamen altera est verosimilior, et loco Ciceroniano et Pliniano accommodatior. Primo si *vermiculatum* in hac re de colore diceretur, consequens esset, ut aut omnes illi lapilli coccinei fuissent, quod nemo sibi persuaderi patietur: fuerunt enim diversorum colorum, ut effigies rerum et animalium exhiberentur: Aut *vermiculatum* esset in genere coloratum; quod probari nemini poterit, nec Salmasio in mentem venit credere, aut demonstrare. Accedit id, quod rem confirmat, ab Plinium, loco mox citando, tradi, crustas marmoris in opere vermiculato sub Claudio demum coepisse pingi. Deinde in locis, ubi hoc verbum occurrit, clarissime apparet, non respici ad colorem lapillorum, sed ad structuram et dispositionem eorum. Oratio a Lucilio et Cicerone comparatur cum vermiculato opere, non ratione ornamentorum, quibus quasi coloribus illuminata et picta est; sed ratione structurae verborum artificiosae: unde et *vermiculum sternere* in inscr. ap. Murator. T. I. p. [illegible] n. 2. Sic apud Plin. H. N. XXXV. 1. *vermiculatae ad effigies rerum et animalium crustae*, non possunt profecto esse coccineae, aut colore tinctae, sed ita dispositae, ut effigies rerum et animalium exhibeantur. Tertio, quod negat Salmasius, *vermiculatum* a vermibus dici posse, quod nulla similitudo sit inter lapillos illos in opere vermiculato et vermes, cum lapilli illi quadrati fuerint: primo etiam grana non sunt quadrata, et tamen lapillos illos grana dici scimus, unde et Graeci χονδροβολίαν dicunt, ἀπὸ τοῦ χόνδρου, grano; deinde vermiculatum *non* est minutum, sed ex minutis lapillis per varios tortuosos que flexus structum et compositum, in quo profecto est quaedam cum vermiculis similitudo, eorumque motu. Sic *vermina* dicebantur dolores, qui Graece στρόφοι, post tormina dicebantur, a minuto motu, quasi a vermibus corpus scinderetur, ut auctor est Festus. Ceterum de operibus vermiculatis v. Casaub. ad Sueton. Caes. 46. Scalig. ad Manilium p. 411. Ciampin. Oper. Musiv. c. 10. sq. Sponii Miscell. Erud. Ant. Sect. II. 8. *Ern.*

VERNACULUS, est proprie domi natus, a verna, qui est servus domi natus: unde quicquid domesticum, domo allatum dicitur, id etiam vernaculum dici potest. Orat. III. 24. Crassus de aedilitate sua: *opus est rebus exquisitis undique, et collectis, arcessitis, comportatis, ut tibi, Caesar, faciendum est ad annum; ut ego in aedilitate laboravi, quod quotidianis et* vernaculis *rebus satisfacere me posse huic populo non putabam.* Verr. III. 61. *crimen domesticum et* vernaculum. h. e. fictum ab accusatore. 2. hinc *vernaculum* dicitur pro nativo, genuino, urbi Romanae proprio. Div. IX. 15. *imago* vernaculae *festivitatis.* Brut. 46. *Tincam non minus multa ridicule dicentem, Granius obruebat nescio quo sapore* vernaculo. *Ern.*

VERNUS Sen. 19. Verni *temporis suavitas.*

VERO est 1. affirmantis in responsione, pro *recte* item concedentis. Div. I. 47. Vero, *mea puella cedo tibi sedes meas.* Mur. 31. *in sententia permaneto.* Vero (*Ganz recht*), *nisi sententiam alia vicerit melior.* Leg. I. 23. vero *facis et merito.* Tusc. II. 11. *Fuisti saepe credo in scholis philosophorum.* A. Vero, *ac libenter quidem.* 2. *et vero* est atque adeo. Att. XVI. 17, quod saepe praesens et illi ostendisti et vero etiam mihi. Mur. 22. *qui et per se et per suos*, et vero etiam *per alienos defendatur.* 3. Fam. IV. 9. *ego* vero *Servi, vellem* — (ubi refertur ad Servii Sulpicii epistolam consolatoriam) Q. Fr. II. 9. *quod me admones de nostra Urania — ego* vero *memini.* Caveant tirones ne putent vero iungi posse τῷ ego aut alii pronomini ab initio nisi aliquid praecesserit ad quod referatur. Inservit enim hoc *vero* responsionibus. *Ern.*

VERRERE est inter operas serviles. Parad. V. 2. *qui tergunt, qui ungunt, qui* verrunt.

VERRINUS Verr. I. 46s *Hinc illi homines erant qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore* (*die bey ihrem grossen Verdrusse noch Spass machten*). Quorum alii, ut audistis negabant mirandum esse *ius tam nequam esse Verrinum.* (locus est ex ambiguo quia ius Verrinum significat Verris iurisdictionem; potest etiam significare iusculum s. liquorem in quo *verrina caro* decocta est.) Alii etiam frigidiores erant (in iocando) sed quia stomachabantur ridiculi videbantur esse, *quum* Sacerdotem *exsecrabantur, qui* Verrem *tam nequam reliquisset.* (Nempe Verres erat in praetura Siciliensi

successor Sacerdotis. Itaque si nomina propria praetorum aliquis pro appellativis interpretaretur, poterat in eligere sacerdotem, qui verrem tam nequam, quum potius immolare debuisset, in provincia reliquisset). *Quae ego non commemorarem, neque enim perfacete dicta, neque porro hac severitate digna sunt.* Recte Manutius Hotomannus et Graevius quum auctor dialogi de oratoribus Ciceronem carpens dicat c. 23. „nolo irridere — *ius Verrinum;*" monuerunt Ciceronem ipsum hoc genus iocorum non probasse; quod Quintilianus etiam Inst. Or. VI. c. 7. 55. significavit, et aperte ex ipsis Tullii verbis intelligitur. Ceterum Cicero eodem modo lusit Fam. IX. 18. in epist. ad Paetum: *Tu istic te Atticano iure delectato; ego me hic Hirtiano* scil. iusculo; Hirtii enim coquus *ius* quoddam *fervens* parare solebat, quo ille valde delectabatur. cl. ep.

VERRUCOSUS verruca insignis. Est cognomen Q. Maximi Brut. 14. Aurel. Victor de viris illustr. c. 43. *Q. Fabius Maximus Cunctator, ut* Verrucosus, *a verruca in labris, ita* Ovicula, *a clementia morum — Hannibalem mora fregit.*

VERSARE. Cael. 6 versare *suam naturam*: int. in omnes partes, prout opus, ut recte maleve facias. Verr. I. 51. versare *se*, *est* hominis anxie, quid agat, quaerentis. Orat. 9. *causas versare in iudiciis*, de oratore, qui vario et multiplici copiosoque dicendi genere agere causas potest. Opponitur enim his orico, qui res gestas narrat, non ornat et auget, unde autem sic dicatur, docet locus. Orat. 40. versare *saepe multis modis eandem rem.* Sed Fin IV, 20. *verba versare*, dicitur de eo, qui, cum obtinere aliquid non potest, in verbis quaedam mutat. 2 decipere Lael. 26 *hodie me versaris atque luseris lautissime.* vid. Graev. ad h. l. *Ern.*

VERSARI Tusc. I. 44 *haec* versantur *in errore.* Fam. XIII 10 versatur *in hoc studio nostro* cum ingenio. Verr. II. 76. *haerere homo*, versari, *rubere:* de eo, qui nescit, quid agat. 2 Arch. 9. *bellum in magna varietate* versatum. *Ern.*

VERSICULUS. Mil. 26. Leg. II. 6. *unus* versiculus *Senatus*, est illa formula: videant Coss., ne quid detrimenti capiat resp. 2. *versus poetae.* Orat 20. *Apud comicos poetas nisi quod* versiculi sunt, *nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.* 3. *eine Zeile in*

einem Briefe oder anderer Schrift. Att. XIII. 49. *scripto iam superiore* versiculo ibid. V. 1. *nunc venio ad transversum illum epistolae tuae* versiculum.

VERSURA, est sumtio pecuniae mutuae: unde duae formae loquendi; quarum alteram et nunc quidam male intelligunt. *Prima* est Cael. 6. Font. 1. Verr. II. 76. Flacc. 20. versuram facere *ab aliquo*, quae significat simpliciter, pecuniam ab aliquo sumere mutuam; altera est Att. V. 1. versura *facta* solvere. Tusc. I. 42. versura dissolvere: *h. e.* debitum solvere ita, ut ab alio sumas. v. Gronov. Sestert. p. 535. *Ern.*

VERSUS. adv. ad Div. IV. 21. in *Italiam* versus. Lael. 25. in *forum* versus. v. C. Langius ad h. l. et Manut. ad Div. VIII. 16. sed cautio est in hac forma, ne eam iis locis obtrudamus, ubi *versus* est participium, de quo v. Duker. ad Liv. XXXVIII. 51. *Ern.*

VERSUS. pass. Partit. 5. *genus eloquendi* versum *et mutatum. i. e.* quod a simplici ratione recedit.

VERSUS. subst. *pro* membro, κῶλον. Orat. 66. *ex duobus* versibus.

VERSUS 1. *eine Zeile.* Att. II. 16. primus versus epistolae. Rab. Post. 7. *Glaucia solebat, homo impurus, sed tamen acutus, populum monere ut quum lex aliqua recitaretur,* primum versum *attenderet.* 2. versus poetarum. Arch. 10. *epigramma in eum fecit, tantummodo* alternis versibus *longiusculis.* Verr. III. 33. *de qua muliere* (Pippa) versus *plurimi supra tribunal et supra praetoris* (Verris) *caput scribebantur.* Parad. III. 2. *Histrio si paullum se movit extra* numerum *aut si* versus *pronuntiatus est syllaba una brevior, aut longior, exsibilatur et exploditur.* Orat. III. 50. Versus *neque prima et* media, *et extrema pars attenditur, qui debilitatur, in quacumque parte sit titubatum,* ibid. *Antipater Sidonius — solitus est* versus *hexametros aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut quum se mente ac voluntate coniecisset in versum, verba sequerentur.*

VERSUTE 1. callide, sollerter. Orat. 7. *Videmus fuisse quosdam, qui iidem ornate ac graviter iidem* versute *ac subtiliter dicerent.* 2. astute. Brut. 9. *nihil* acute *inveniri potuit in eis causis quas scripsit* (Demosthenes) *nihil ut ita dicam* subdole, *nihil* versute *quod ille non viderit.*

careamus, *tum in summa voluptate nos esse, quum autem* vescamur *iis rebus, quae dulcem motum afferant sensibus, tum esse in motu voluptatem.* N. D. II. 53. dii nec *iis escis aut potionibus* vescuntur, *ut aut nimis acres, aut nimis concretos humores* colligant. ibid. II. 64. *Sus quid habet praeter escam? — qua pecude, quod erat ad* vescendum *hominibus apta nihil genuit natura fecundius.* Orat. 9 *quae est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande* vescantur? dictum in eos qui in artibus, v. c. in rhetorica a melioribus inventis redeunt ad ea quae minus sunt perfecta.

VESICA. *Harnblase.* Fin. II, 30. *morbi* vesicae, *et viscerum.* Intelliguntur stranguria et tormina, quibus Epicurus laborabat. cf. Tusc II. 19.

VESICULA in plantis *ein Blaschen, kleine Hülse.* Div. II. 14. *inflatas rumpi* vesiculas. Plin. Hist. nat. II. 41. *rumpuntur intento spiritu* membranae.

VESPER. 1. i. q. Hesperus, Abendstern. Arat. fr. 2. vespertinum diei tempus Phil II 31. *perpotavit usque ad* vesperum Att. VII 8. *ab hora octava usque ad* vesperum *secreto collocuti sumus.*

VESPERA. Catil. II. 2. *si accelerare volent, ad* vesperam *consequentur.*

VESPERI. Mil. 20. *Videte egredientem* (Clodium) e villa subito? Cur? vesperi? Quid necesse est? Tarde. *Qui convenit? id praesertim temporis.*

VESPERTINUS N. D II 20. de stella Saturni: *tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo.*

VESTIBULUM 1. sensu proprio. *Vorplatz, Vorhof, Vorhalle.* Orat. II 79. *in aedibus ac templis* vestibula *et aditus* Caecin. 12. *si te armati non modo limine tectoque aedium tuarum, sed primo aditu* vestibuloque *prohibuerint* cf. Vitruv. VI. 8. Cael. 26. *si essent in* vestibulo *balnearum, non laterent.* Verr. II. 66 *ante ipsum Serapim, in primo aditu,* vestibuloque *templi.* Leg II 24. *quod autem lex forum id est* vestibulum *sepulcri usucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum* Mil. 7. *Insidiator erat in foro collocatus atque in* vestibulo *ipso senatus.* 2 de aditu maritimo s. litore, *vel* eius vicinia Verr. V. 67. *monumentum sceleris audaciaeque suae voluit esse in conspectu Italiae,* vestibulo *Siciliae,* (i. e. in ea parte Messanae quae ad fretum spectabat) *praetervectione omnium, qui ultro*

Tusc. I. 25. *an imprimi quasi ceram animum putamus et memoriam esse signatarum rerum in mente* vestigia? *quae possunt verborum, quae rerum ipsarum esse* vestigia? N. D. I. 14. *deus ille quem mente noscimus atque in animi notione tamquam in* vestigio *volumus reponere.* Div. II. 68. *inerant enim in utriusque nostrum animis vigilantium cogitationum* vestigia Paullo ante dixerat: *maxime* reliquiae *earum rerum moventur in animis et agitantur, de quibus vigilantes aut cogitavimus aut egimus.* 7. alia metaphora de occasione. Rosc. Com. 17. *Saturius aliud fraudis et insidiarum eodem* vestigio *diverticulum reperit.* 8. Flacc. 25. *nominis memoriam cum* vestigio *imperii.* (*i. e.* ut nullum vestigium eius relinquatur) *esse deletam.* N. D. III. 4. *Zenonis* vestigiis, *i. e.* modo, exemplo.

VESTIMENTUM. de stragulis vestibus. Heren. IV. 51. 2. vestis qua induitur aliquis. Flacc. 29. in Decianum *equitem,* qui in Asia negotiabatur, et post longam absentiam venerat Romam Flaccum accusaturus: *Annos iam triginta in foro versaris — sed tamen in Pergameno. Longo intervallo, si quando tibi peregrinari commodum est, Romam venis. Affers faciem novam, nomen vetus, purpuram Tyriam.* (quia ut eques angusto clavo purpureo tunicam gestabat praetextam) *in qua tibi invideo quod unis* vestimentis *tam diu lautus es;* in quo exagitatur Decianus, quod eadem per tot annos tunica uteretur. Leg. II 23 *Sex. Aelius. L. Acilius* lessum *non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari* vestimenti aliquod *genus* funebris. Mil. 10. *Milo domum* venit, *calceos et* vestimenta *mutavit.*

VESTIRE. 1. sensu proprio Att. II 9. *Vatinii strumam* sacerdotii *διβάφῳ vestiant:* Vid. struma et δίβαφος in Ind. Gr. 2. metaphorice pro *tegere, obducere.* Verr. IV. 55. *interioris templi parietes tabulis* vestire. N. D. II. 57 *Natura oculos membranis tenuissimis* vestivit *ac sepsit.* 3 de ornatu orationis. Orat. I. 31. *inventa* vestire (*einkleiden*) *atque ornare oratione* Brut. 79. *reconditas exquisitasque sententias mollis et pellucens* vestiebat *oratio.*

VESTIS, saepe, simpliciter positum, de veste stragula, peristromatis tricliniorum accipiendum: idque e contextu, ex epitheto, *v. c. pretiosa,* ab attendentibus facile potest intelligi. v. c. Phil. II. 27. vestis

14. *quid sua sponte homines in amicorum periculis vestitum mutare non solent?* Phil. XII. 6. quum Antonius legionis Martiae centuriones aliquot Brundisii trucidasset, togas deponendas et saga sumenda censuerat senatus: *Quodsi ea quae decrevimus, obruere volumus, num etiam memoriam rerum delere possumus? quando enim obliviscetur ulla posteritas, cuius scelere in hac* vestitus foeditate *fuerimus.* Nempe *foeditas* h. l. pertinet ad tristem et atrocem causam vestitus mutati. Phil. VIII. 11. *equidem* P. C. *quamquam hoc honore usi* (i. e. viri consulares) togati *esse solent, quum est in sagis civitas, statui tamen a vobis ceterisque civibus in tanta* atrocitate temporis *tantaque perturbatione populi Rom. non differre* vestitu. 2. de regione arboribus tecta. N. D. II. 39. *Riparum* vestitus *viridissimi.* ibid. vestitus densissimi montium. 3. de orationis ornatu. Brut. 95. vestitus *orationis.*

VETERANUS. Phil. III. 2. *C. Caesar* (Octavianus) *firmissimum exercitum ex invicto genere* veteranorum militum *comparavit.* Tusc. II. 16. *Tantum interest inter novum* et veterem *exercitum, quantum experti sumus. Aetas tironum plerumque melior; sed ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet. Quin etiam videmus ex acie efferri saepe saucios, et quidem rudem illum et* inexercitatum, *quamvis levi ictu ploratus turpissimos edere. At vero ille* exercitatus *et* vetus, ob eamque rem fortior — — vide quam non flebiliter respondeat — — *Ergo haec* veteranus miles *facere poterit, doctus vir sapiensque non poterit?* Phil. II. 2. veterani, *qui appellantur, quibus hic ordo* (senatus) *diligentissime* caverat, *non ad conservationem earum rerum quas habebant, sed ad spem novarum praedarum incitabantur.*

VETERATOR. *ein Schalk.* Verr. III. 14. deinde in *hoc homo luteus etiam callidus et* veterator *esse vult.* Fin. II. 16. *non oportet timidum aut imbecillo animo fingi — sed omnia callide referentem ad utilitatem, acutum, versutum,* veteratorem, *facile ut excogitet, quo modo occulte, sine teste, sine ullo conscio fallat.* Q. Fr II. 12. *Me magis* (Philistus, historicus Siculus, in historia) *de Dionysio delectat;* ipse est enim (Dionysius) veterator *magnus et perfamiliaris Philisto.*

exercitatis. Tusc. II. 16. *exercitatus et* vetus *miles.* Rosc. Com. 10. vetus *histrio,* Rosc. Am. *plurimarum palmarum* vetus *ac nobilis gladiator.* 3. de hominibus qui antiquis temporibus vixerunt. Phil. V. 17. *Maiores nostri* veteres *illi, admodum antiqui, leges annales non habebant.* Brut. 10. *Themistocles, ut apud nos (nach unsrer Zeitrechnung)* perantiquus, *ut apud Athenienses, non ita sane* vetus. Univ. 11. *credendum est* veteribus *et priscis, ut aiunt, viris.* 4. de rebus antiquis, aut vetustis. Lael. 19. veterrima *quaeque ut ea vina quae* vetustatem *ferunt esse debent suavissima.* Caecin. 16. *hoc iam* vetus *est* et *maiorum exemplo multis in rebus usitatum.* Att. XVI. 16. *paterna magna et* vetus *necessitudo.* Orat. I. 37. vetus *atque usitata exceptio.* Verr III 93. *homo* vetere *illa* (i. e. qualis apud antiquos fuit) *ac singulari innocentia praeditus.*

VETUSTAS. 1. de rebus quae diu perdurarunt. Phil. III. 6. *municipium* vetustate *antiquissimum.* Fam. XI. 16. *magna* vetustas *magna consuetudo intercedit.* Sen. 19. *ut non omne vinum sic non omnis aetas* vetustate *coacescit.* Div. II. 57. ubi quaeritur, cur oracula Delphis non amplius edantur: *Evanuisse aiunt* vetustate *vim loci eius unde anhelitus ille terrae fieret, quo Pythia mente incitata oracula ederet. De vino aut salsamento putes loqui, quae evanescunt* vetustate. Orat. I. 56. *non vides veteres leges aut ipsas sua* vetustate *consenuisse, aut novis legibus esse sublatas.* Brut. 83. *ut si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo ut proximis consulibus natum velit, nec rursus ita* vetere, *ut Opimium aut Anicium consulem quaerat; atqui eae notae sunt optimae. Credo; sed nimia* vetustas *nec habet eam, quam quaerimus suavitatem, nec est iam sane tolerabilis.* 2. de longo tempore. Div. I. 49. *affert* vetustas *omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam,* Fragm. lib. inc. apud Lactant. VII, 11 *nihil esse quod sit manibus hominis laboratum quod non aliquando ad interitum redigatur, vel iniuria hominum, vel ipsa confectrice omnium* vetustate. Lael 19. *maxima est vis* vetustatis *et consuetudinis,* 3. de temporibus antiquis. Orat. II. 9. *historia nuntia* vetustatis. Orat. I. 46. *monumenta rerum gestarum et* vetustatis *exempla.* 4. diuturnitas per futu-

lum, *quo concurrant*, *defuturum putatis?* cf. Lips. l. c. I. 3. et Reines. ad Inscript. p. 340. ubi memoratur *vexillum rubrum in arce positum* delectus causa. Etiam in coloniis deducendis vexillum tollebatur et praeferebatur. Agr. II. 32. vexillum *coloniae*. Phil. II. 40. *Casilinum coloniam deduxisti*, . . *ut* vexillum *tolleres; et aratrum circumduceres*, ubi vid. Abramius. *Ernest.*

VIA. Prov. Cons. 2. via *militaris;* est via lata et strata: per quam Imperatores ducunt exercitus ad mare, ut navibus traiiciantur, aut in provincias. vid. Hotomann. ad h. l. inprimisque Bergierius de Viis Rom. publicis, III. 54. 2. methodus Orat. I. 19. *dicendi ratio ac* via. Fin. II. 1. via *et ratione disputare*. N. D. 22. via *progredi*. 3. hinc Div. II. 1. vias *optimarum* artium *tradere*, pro ipsis artibus, quae via et ratione traduntur. 4. ratio et modus et occasio alicuius rei consequendae, perficiendaeve. Verr. III. 94. *auctoritate* viam *patefacere illustrem*. Div. IV. 13. *omnes* vias *persequar, quibus putabo, ad id, quod volumus, pervenire posse.* ad Q. Fr. I. 1. *omnes* vias pecuniae *norunt*. Joseph. Ant. VI. 1. 2. μηχανὴν καὶ πόρον τῆς ἀπαλλαγῆς ἐζήτουν. 5 elegans est illud ad Att. II. 19. *ego autem neque pugno cum illa causa*, . . *neque approbo* . . *utor* via: *h. e.* arte aliqua medium teneo, ut neque improbem, neque probare videar. *Ernest.*

VIATICUM, pecunia, quae ex aerario datur ad magistratibus provincialibus, quaestoribus, legatis, instrumenta itineris comparanda, ut tabernacula, mulos, etc. dabatur autem pecunia redemtoribus, qui haec viae instrumenta curarent. ad Div. XII. 3. vid. Sigon. Ant. Jur. Provinc. III. 11. Casaub. ad Theophr. c. 11. *Ern.*

VIATOR, 1. quicunque iter facit, *ein Reisender, ein Wanderer.* Mil. 21. *non semper* viator *a latrone, nonnunquam etiam latro a* viatore *occiditur.* Q. Fr. II. 14. viatoribus, *quum properant evenit, ut si serius quam voluerunt forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de multa nocte evigilassent, perveniant quo velint.* 2. *viator* minister magistratuum, quo utuntur ad homines arcessendos. Cato 16. *a villa in senatum arcessebantur et Curius et ceteri senes: ex quo, qui eos arcessebant,* viatores *dicti sunt.* Quae

fere ad verbum repetiit Columell. R. R. praef. b. l. et Plin. H. N. XVIII. 3. cf. Vatin. 7. Font. 13. v. Sigon. Ant. Jur. II. 15. et Burm. ad Petron. c. 47. *Viatorum decuriae* occurrunt in inscriptione ap. Murator. T. I. p. 581. *Ern.*

VIBRARE, proprie est cum magna vi et celeritate proiicere, ut contorquere. Orat. II. 80. *atque in modo docet esse prolusio, non ut Samnitum, qui* vibrant *hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur.* 2. hinc, ut *contortum*, sic *vibrans* passive (v. Heins. ad Sil. I. 530.) per metaphoram dicitur pro incitatus, vehemens. Brut. 95 vibrans *et incitata oratio.* Orat. 70. extr. *Demosthenis non tam* vibrarent *fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.* 3. est etiam pro *micare*. Acad. IV. 33. *mare cum a sole collucet et albescit, et* vibrat; nempe propter illas celeres agitationes aquae et tremores. Nam et micare est proprie de celeri et tremulo motu, qui est in luce. v. Drakenb. ad Sil. IV. 156. *Ern.*

VICANUS, qui in vico habitat. Flacc. 3. *Timolites vicanus.* vid. Graev. ad h. l. Sed Div. I. 58. vicani *haruspices*, sunt, qui in vicis versantur, eosque pervagantur, quaestus causa, ut in circis astrologi. *Ernest*

VICARIUS, servus servi lautioris, de peculio emtus, unde et peculii pars. Verr. I. 36. *homines* (servi) *alii redditi, alii etiam nunc retinentur; peculia omnium* vicariique *retinentur.* ibid. III. 38. *hic Diognotus* vicarium *nullum habet, nihil omnino peculii.* Sed in universum dicitur de omnibus, qui alterius loco operam praestant: sic procurator et cognitor dicitur *alieni iuris* vicarius. Caecin. 20. et successorem suum Cicero appellat Mur. 37. vicarium *suae diligentia etc.* *Ernest.*

VICEM, periculum, calamitatem, iniuriam. Verr. I. 44. *alienam* vicem *pro sua iniuria dolere*, et sic est saepe. 2. locum. Leg. II. 19. *heredum causa* (suscipiendorum sacrorum) *iustissima est. Nulla est enim persona, quae ad* vicem *mortui propius accedat.* 3 modo, more. Att. X. 8. *nisi forte me Sardanapali* vicem *in lectulo mori malle censueris.* Graevius autem habet *vice*: quamquam et ipse in Codd reperit *vicem*. Neque est contra Latinorum consuetudinem, qui sic

accusativo utuntur et nude, et adiecta praepositione, in. Gellius X. 3. *Gracchus non querentis, nec implorantis, sed nunciantis* vicem; . *inquit*. Et amat Gellius sic ponere, ut monet Gron. ad X. 25. Contra addit Suetonius, Claud. 7. *praesedit* in *Caii* vicem. 4. Sext. 4. vicem *officii praesentis*. ubi v. not. *Ern.*

VICESIMA. Att. II. 16. *agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum, praeter* vicesimam? est autem vicesima pars pecuniae, qua vendi posset servus, qui manumittitur. Liv. VII. 16. de ea Graev. ad h. l. laudavit Lips. ad Tacit. Ann. XIII. 31. sed Graevius male huc refert etiam vicesimam e servis venditis; in quo non satis inspexit illum ipsum, quem laudat, Lipsium. qui docet, antiquissimam esse vicesimam manumissionum, et de ea a Cicerone agi l. c. vectigal autem e servis venditis primo quoad numerum incertum esse, deinde ab Augusto institutum. conf. Magnit. Rom. II. 4. Ergo de vicesima manumissionum tantum sermo est. cf. Cuiac. Obs. IX. 24 impr. Burm. de Vectigal. c. 10. 2. Verr. II. 75. *scribit HS. LX. socios perdidisse ex* vicesima portorii *Syracusis*. *Vicesima portorii* est ipsum portorium, cuius nomine dabatur vicesima pars rerum, quae exportabantur. Ceterum male huc refert Hotomannus aurum vicesimarium, quod fuit e vicesimis manumissionum, non portorii, ut vidit Lipsius ad Tacit. loc. cit. *Ern.*

VICINITAS 1. vicinus locus, vicina habitatio. Att. V. 10. *propter* vicinitatem *totos* dies *simul eramus*. Rosc. Am. 46. *cantu nervorum tota* vicinitas *personat*. N. D. II. 55. *Nares non sine causa* vicinitatem *oris secutae sunt*. Cael. 2. *cur in istam* vicinitatem *meretriciam te contulisti?* 2. *universa* regio vicina. Cluent. 5. *regionis illius ac* vicinitatis *facile primus*. Planc. 8. *municipia coniunctione etiam* vicinitatis *vehementer moventur*. 3. de mutuo inter vicinos nexu. ad Quir. p. Red. 2. *amicitiae, consuetudines*, vicinitates. 4. pro *vicino* ipso. Off. II. 18. *conveniet esse* — vicinitatibus *et* confiniis *aequum esse et facilem*; i. e. vicinis et confinibus.

VICINUS 1. sensu proprio Sull. 20. *finitimi ac vicini*. Off. III. 29. *Fides* quam in Capitolio vicinam Iovis opt. max. — *maiores nostri esse voluerunt*. 2. de propinquitate temporis Verr. I. 18. *Latona gravida et iam ad pariendum* vicina. 3. metaphorice Orat. 32.

vicinam *eius* (artis rhetoricae) *atque finitimam dialecticorum scientiam assumere.*

VICISSIM per vices. N. D. II. 7. *possetne uno tempore florere, deinde* vicissim *horrere terra.* Sen. 14. *refrigeratio aestate et* vicissim *aut sol aut ignis hibernus.* 2. *im Gegentheil.* Fam III. 6. *Hoc ego meo facto delector, considera nunc* vicissim tuum. 3. *umgekehrt.* Fin. III. 21. Verissime defenditur — *quicquid aequum iustumque esset, id etiam honestum,* vicissimque *quicquid esset honestum id iustum etiam atque aequum fore.* Div. I. 5. *ego sic existimo: si sint ea genera divinandi vera, de quibus accepimus, quaeque colimus, esse deos:* vicissimque *si dii sint, esse qui divinent.* 4. *hinwiederum.* Fat. 2. *cum hoc genere philosophiae, quod nos sequimur, magnam habet orator societatem. Subtilitatem enim ab Academia mutuatur, et ei* vicissim *reddit ubertatem orationis et ornamenta dicendi.*

VICISSITUDO 1. *Abwechselung.* Tusc. I. 28. vicissitudines *dierum atque noctium commutationesque temporum quadripartitae.* Inv. I. 34. *diurnae nocturnaeque* vicissitudines. N. D. II 38. *quum impetum caeli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus constantissime conficientem* vicissitudines *anniversarias* Muren. 36. *populus Rom. — distinguit rationem officiorum ac temporum;* vicissitudinem *laboris ac voluptatis* Orat. III. 50. *ad aures nostras, et actionis suavitatem quid est* vicissitudine *et varietate et commutatione aptius?* 2. *Erwiederung.* Lael. 14. *Nihil est remuneratione benivolentiae, nihil* vicissitudine *studiorum officiorumque iucundius.* Parit. 37. *aequitatis vis est duplex: cuius altera directa et veri et iusti, et ut dicitur, aequi et boni ratione defenditur, altera ad* vicissitudinem *referendae gratiae pertinet, quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur.* 3. *Mischung* N. D. II. 33. vicissitudine *quatuor generum corporum mundi continuata natura est.*

VICTIMA. 1. sensu proprio, *hostia, Opferthier.* Inv. II. 31. *quum Lacedaemoniis lex esset,* hostias *nisi ad sacrificium quoddam redemptor praebuisset, capitale esset — subito magnis commotis tempestatibus fluvius Eurotas is qui propter Lacedaemonem fluit, ita magnus et vehemens factus est, ut eo traduci* victimae

nullo modo possent. 2. metaphorice de homine qui in alterius gratiam interficitur vel vitam suam pro patria profundit. Flacc. 38. *quam potestis P. Lentulo — mactare* victimam, *gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in nos omnes odium saturaveritis.* Fin. II. 19. Num P. *Decius — quum se devoveret — aliquid de suis voluptatibus cogitabat? quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum, non esset imitatus quarto consulatu pro filius; neque porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens consul cecidisset in proelio seque e continenti genere tertiam* victimam *reipubl. praebuisset*

VICTOR. Fam. IV. 9. *multa* victori *eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt.* Div. II. 26. *Tu vates Boeotios credis Lebadiae vidisse ex gallorum gallinaceorum cantu victoriam esse Thebanorum, quia galli* victi *silere solerent, canere* victores. — *Quodsi* victores *alacritate et quasi laetitia ad canendum excitantur, potuit accidisse alia quoque laetitia, qua ad cantum moverentur.* cf. Div. I. 34.

VICTORIA. 1. sensu proprio. Off I. 11. *parta* victoria *conservandi sunt ii, qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt* Manil. 10. cuius (Pompeii) *adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis sed suis imperiis, non offensionibus belli,* sed victoriis, *non stipendiis sed triumphis est erudita.* Marcell. 6. victoria *natura insolens atque superba est* Verr. V. 26. *unus plures praedonum duces vivos cepit P. Servilius, quam omnes antea — Itaque ei concursus undique fiebant, ut non modo ex his oppidis, qua ducebantur, sed etiam ex finitimis visendi causa convenirent. Ipse autem triumphus, quam ob rem omnium triumphorum gratissimus populo Rom fuit atque iucundissimus? quia nihil est* victoria *dulcius. Nullum est autem testimonium* victoriae *certius, quam, quos saepe metueris, eos te vinctos ad supplicium duci videre* Catil. IV. 10. *uno loco conditio melior externae* victoriae, *quam domesticae.* 2. de eo qui causam in iudicio obtinet. Verr. Act. I. 14. *Venit mihi in mentem illud dicere — me arbitrari fore, uti nationes exterae legatos ad P. R. mitterent, ut lex de pecuniis repetundis iudiciumque tolleretur. Si enim iudicia nulla sint, tantum unumquemque* (proconsulum vel propraetorum) *ablaturum putant,* quantum *sibi, ac liberis suis satis esse arbi-*

apud quos, *et quo more*, *et cuius arbitratu sit educatus*, *quos habuerit artium liberalium magistros*, *quos vivendi praeceptores*, *quibus amicis utatur*, *quo in negotio*, *quaestu*, *artificio*, *sit occupatus*, *quo modo rem familiarem administret qua consuetudine domestica sit*. Oecon. 1. *quum* victus *et* cultus *humanus non uti feris in propatulo ac silvestribus locis sed domi sub tecto accurandus esset*. Ita vertit Cic. Xenophontis verba Oecon. VII. 19. Ἔπειτα δὲ καὶ ἡ δίαιτα τοῖς ἀνθρώποις οὐχ ὥσπερ τοῖς κτήνεσιν ἐστὶν ἐν ὑπαίθρῳ, ἀλλὰ στεγνῶν δεῖται δηλονότι. Att. XII. 27. *Nunc plane nec ego* victum, *nec vitam illam colere possum*.

VICUS 1. in urbe *eine Gasse*. Mil. 24 *nullum in urbe* vicum, *nullum angiportum esse dicebant*, *in quo Miloni non esset conducta domus*. 2. extra urbem, s. in agris est κώμη, nostris, *ein Dorf*, *ein Flecken*. Att. V. 15. *concursus fiunt ex agris et* vicis *et ex domibus*. Font. 5. *si qui Cobiomacho*, *qui* vicus *inter Tolosam et Narbonem est*, *deverterentur*. Fam. XV. 4. *Eranam*, *quae fuit non* vici *instar*, *sed urbis — cepimus*. 3. Att. I. 4. *Libros tuos conserva et noli desperare eos me meos facere posse*, *quod si assequor*, *supero Crassum divitiis atque omnium* vicos *et* prata *contemno*. i. e. ut Manutius intpr. urbanas rusticasque divitias; ita ut *vicus* intelligatur *urbanus*, quo verbo notantur aedes complures coniunctim aedificatae. Fam XIV. 1. *Scribis te* vicum *venditurum*.

VIDELICET, videre licet, scito. Att. V. 11. *Brundisio quae tibi epistolae redditae sunt sine mea*, *tum* videlicet datas, *cum ego me non belle haberem*. Scil. intelligendum est *esse*. Est enim apud veteres interdum *videlicet* cum infinitivo. vid. Graev. ad h. l. Plautus Asinar, III. 3 videlicet Solonem, *leges ut conscribat*: quem locum vindicat Gronov. Obs. III. 9. p. 509. cf. scilicet. *Ern.*

VIDERE, cogitare, in animo habere. Orat. I. 62. *maius quiddam* videbam. 2. considerare. Cluent. 58. *cum haec sunt* videnda. 3. explicare. Verr. II. 61. *alio loco de . .* videro. 4. consilio aliquo uti, sequi aliquid. Flacc. 14. vidit *aliud*. 5. curare, et variis quidem modis. Att. XIV 11. *haec fortuna* viderit. ibid. X. 7. *cum Philotimo* videbis. ibid. V. 1. *ut prandium nobis* videret. Tusc. III 19. *aliquid* videamus *et cibi*. Quint. 17. viderint *ista officia boni viri*. 6. im-

docti viderentur. Phil. XI. 15. *nihil semper floret; aetas succedit* aetati. *Diu legiones Caesaris* viguerunt, *nunc* vigent *Pansae* etc. 4. de studiis et artibus quae valde celebrantur. Tusc. II. 26. *apud quos venandi et equitandi laus* viget. Cael. 5. vigebant *apud illum studia rei militaris.* Off. I. 34. *eorum in bellicis et civilibus officiis* vigeat *industria.* Tusc. II. 2. in ipsa Graecia *Philosophia* tanto in honore numquam fuisset nisi *doctissimorum hominum contentionibus dissensionibusque* viguisset. 5. placere, probari. Fam. VIII. 1. tui *politici libri omnibus* vigent.

VIGIL Verr. IV. 43. *clamor a* vigilibus *fanique custodibus tollitur.*

VIGILANS Q. Fr. I. 1, 1. *Tibi data est* (in provincia tua) *summa pax, summa tranquillitas, ita tamen ut ea* dormientem *gubernatorem vel obruere*, vigilantem *etiam delectare possit.* Verr. Act I. 11 *perficiam ut nemo umquam post hominum memoriam paratior*, vigilantior, *compositior ad iudicium venisse videatur.* Att. VII. 13. *Videsne in quem hominem inciderit respublica?* (nempe in Caesarem) *quam acutum, quam* vigilantem, *quam paratum?*

VIGILANTER Verr. IV. 64. vigilanter *provinciam administrare.* Fam. X. 23. *Tu quod adhuc fecisti, idem praesta, ut* vigilanter *nervoseque nos qui stamus in acie subornes.* Muren. 15. (Mithridatem) *L. Murena, pater huiusce, vehementissime* vigilantissimeque *vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit.*

VIGILANTIA. Fam. VII. 30. Caesar Q. Fabio cos. mortuo *pridie Kal. Jan.* (C. Caninium Rebilum) *consulem* hor. VII. *renuntiavit, qui usque Kalendas Januar. esset, quae erant futurae postridie. Ita Caninio cos. scito neminem prandisse. Nihil tamen eo consule mali factum est. Fuit enim mirifica* vigilantia, *qui suo toto consulatu somnum non viderit.* Ad h. l. Manutius; Posteriores enim, inquit, sex horae noctis habita civilis diei ratione pertinent ad Kal. Jan. id est ad sequentis anni consules; priores vero qui, qui pertinent ad prid. Kal. qui consulatus ultimus dies est, insomnes ab occupato praesertim consule ducuntur. Itaque perbelle Cicero iocum quaerens, brevitatem consulatus ad vigilantiae laudem convertit. Vid. Macrob. Sat. II. 3. Plutarchum in Caesare; Dionem lib.

quae mihi quidem minime cara est — vobis tamen et populo Rom. vilis *spiritus meus esse non debet*

VILITAS *Wohlfeilheit.* Manil 15. Vilitas *annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est.* Verr. III. 98. *si ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur* vilitas *in vendendis.*

VILLA *ein Landhaus,* Sext 43. *quotus quisque invenietur — qui solidam laudem veramque quaerat, quum sciat* (Gabinium) *haurire ex paratissimis atque opulentissimis Syriae gazis innumerabile pondus auri? —* villam *aedificare in oculis omnium tantum, tugurium ut iam videatur esse illa* villa, *quam ipse trib. pl. pictam olim in concionibus explicabat, quo fortissimum ac summum civem* (Lucullum) *in invidiam homo castus ac non cupidus vocaret?* conf D v Cass. lib Off. I. 39. L. Luculli, *summi viri, virtutem quis? At quam multi* villarum *magnificentiam imitati sunt?* Q. Fr. II. 9. *hominem infirmum in* villam *apertam, ac ne rudem quidem invitare nolui.*

VILLICUS custos villae et agriculturae. Orat. I. 58. *si mandandum aliquid procuratori de agricultura aut imperandum* villico *sit. Villici* officia exponuntur a Columella lib. XI. c. 1. Procuratoris officium erat potissimum in rationibus acceptorum et expensorum ducendis.

VILLULA. Att. XII. 26. villula *sordida et valde pusilla.* ibid. XVI. 6. *cur ocellos Italiae,* villulas *meas non video.*

VILLUS N. D. II. 47. *Animantium aliae coriis tectae sunt, aliae* villis *vestitae, aliae spinis hirsutae.* ibid. 63. *quid oves aliud afferunt, nisi ut earum* vil is *confectis atque contextis homines vestiantur?* Ubi legendum conieci *consectis*, postea idem legi in Edd. Gothofr. et Lambin Argent. 1581, cognovi ex notatione in praestantissima horum librorum editione ab Ill. Creuzero et Mosero V. C. parata.

VINACEUS Sen. *acinus* vinaceus (*ein Traubenkern*).

VINALIA. Phil. XIV. 5. sunt Vinalia priora a. d. IX. kalendas Maii degustandis vinis instituta. Alia sunt *Vinalia altera* quae agebantur a. d. XVIII. Kal. Septembr. via Plin. H. N. XVIII. 69, 3.

VINARIUS Sen. 16. *cella* vinaria Verr. IV. 27. *vas* vinarium. Font. 5. *crimen vinarium est,* quod

Fonteio obiiciebatur eum praeter ius portorium vini instituisse et exegisse.

VINCERE, ostendere aliquid ita, ut probes, ut obtineas. Cluent. 44. *vince, virum bonum fuisse Oppianicum.* 2. eleganter de eo, cui quid in auctione addicitur, sive qui plus licendo accipit, quod vult. sic passim est in epist. ad Att. ut XIII. 29. *Othonem vincas volo.* conf. 33. 3. causam in iudicio obtinere. In quo est duplex forma: altera certa et usitatissima. Rosc. Com. 18 vicisset *iudicio.* Quint. 27. *ego sponsione* vicerim: altera insolens atque hanc ob causam in dubium vocata: Verr. I. 53 vincere *iudicium.* Caecin. 31. vincere *sponsionem.* ubi vid. Passerat. et Graev. Similiter Ovid. Her. XVI. 75. dixit: *non omnes* causam vincere *posse suam:* ubi Heinsius corrigebat *causa:* dubitante Burmanno, et afferente *vincere bellum* e Vell II. 55. add Virg. Aen X. 370 *devicta bella.* Etiam Graeci utroque modo dicunt, νικᾶν μάχην et μάχῃ. vid. Albertum V. Cel. Obs. ad Nov. T. p 242. Simile etiam illud est, quod latine dicitur *certare sponsione* (v. sponsio) et *certare multam* ap. Liv. XXV. 3. ab hac autem verbi significatione dicuntur *vinci*, qui causa cadunt seu condemnantur. Verr. I. 4. *reus tam nocens, tam perditus, tam* victus. *Ern.*

VINCIRE. 1. sensu proprio Verr V. 66. facinus est vincire *civem Romanum.* 2. metaphorice, constringere. Marc. II. 8. *omnia quae dilapsa iam fluxerunt severis legibus* vincienda *sunt.* Tusc. II. 21. *si se lacrymis dedet,* vinciatur *et constringatur amicorum custodiis.* 3 *munire.* Att. VII. 18. *loca occupare,* vincire *praesidiis.* 4. orationem numerosam reddere. Orat. III 49. *membra orationis sunt numeris* vincienda. Or. 50. *Antiqui verba eligebant et sententias graves et suaves reperiebant, sed eas aut* vinciebant *aut explebant parum.* Sed haec optime exposuit *Io. Chr. Theoph. Ernesti* in lexico technol. Lat. rhetoricae. p. 418. Omnis, inquit concinnitas, vel numerus orationis, quoniam in verbis et sententiis sive ex iunctura, sive ex lege et ordine quodam oritur, inque his rebus vinculorum, et adstrictionis, quae dissolutioni et ἀταξίᾳ contraria sit, notio valet, Rhetores Latinos ut varia illa concinnitatis genera significarent, metaphoris a *vinciendo* ductis scite usos esse reperimus. Itaque *vincire sententiam modis et formis* orator dicitur,

quum sententiae et orationi numerum quendam et rhythmum conciliat. Sic Cic. de Orat. III 42. in loco elegantissimo, in quo exponit, quomodo fiat, ut orator numero sententiis addendo aliquid versus et meri poetici simile gignat, ipsos tamen versus non faciat. Quare et cap. 48. definiti poetarum pedes *vincula* dicuntur. cf. Orat. 23. et Quintil X. 1, 29. ubi *alligatos* ad pedum certam necessitatem poetas dicit. Et Ovid. Pont. Ep. IV. 8. 73. *numeris verba coercere. Verba* autem *vinxisse* arte quadam dicuntur Thrasymachus et Gorgias apud Ciceronem Nat. 13. quum illorum quendam orbem fingerent, et concinnitatem eam, quae in pariter relatis, similiter aut pariter cadentibus, vel paribus contrariis esse solet. Alio loco de Orat. III. 47. simili metaphora *illigari sententiam verbis* dixerat. Et quum in Orat. 50. veteres dicuntur sententias aut parum *vinxisse*, aut parum *explesse*, illud prius ad verborum in una periodo comprehensionem, cui concisa, minuta, vel membratim elata oratio opposita est: posterius ad illam periodi perfectionem pertinet, qua nec curta, nec redundans in aliqua parte sit; unde et *completus* verborum *ambitus* dicitur; ut cap. 13. Theodorus *praefactior nec satis rotundus* opponitur Isocrati, *qui mollioribus numeris sententias expleverit.* cf. Brut. 37. et orat. 25. uti in eadem re devincire dicit." Hactenus ille; subtilius et verius quam *Io. Aug. Ernesti* in clave Ciceroniana.

VINCTUS, numerosus. Orat. 57. *poëma est nimis* vinctum, *ut de industria factum appareat: sermo vulgi est nimis dissolutus.* 2, non liber, impeditus. ad Div. VI. 7. *tot malis cum* vinctum *tum fractum studium scribendi.*

VINCULUM, per metaphoram eleganter dicitur omnis causa, propter quam aliquid faciendum aut omittendum est, propter quam aliquis amandus; item res, qua aliquid conservatur, fundamentum, fons etc. ad Div. XV. 11. *tum accedit* vinculum *maximum:* h. e. maxima causa propter quam te amare debeo. Itaque Cicero alicubi dicit: *cum eo mihi omnes causae,* Quint. 15. cum alibi dicat: *omnia vincula.* Ligar. 7. *magnum* vinculum, *quod iisdem studiis semper usi sumus.* Muren. 31. *aliquo tecum* vinculo *reip. esse coniunctum:* h. e. causa ab ipsa rep. suppeditata. Fin. III. 20. *et quomodo hominum inter homines iuris esse*

vincula *putant* (h. e. causas idoneas, propter quas societatem inter se colant) *sic homini nihil iuris esse cum bestiis.* Caecin 25. ius civile dicitur *vinculum iudiciorum*, quod eo iudicia nitantur. Cluent. 53. vinculum *dignitatis*, quod conservat dignitatem, sive, ut post dicit, fundamentum et fons dignitatis. Balb. 15 vinculum *religionis.* Tusc. V. 28. *nulla te* vincula *impediunt ullius certae disciplinae.* ad Div, X. 6. vincula temporum *te cum illis coniunxerunt.* Orat. 23. vincula *numerorum.* vid Vinctus, Vincire, *Ern*

VINDEMIOLA metaphorice. de pecunia collecta paullatim et comparsa, *omnes meas* vindemiolas *eo reservo* i. e. quicquid pecuniae comparsi reservo ad libros emendos.

VINDEX. 1. *custos*, s. *defensor.* Orat. II. 48. provocatio *patrona illa et* vindex *libertatis.* Leg. III. 17 *habeat sane populus tabellam* (in suffragiis ferendis) *quasi* vindicem *libertatis.* 2. *ultor, punitor.* Rull. II 9. *custos et* vindex *cupiditatum.* Leg. II. 8. *qui secus faxit, deus ipse* vindex *erit.* N. D. III. 18. *furiae speculatrices et* vindices *facinorum et sceleris* Inv. II. 31. *Difficile est ab eo qui peccatorum* vindex *esse debet, ut ignoscat impetrare.* Q. Fr. II. 6. *ille* (C. Cato trib. pl.) vindex *gladiatorum et bestiariorum.* Nempe C. Cato legem in Milonem promulgaverat, quod is gladiatoribus et bestiariis contra remp. usus esset. Itaque Cicero ait, illum qui se ultorem et vindicem huius criminis professus esset, ipsum tamen etiam bestiarios emisse. Itaque *vindex* h. l. i. q. *ultor* est, s. is qui aliquem ad poenam facinoris subeundam vocet, non quod Manutio visum i. q. assertor, qui gladiatores et bestiarios a Milone quasi in libertatem assereret, aut vindicaret. Idem confirmant verba Ciceronis quae sequuntur: (Cato) *emerat de Cosconio et Pomponio bestiarios, nec sine his armatis umquam in publico fuerat. Hos alere non poterat. Itaque vix tenebat. Sensit Milo. Dedit cuidam non familiari negotium, qui sine suspicione emeret eam familiam a Catone quae simulatque abducta est, Racilius, qui unus est hoc tempore tribunus pl.* (scil. hoc nomine dignus) *rem patefecit, eosque homines sibi emptos esse dixit,* (*sic enim placuerat*) *et tabulam proscripsit se* familiam Catonianam *venditurum.*

VINDICARE, punire. Verr. V. 50. *vehementer* vindicare *in cives.* Off I 30. *qui T. Gracchi perditos conatus* vindicavit. 2. vindicias agere. Orat. I. 10. *agerent tecum lege* .. vindicarentque *ornati homines* .. *quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret.* 3. defendere: Flacc 17. vindicetis *civem ab ignotissimo Phryge;* sc reiiciendo eius testimonium. ad Div. XII 16. *turpitudo personae eius, in quam liberius invehimur, nos* vindicabit. 4. Rabir. Post. 9. *perpetienda illa fuerunt, ut aliquando se ad suos* vindicaret: Manutius interpretatur, ut aliquando ad suos tamquam e servitute regia in libertatem redire posset. Graevius autem latinum hoc esse, et intelligi posse negat, legitque: *ut se aliquando et suos et vindicaret,* nempe a damnis fortunarum. Mihi autem et lectio recepta, et Manutiana interpretatio probatur. Exempla huius constructionis sunt apud Gronov. ad Liv. XLIV. 14. *Ernest.*

VINDICATIO Inv. II. 53. Vindicatio *est per quam vis et iniuria et omnino quod obfuturum est defendendo aut ulciscendo propulsatur.* ibid. II. 22. Vindicatio *per quam vim et contumeliam defendendo (durch Abwehren) aut ulciscendo propulsamus a nobis et a nostris qui nobis esse cari debent, et per quam peccata punimus.*

VINDICIAE, est controversia forensis, de possessione alicuius rei, quam nostram esse dicimus, cum alius teneat. Verr. I. 45. *pro praede litis* vindiciarum *satis dare.* Mil. 27. *iniustae* vindiciae.

VINDICTA. Rabir Perd. 5. *una* vindicta *liberavit.* Top. 2. vindicta *liber factus* ad q. l. Boëthius dicit, esse virgulam; quam lictor manu mittendi servi capiti imponens, eum in libertatem vindicabat, quaedam verba solennia dicens. Scholiastes autem Persii ad Sat. 5. a praetore capiti impositam dicit. Et hoc verius Sic etiam Graeci ICti tradunt. vid. Casaub. ad Pers, p. 417. formula erat: hunc ego hominem liberum et civem Rom. esse aio, ut Graeci tradunt. Latini autem sic: aio te liberum more Quiritium. vid. Viros doctos ad Caii Instit. I. 1. 1. in Schultingii Jurispr. Ante-Justin. p. 11. 12 ed. Lips. *Ern.*

VINEA. 1. *Weinberg.* Sen. 15. *Segetibus et pratis et* vineis *res rusticae laetae sunt.* 2. machina bellica Fam. XV. 4. *aggere,* vineis, *turribus oppugna.*

vi. Vinearum structuram ita describit Vegetius IV. 15. *E lignis levioribus machina colligatur alta pedibus octo, lata pedibus septem, longa pedibus sexdecim. Huius tectum munitione duplici tabulatis cratibusque contexitur. Latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinsecus autem ne immisso concrementur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. Istae quum plures factae fuerint iunguntur in ordinem, sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta.*

VINETUM Leg. II. 9. *sacerdotes* vineta *virgetaque — auguranto.* N. D. III. 36. vineta. *Segetes, oliveta.* ibid. II. [illegible] *si segetibus aut* vinetis *cuiuspiam tempestas nocuerit.*

VINITOR vinearum cultor. Fin. V. 14. *si ad* vitem, *sensus accesserit, ut appetitum quendam habeat, et per se ipsa moveatur, quid facturam putas? An ea, quae per* vinitorem *antea consequebatur et per se ipsam curabit?*

VINOLENTIA. 1. *Hang zur Völlerey, zu übermässigem Weintrinken.* Tusc. IV. 11. *Aegrotationis subiecta sunt, — ligurritio,* vinolentia, *cupedia.* 2. *Trunkenheit* Phil. II. 39. *quam nobilitata est tua illa peregrinatio. Quid prandiorum apparatus, quid furiosam* vinolentiam *tuam proferam?*

VINOLENTUS 1. *weintrunken.* Tusc. V. 41. *mihi in vita servanda videtur illa lex, quae in Graecorum conviviis obtinetur: Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, aut ne sobrius in violentiam* vinolentorum *incidat, ante discedat.* Roll. I. 1. *utrum haec vobis videntur consilia* siccorum, *an* vinolentorum *somnia?* Orat. 28. *Qui nihil potest tranquille, nihil leniter — dicere — si is non praeparatis auribus inflammare rem coepit furere apud sanos, et quasi inter* sobrios *bacchari* vinolentus *videtur.* Acad. pr. II. 27. *dormientium et* vinolentorum *et furiosorum visa imbecilliora esse dicebat, quam vigilantium,* siccorum, *sanorum.* 2. vino mixtus Pis. 6. *Meministine — quum isto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valitudinis, quod diceres* vinolentis *te quibusdam medicaminibus solere curari.*

VINUM Tusc. V. 5. *levia* vina *nihil valent in aqua (leichte Weine verlieren alle Kraft, wenn sie vol-*

lends mit Wasser gemischt werden) N. D. III. 31. *Si medicus sciat, eum aegrotum, qui iussus sit* vinum *sumere*, meracius, *sumpturum statimque periturum, magna sit in culpa:* Phil. XII. 11. *novi hominis furorem, novi effrenatam violentiam; cuius acerbitas morum immanitasque naturae ne* vino *quidem permista temperari solet.* N. D. III. 27. vinum *aegrotis, quia prodest raro, nocet saepissime, melius est non adhibere omnino.* Off. III. 23 *qui* vinum fugiens (*schalgewordenen Wein*) *vendat sciens, debeatne dicere?*

VIOLA. Tusc. V. 25 si gaudere bonis animi id est virtutibus beatum est, omnesque sapientes iis gaudiis perfruuntur, omnes eos confiteri beatos esse necesse est. A. Etiamne in cruciatu et tormentis? M. an tu *me in* viola *putabas aut in rosa dicere?*

VIOLENTIA. Phil. XII. 11. effrenata violentia.

VIOLENTUS 1. de homine multa per vim agente. Phil. V. 7. *homo vehemens et* violentus. ibid. II. 28. violentus *et furens.* 2 de tempestate. Cluent. 50. violentissimae *tempestates.* 3. *vi acquisitus.* Phil. I. 12. *opes* violentae. 4. in disputatione philosophi violentum est, quod nimium, (*übertrieben*) Tusc. V. 24 *ut vere dicitur, parva esse ad beate vivendum momenta corporis commodorum; sic nimis* violentum *est, nulla dicere.*

VIOLO. 1. *offendo, laedo.* Phil. II. 2. violare *amicitiam* Quint. 23. *existimationem alicuius.* Rosc. Am. 38. violare *atque imminuere ius et officium.* 2. polluo. Rab. Perd. 3. violare loca religiosa. N. D III. 23. Minerva quinta Pallantis (filia) *quae patrem dicitur interemisse, virginitatem suam* violare *conantem* Verr. V. 72 *Sacra* violata *et polluta.* Harusp. 12. *ludi* violati *ac polluti.*

VIPERA metaphorice de homine pestifero. Harusp. 24. *etiamne in senatu atque in deliciis quidam optimi viri* viperam *illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt?*

VIPERINUS. Fin. II. 29. viperino *morsu venae viscerum veneno imbutae.*

VIR. Q. Fr. II. 11. *Quum veneris*, virum *te putabo, si Sallustii Empedoclea legeris*, hominem *non putabo.* Recte Ernestius intpr.: „patientem te putabo laboris et molestiae, sed sine sensu humanitatis pulcri et venusti. Carmen illud Sallustii de philoso-

gula *stantem circumscripsit, dixitque se non ante renuntiaturum senatui, nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa* circumscriptione *excederet.*

VIRIDITAS. Tusc. III. 31. *malum quandam habet* viriditatem. Lael. 3. *senectus aufert eam* viriditatem, *in qua etiam tunc erat Scipio.* Est e Graeco. Graeci enim χλωρὸν dicunt omne, quod est recens, in primisque vigorem iuvenilem et virilem. *Ern.*

VIRILIS. Verr. IV. 38. *est aliqua mea* pars virilis. Phil. XIII. 4. *me eius beneficio plus, quam pro* virili parte, *obligatum puto. Virilis pars*, ne errent tirones, ut vulgo fit, est cuiuscunque rei communis pluribus, sive bonae et laetae, sive tristis et molestae pars ea, quae unicuique ex eorum numero debetur aequaliter. Sic in hac formula, *plus quam virili parte obligatum esse*, est, ex communi et ad omnes pertinente beneficio quasi maiorem ceteris partem accepisse. Vulgo autem *pro virili parte* sic in scribendo loquendoque dicunt, quasi sit, pro viribus. 2. virum decens. Att. XI. 23. *et videremur aliquid doloris* virilis *habuisse.* Sic Tusc. II. 27. viriliter *aegrotare: h. e.* ne te nimis mollem, aut impatientem doloris molestiaeve praebeas. *Ern.*

VIRTUS. Tusc. II. 18. virtus *ex viro appellata est; viri autem maxime propria est fortitudo*; itaque ab hac ceteras sic appellatas putat. Fin. V. 13. *ita fiet, ut* animi virtus corporis virtuti *anteponatur; animique* virtutes non voluntarias *vincant* virtutes voluntariae; *quae quidem proprie* virtutes *appellantur.* 2. fortitudo militaris. Sext. 65. *aditus in illum summum ordinem civium industriae ac* virtuti *pateret.* Nempe *industria* cernitur in causis in foro agendis, virtus in re militari: his duabus artibus enim aditus in curiam muniebatur. Sic Muren. 10. *rei militaris* virtus, opponitur *forensi laudi et* industriae. vid. Industria. 3. ars, disciplina, facultas alicuius artis. Off. I. 32. *itaque se alii ad philosophiam, alii ad ius civile, alii ad eloquentiam applicant: ipsarumque* virtutum *in alia alius mavult excellere. Ern.*

VIS, est vel *vera*, quae fit armis sive iustis, sive fortuitis, unde lex de vi armatis hominibus. Caecin. 9. haec etiam *vis solida* dicitur. cf. Caecin. 15. s. vel ea, quae ibid. 32. *quotidiana vis* dicitur. Cum in controversia de possessione alicuius fundi *deductio*

ac vis moribus fit. ibid. I. 11. quam Gellius XX. 10. *civilem ac festucariam* vocat. vid. supra in Conserere et Caecin. 7. Hinc etiam illud ibid. 31. *unde ille me vi deiecit.* item c. 22. vim *restituere:* h. e. aliquem in eum locum restituere, ex quo eum vi vera deieceris. 2. genus vis saepe ponitur pro formis, h. e. pro iis rebus, quibus vis fit, aut quae per vim fiunt; pro stupro Milon. 4. vim *afferre.* conf. Verr, I. 26. pro precibus Verr. I. 25. *retinere summa vi.* pro minis Verr. III. 32. *hac ille vi et hoc metu adductus,* nempe virgarum, quas minabatur Verres. Pro opibus amicorum, advocatorum, unde inopiae opponitur. Quint. 1. *quod si tu iudex nullo praesidio fuisse videbere contra vim et gratiam solitudini atque inopiae.* Pro corruptione iudicum. Verr. II 31. *si aliqua se vi eripuerit ex hoc iudicio.* unde etiam *vis versata esse* dicitur in iudicio, quod pecunia corruptum est. Corrumpuntur autem iudices vel gratia, vel metu, vel largitione. Itaque singulis locis videndum, de quo genere capienda sit vis. 3. Sed *vis iudicum,* vel *iudiciorum* est iustitia et severitas in scelestos homines, ut in Caecil. 3. Act. I. Verr. 17. Caecin. 2. 4. formula *vim afferre* est etiam in bono sensu, pro prodesse, valere Orat. I. 25. 5. *vis* dicitur etiam de natura rerum et ratione. Inv. I. 19. *hoc non magis seditiosi, quam ambitiosi . . quam alicuius improbi hominis* vim *describit.* Inv. II. 33. *rem ex sua vi* (natura) *considerare.* Orat. I. 21. *de vi et ratione dicendi.* 6. locus. Inv. I. 2. *naturae* vim *obtinet.* 7. *in* dicendo *vis* est δεινότης. Orat. II. 17. Orat. II. 29. *mea totius orationis . . tres sunt rationes: una . . tertia concitandorum animorum, harum partium tertia* vim *desiderat.* Fam. XV. 21. de Calvo: *multae erant et reconditae literae:* vis *non erat.* 8. *vis* etiam eleganter tribuitur iis, qui ulciscuntur iniurias sibi factas, aut qui sibi iniuriam fieri non sinunt. Dom. 55. *magna* vis *est cum in Deorum numine tum in ipsa republica* etc. Rosc. Am. 24. *Magnam* vim *possidet paternus maternusque sanguis:* nisi pro *sanctitate* malis accipere. 9. significatio verbi. Tusc. II. 5. *verbi* vis. Et sic saepe. 10. servit etiam periphrasi, ut *vis Deorum* pro Diis. *Ern.*

VISCERA. caro. Nam quicquid sub corio est, ut Servius ait, *viscera* dicunt. N. D. II. 63. *viscera boum,* cf. Tusc. II. 8. et 14. 2. pecunia, res familia-

ris. Dom. 47. *extruxit villam* visceribus *aerarii.* ad Q. Fr. I. 3. *cum de* visceribus *tuis et filii tui satis facturus sis.* 3. Orat. II. 78. viscera *causae.* 4 intimus animi sensus, memoria. Att. VI. 1. ἐγκελεύσματα *tua mihi in* visceribus *haerent. Ern.*

VISCERATIO, est distributio carnis crudae inter plebeios: genus largitionis, apud Romanos usitatum. Graeci: κρεῶν διανομὴν vertunt. Off. II. 16 vid. Intt. ad Sueton. Caes. 37. In inscriptione apud Murat. T. II. p. DCX *visceratio* in feriis latinis fieri solita vocatur diserte *carnium distributio. Ern.*

VISCUS *Leim*, N. D. II. 47. *Bestiolae in sordibus* (aurium) *tamquam in visco inhaerescunt.*

VISENDUS. 1. Spectandus Manil. 14. *quae ceteri tollenda arbitrabantur,* ea *sibi ille ne* visenda quidem existimabat. 2 visu dignus Vatin. 13. *epulum omni apparatu ornatuque* visendum.

VISERE 1. *spectare* Tusc. V. 3. Pythagoras interrogatus quinam essent philosophi respondit: *similem sibi videri vitam hominum et mercatum eum qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate. Nam ut alii — esset quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plausum nec lucrum quaererent, sed* visendi *causa venirent, studioseque* perspicerent, *quid ageretur, et quomodo: item nos — in hanc vitam profectos; alios gloriae servire, alios pecuniae, raros esse quosdam, qui ceteris omnibus pro nihilo habitis rerum* naturam *studiose* intuerentur: *hos se appellari* sapientiae studiosos — *et ut illic liberalissimum esset* spectare, *nihil sibi acquirentem, sic in vita longe omnibus studiis* contemplationem rerum *cognitionemque praestare.* Tusc. I 19 *quum laxati curis sumus,* spectare *aliquid volumus et* visere. 2. invisere *besuchen.* Tusc. II. 25 Pompeius narrare solebat: *se quum Rhodum venisset decedens e Syria audire voluisse Posidonium; sed quum audivisset eum graviter esse aegrum quod vehementer eius artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum* visere. Fam. IX 23. *constitui ad te venire, ut et* viderem *te, et* viserem *et cenarem etiam.*

VISIO, vox philosophica, idem significans, quod *visum*, de quo mox. Tusc II. 18 visio *falsa doloris et species.* Acad. IV. 11. visio *veri falsique communis*

vitiosa et flagitiosa. Quint. 30. *horrida atque arida.* Rosc. Am. 25. *inculta.* Verr. I. 15. *insidiosa infesta.* Verr. III. 1. vita *pluribus oculis observata.* Rosc. Am. 38. *praetereo — in rusticis moribus in victu arido, in hac* horrida incultaque vita — *maleficia gigni non solere.* — Vita *haec* rustica *parsimoniae diligentiae, iustitiae magistra est.* ibid. 14. *cupiditates quae possunt esse in eo, qui — ruri semper habitavit, et in agro colendo vixerit! quae* vita *maxime disiuncta a cupiditate et cum officio coniuncta.* Cluent. 56. vita *quieta et tranquilla remota a procellis invidiarum.* Somn. 3. *ii vivunt qui ex corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt; vestra vero, quae dicitur* vita, *mors est.* Sext. 15. vita *brevis est, cursus gloriae sempiternus.* ibid. vita *quae debetur necessitate patriae donari potius, quam naturae reservari debet.* Rab. Perd. 10. *exiguum nobis* vitae *curriculum natura circumscripsit immensum* gloriae, ibid. 10. *tantis in laboribus C. Marius periculisque vixisset, si nihil longius quam* vitae *termini postulabant, spe atque animo de se et gloria sua cogitasset?* Orat. I. 1. *perbeati — illi videri solent, qui in optima rep. — eum* vitae *cursum tenere potuerunt, ut vel in negotio sine periculo vel in otio cum dignitate esse possent.* Mil. 26. vitae *varia est, commutabilisque ratio,* Phil. XIII. 21. *postremum est omnium maximam turpitudinem suscipere* vitae *cupiditate.* Phil. II. 3. *nec frangor animo propter* vitae *cupiditatem, quae me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberasset.* Off. I. 5. *necessitates propositae ad eas res parandas tuendasque, quibus actio* vitae *continetur.* Her. IV. 20. *amisit* vitam, *at non perdidit; amisit animam, potitus est gloria.* Att. XII. 27. *nunc plane nec* victum *nec* vitam *ullam colere possum.* Cluent. 61. Sin (Oppianicum) *quod oderat Avitus iccirco illum* vita *frui noluit, adeone erat stultus, ut illam, quam tum ille vivebat* vitam *esse arbitraretur, damnati, exsulis, deserti ab omnibus? quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo audire, nemo alloqui nemo respicere vellet; huius igitur* vitae *Avitus invidebat?* Phil. II. 25. Quod est aliud beneficium latronum, nisi ut commemorare possint iis se vitam dedisse, quibus *non ademerint.* Acad. III. fr. *quod si liceret ut iis, qui in itinere deerravissent, sic* vitam deviam *secutis corrigere errorem poenitendo facilior es-*

set emendatio temeritatis. Leg. fr. *mors aut meliorem quam qui est in vita aut certe non deteriorem est allatura statum. Nam sine corpore animo vigente, divina est* vita. Fin. III. 20. *saepe officium est sapientis desciscere a* vita. Lael. 6. *vita vitalis.* Est de Graeco βίος βιωτός, ut monuit Facciolatus ad h. l. 2. Div. I. 39. *hac de re communis* vita *dubitavit.* Cl. Wopkenius putat hic esse *vitam* pro hominibus, ut est apud Plinium H. N. VIII. 16. *vita non decrevit:* ubi Harduinus recte intelligit, homines non decreverunt, et ap. Phaedr. prol. L. I. ubi vid. Burmann. quem etiam reprehendit Wopkenius, quod negavit, Ciceronem et aequales, hoc sensu verbo eo usos, in quo ei iniuriam facit. Nam, re satis ponderata, mihi etiam sic, ut Cel. Burmanno, videtur. In loco proposito non hoc dicit Cicero: dubitaverunt homines; sed de hac re in vita communi dubitatur, videtur repugnare moribus, vitae communi, ut est Muren. 35 *sed hanc orationem usus,* vita, *mores, civitas ipsa* respuit. Eodem modo caeteras auctoritates dissolvere possem, si opus videretur. *Vita occidens*, v. c. est finis vitae, ut *dies occidens*, finis diei, non *sol.* occid. 3. Flacc. 29. *in* vita: i. e. quoad vivit vel vixit. *Ern.*

VITELLUM Div. II. 65.

VITIARE. Att. IV. 9. *num censum impediant tribuni diebus* vitiandis: *h. e.* servando de caelo, obnunciando efficere, ut iis nihil publici negotii geri possit.

VITIOSITAS. Tusc. IV. 15. vitiositas est *contraria virtutis, sic enim malo, quam malitiam appellare eam, quam Graeci* κακίαν *appellant: nam malitia certi cuiusdam vitii nomen est,* vitiositas *omnium.*

VITIOSUS, vitio creatus, Phil. V. 3. *collega quem ipse fecit sua nunciatione* vitiosum. ibid. II. 33. *quamdiu tu voles,* vitiosus *Consul Dolabella: rursus, cum voles, salvis auspiciis, creatus.* 2. contra auspicia et religionem factus. Div. I. 16. *sinistra dum non exquirimus, in dira et* vitiosa *incurrimus.* Leg. II. 8. *quaeque augur iniusta, nefasta,* vitiosa, *dira defixerit, irrita infestaque sunto.*

VITIS Sen. 15. Vitis *serpens multiplici lapsu et erratico.* N. D. II. 47. vites *sic claviculis adminicula tamquam manibus apprehendunt atque se ita erigunt, ut animantes. Quia etiam a caulibus brassicisque si*

pro-

propter sati sint, ut a pestiferis et nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere. Tusc. I. 24. *Per animum ipsum si nihil esset in eo nisi ut per eum viveremus, tam natura putarem hominis* vitam *sustentari, quam vitis, quam arboris. Haec enim etiam dicimus* vivere.

VITIUM. Sull. 8. *si ceteris patriciis me et vos peregrinos videri oporteret, a Torquato tamen hoc* vitium *sileretur.* Graevio placet coniectura Phil. Rubenii Elect. I. 3. legentis *convicium:* peregrinitatem enim non esse vitium. Sed *vitium* rectum est. *Vitium* dicitur, quicquid in aliquo reprehendi potest, aut reprehenditur, sive iure, sive iniuria, macula, deformitas etc. Terent. *cui* vitii *nihil dicere possis.* Cic. Off. III. 13. *venditorem eius rei, quam vendat*, vitia *narrare.* ibid. 16. *ut in praediis vendendis* vitia *dicerentur.* Est igitur *vitium* etiam in magistratu et consulari, quia peregrinus ad magistratum accedere non debet: (peregrinus enim proprie civi opponitur) certe vitii loco erat peregrinitas obiecta. Torquatus autem debebat hoc *vitium*, si est vitium, *non narrare*, sed *silere.* Porro, quemadmodum *vitium narrare* et *dicere* rectum est, sic etiam *vitium silere. Convicium* autem *silere*, an dicatur latine, dubito. 2. In comitiis est malum auspicium et quicquid comitia dissolvere et irrita reddere potest. Phil. II. 33. *id igitur obvenit* vitium, *quod tu iam Kalend. Jan. futurum esse praedixeras.* Div. II. 18. *comitiorum solum* vitium *est fulmen.* Iam si quid in comitiis, aut in bello actum nihilominus, aut in auspiciis capiendis aliquid contra mores et instituta veterum actum, id *vitio factum* dicebatur. Sic quod Div. II. 33. est, contra auspicia *navigarunt*, id, ibid. I. 16. dicitur, *quum* vitio *navigassent.* ibid. II. 35. *Coss.* vitio *creatos esse*, sc. quod in auspiciis capiendis aliquid Consul peccaverat. N. D. II. 4. vitio *tabernaculum esse captum, quod etc.* cui *de Divin.* l. c. opponitur *tabernaculum* recte *captum. Ern.* 3. *Vitium* in aedificiis, *ein Schadenstand, etwas schadhaftes, baufalliges.* Fam. IX. 15. *si nihil est in parietibus aut in tecto* vitii. Top. 3. *si aedes eae corruerunt* vitiumve *fecerunt.* ibid. *quod fornix* vitii *fecerit.* 4. in corporibus aut artibus, *ein Fehler, Gebrechen.* Tusc. IV. 13. vitium *in corpore.* Div. I. 37. *Aristoteles eos etiam qui valitudinis* vitio *furerent et melancholici dicerentur*

finis alterius est honestas, alterius turpitudo. Her. II. 27. *Vitiosum est artem aut scientiam aut studium quodpiam* vituperare, *propter eorum vitia qui in eo studio sunt: veluti qui rhetoricam* vituperant, *propter alicuius oratoris* vituperandam *vitam.* Leg. III 10. *Est iniqua in omni re accusanda praetermissis bonis malorum enumeratio, vitiorumque selectio. Nam isto quidem modo vel consulatus* vituperetur, *si consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris.* Pro *vituperetur* Gebhardus e codd Pa att. dedit *vituperio est*, quod ad h. l. recte negat Goerenzius V. C verbum Latinum esse.

VITUPERATIO. Att. XIV. 21. vituperationem *subire.* ibid. XVI. 7. *suscipere.* ibid. *effugere.* Verr. III. 61. *in* vituperationem *adducere.* Phil. XII. 10. *Gloriam in morte debent ii, qui in rep. versantur non culpae* reprehensionem *et stultitiae* vituperationem *relinquere.* Att. XVI. 7. *Brutus dicebat se laetari quod effugissem duas maximas* vituperationes.

VIVERE, interesse, versari. Verr. III. 86. vivere *in patris luxuria.* Verr. III. 4. vivere *in pecunia tenui,* 2. Orat. II. 40. *in diem* vivere est, sine futuri cura, eique opponitur, futura spectare. Phil. II. 34. vivere *non solum de die, sed etiam in diem.* Phil. V. 9. *qui* in horam viverent, *non modo de bonis et fortunis civium, sed ne de utilitate quidem sua cogitaverunt.* Sed eleganter hoc ad philosophos Academicos transtulit Cicero, qui nihil ita ratum putant, ut sibi id perpetuo tenendum censeant. Tusc V. 11. *ego* in diem vivo; *quicquid animum verisimilitudine percellit, id verum puto.* 3. *vivere* etiam eleganter dicuntur, qui vita fruuntur, neque omnem in magnis laboribus sine suavitate familiaritatum, conviviorum etc transigunt. ad Q. Fr. III. 1. *sed quando* vivemus. Itemque *vivere aliqua re*, in qua acquiescimus: Fam. XIII. 28. quibus *antea delectabamur, nunc etiam* vivimus. 5. Att. X. 1. *eius mihi* vivit *auctoritas.* Pro quo Off I 23. dicit, eius etiam mortui valet auctoritas. Phil. XIII. 5. vivere *si non spiritu, at virtutis laude.* 3 Cato 14. *animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum, secum esse,* et secum, *ut dicitur*, vivere. *Ern.*

VIVUS Sext. 27. Rex Cyprius miser vivus, ut *aiunt est*, et videns *cum victu ac vestitu suo publicatus* Quint. 15. *de quo homine praeconis* (bona eius auctione

vendentis) *vox praedicat, et pretium conficit, huic acerbissimum* vivo videntique (*bey lebendigem Leibe*) *funus indicitur.* Flacc 37. *de* vivo *nihil detrahit.* *Vivum* opponitur *lucro.* Est igitur sors ipsa pecuniae. cf. Verr. III. 50. *Ern.*

ULCERATUS. Fat. 16. *Philoctetes* ulceratus *serpentis morsu.*

ULCISCI. Inv. II. 27. ulcisci *peccata peccatis et iniurias iniuriis.* Fam. I. 9. *in eis* ulciscendis *quos tibi — inimicos esse intelligis — mirificum me tibi comitem praebuissem, quamquam ille perennis inimicus amicorum suorum* (C. Cato trib. pl.) — *nostram vicem* ultus *est ipse sese.* Att. IX. 14. *odi hominem et odero; utinam ulcisci possem, sed illum* ulciscentur *mores sui.*

ULCUS. N. D. I. 37. *quicquid horum attigeris,* ulcus *est:* h. e. difficile ad probandum. Dom. 12. *et tu in hoc* ulcere *tamquam unguis exsisteres.*

ULTIMUS, remotissimus, Roma disiunctissimus. Manil. 16. ultimae *terrae.* vid Graev. ad h. l. 2. pro ulterior, ut Phil. VII. 1. ultima *Gallia.* conf. V. 2. 3 per perfectissimus. N. D. II. 12. ultimae *perfectaeque naturae.* *Ern.*

ULTRO, Quint. 23 *qui cum* ultro *ipse deberet:* i. e. per se: sive, ut Graevio placet, insuper, noch dazu. Quo sensu verbum in hoc saepe dicitur, ut Verr. III. 85. *ultro etiam oblatum.* *Ern.*

UMBILICUS Verr. IV. 48. *Siculi arbitrantur — raptam esse Liberam, quam eandem et Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore, qui locus, quod in media est insula situs,* umbilicus *Siciliae vocatur.* Div. II. 56. umbilicus *terrarum* vocantur Delphi, quos putabant in medio telluris sitos esse. Graece ὀμφαλὸς γῆς. cf. Eurip. Orest 590. Phoeniss. 244.

UMBILICI, lapilli litorales nitidi, in umbilici modum natura facti. Orat. II. 6 *conchas eos et* umbilicos *legere consuesse.* v. Salmas. ad Solin. p. 495. *Ern.*

UMBRA, comes. Mur 6. *saltatio est* umbra *luxuriae* 2. *umbra* dicitur pro loco umbroso, in quo cuiuscunque generis exercitationes habentur, in quibus non serio res agitur, neque de vita pugnatur. Hinc *umbra* opponitur *soli:* h. e. verae pugnae in bello, aut verae contentioni in iudiciis. *v.* Sol. Sed deinde de omnibus iis rebus dicitur, quae domi et in umbra fiunt,

in quibusque nulla magna est contentio: tamquam de iurisprudentia. Muren. 14. *cedat* umbra *soli*: h. e. militari rei philosophia et ceterae artes, in quibus otium et tranquillitas est. vid. umbratilis. 2. Orat. III. 26. *habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus* (h. e. genus magnificum) umbram *aliquam et recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur*: h. e. sint loci aliqui in oratione magnifica vacui ab ornamentis et quasi figurarum troporumque coloribus. *Ern.*

UMBRACULUM, schola. Brut. 9. vid Sol. Leg. III. 6. *Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in pulverem atque solem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit*: h. e. usus est ad rempublicam administrandam, ut ap. Rom. Cato, Cicero, alii. *Ern.*

UMBRATILIS, otiosus, lenis, non asper. Tusc. II. 11. *vita* umbratilis *et delicata*. Orat. 19. umbratilis *est oratio philosophorum et mollis*. *Ern.*

UMBROSUS Q. Fr. III. 1. *Ego locum* umbrosiorem *vidi nunquam*.

UNCIA. assis duodecima pars, deinde etiam hereditatis (v. As.) Att. XIII. 48. *mortuus est Babullius. Caesar opinor ex* uncia. ibid. VII. 2. est etiam in Gruteriana: *ex unciis*. Sed in Graeviana rectius receptum: *ex teruncio*. ad Q. Fr. III. 9. *quas enim tabulas se putavit obsignare, in quibus* in unciis *firmissimum tenuerat etc.* v. Manut. ad h. l. *Ern.*

UNCINATUS, Acad. pr. II. 38. *hamata* uncinataque *corpora*.

UNCTIO Orat. II. 21. *philosophum omnes* unctionis *causa relinquunt*, scil. ut disco ludant; ante ludos gymnicos enim corpora ungere solebant.

UNCTURA. Leg. II. 24. unctura *servilis* est unctio servorum mortuorum, legibus XII. tabb. prohibita.

UNCTUS. Att. XII. 6. *nitidus* unctusque *sol*, opponitur *asso*, de quo supra. 2. elegans, splendidus. Brut. 20. *iam enim erat* unctior *quaedam splendidiorque consuetudo loquendi*. *Ern.*

UNCUS, instrumentum, quo perduelles ad scalas Gemonias trahebantur. Phil. I. 2. uncus *impactus est illi fugitivo*. Rabir. Perd 5. *vindicare a verberibus, ab* unco. ubi v. Hotomann. *Ern.*

atque os suum unguento *perfricaret.* Catil. II. 3. *qui nitent* unguentis, *qui fulgent purpura.*

UNGUICULUS. Fam. I. 6. *qui mihi a teneris (ut Graeci dicunt)* unguiculis es cognitus; i. e. a pueritia. Manutius e libro περὶ παιδῶν ἀγωγῆς, qui vulgo ad Plutarchum refertur attulit Graecum:] ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων. Fin. V. 27. *dicis eadem omnia et bona, quae quidem dicunt qui nunquam philosophum pictum, ut dicitur viderunt, valitudinem, vires — integritatem* unguiculorum *omnium, bona; deformitatem, debilitatem, mala.*

UNGUIS N. D. II. 47. cibum (animalia) *partim* unguium *tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum.* Att. XIII. 20. *in omni vita sua quemquam a recta conscientia* transversum unguem *non oportet discedere (nicht einen Finger breit).* Rosc. Com. 7. *nonne* (Fannius Chaerea) *ab imis* unguibus *usque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur?* Dom. 5. *tu in hoc ulcere tanquam* unguis *existeres:* h. e. augeres malum, acerbius efficeres.

UNGULA. Tusc. II. 24. *toto corpore atque omnibus* ungulis, *ut dicitur, contentione vocis asserunt.* Bentleius post Lambinum legebat *unguiculis*: quod *ungulis* hominibus non conveniret. Sed in proverbiis haec non nimis subtiliter iudicanda. v. Obs. Miscell quae cura Cel. Dorvillii prodierunt. T. I. p. 410. *Ern.*

UNICUS, pro *unus* est Rosc. Am. 14. extr. Cael. 32. Verr. I. 41. si tamen lectio sana est. 2. excellens, singularis. Quint. 12. *ut aut summa negligentia tibi obstiterit, aut* unica *liberalitas.* Cato. 17. *in quem illud elogium* unicum. vid. collecta Heinsio ad Ovid. Met. III. 434. *Ern.*

UNIVERSE. Att. V. 2. *cetera* universe *mandavi: illud proprie.*

UNIVERSITAS. N. D. I. 43. *universitas rerum*, est totus mundus, ut II. 65. universitas *generis humani*, totum genus humanum.

UNIVERSUS, Orat. III. 27. *loci, qui .. quia de re* universa *tractari solent, communes nominati sunt*: h. e. de genere. 2. communis omnibus. Off. I 31. *sic est faciendum, ut contra* universam naturam *nihil contendamus: ea tamen conservata,* propriam *naturam sequamur.* c. 30. *communem* dixerat. *Ern.*

UNUS, eleganter cum superlativo. Brut. 6. *rem unam esse* omnium *difficillimam.* Sine *omnium* Planc. 41 ad Div. XIII. 43. *familiarissime* uno *equite Romano utor.* 2. Germanismo similes sunt hae rationes. Rosc. Com. 5. *ut iudicem* unum *vereri debemus.* ad Div. VII. 19. *doctorem tamen* unum *quem desiderant.* Orat. I. 29. *sicut* unus *paterfamilias.* 3. pluralis iungitur, ex canone grammatico, substantivis pluralis numeri tantum, ut Att V. 9. unae *literae.* Sed non est perpetuum. Flacc. 29. unis *vestimentis lautus es. Ern.*

VOCABULUM. Or. III. 40. *si res suum nomen et proprium* vocabulum *non habet, ut pes in navi — — necessitas cogit, quod non habeas aliunde sumere.* ibid. *nihil est in rerum natura cuius nos non in aliis rebus possimus uti* vocabulo *et nomine.* Acad. fr. *non* vocabulorum *opificem sed rerum inquisitorem decet esse sapientem.* N. D. I. 15. Perseus — *eos dicit esse habitos deos, a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa, ipsasque res utiles et salutares deorum esse* vocabulis *nuncupatas.*

VOCALIS, *litera*, Lautbuchstabe. Her. IV. 12. *crebrae* vocalium *concursiones, quae vastam et hiantem orationem reddunt* Orat. 23. *habet ille tamquam hiatus concursu* vocalium *molle quiddam, et quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis quam de verbis laborantis.* 2. *vocalis orator* dicitur qui nihil fere affert praeter vocem aut clamorem. Brut. 69. *Addamus huc etiam, ne quem* vocalem *praeteriisse videamur, C. Cosconium Calidianum, qui nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, praebebat populo cum multa concursatione magnoque* clamore.

VOCARE 1. *invitare* Att. VI. 3. vocare ad coenam. Rosc Am. 18. *domum suam istum non fere quisquam* vocabat. 2. *citare.* Muren. 12. *ibi ego te ex iure manu consertum* voco Quint 19. *Debere tibi dicis Quintium. Procurator negat. Vadari vis; promittit.* In ius vocat, *sequitur.* Balb. 28. vocari *in iudicium* Mil. 15. *Milo Clodium ad iudicium bis, ad vim nunquam* vocavit. 3. *adducere.* Rab. Perd. 7. *ille senatus, quem etiam vos ipsi, qui hos patres conscriptos, qui nunc sunt in* invidiam vocatis, *quo facilius de hoc senatu detrahere possitis, laudare consuevistis.* Caecin. 23. *aucupia verborum et literarum tendiculas in* invidiam vo-

cant. Verr. V. 51. *in crimen et* invidiam vocari. ibid. 5. *Leonidae cuiusdam familia in* suspicionem vocata *est coniurationis.* Manil. 5. *salus sociorum summum in* periculum *ac* discrimen vocatur. Orat. II 9 *eadem facultate et fraus hominum ad* perniciem *et integritas ad* salutem vocatur. Catil. I. 5 *nunc iam vitam omnium Italiamque totam ad exitium vastitatemque* vocas. Leg. II. 3. *Lex vim habet ad recte facta* vocandi *et* a *peccatis* avocandi. Orat. II. 81. *omnia quum superioribus orationis locis, tum maxime extremo ad mentes iudicum quam maxime permovendas et ad* utilitatem nostram vocandas *conferenda sunt.* Fam. X 7. *quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem.* Sext. 9. de Pisone Gabinii in consulatu collega: *Erat hominum opinioni nobilitate ipsa, blanda conciliatricula commendatus. — Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant, et quod erat eo nomine, ut ingenerata familiae* frugalitas *videretur* (hic respicitur ad *L. Pisonis* cognomen eius qui primus *Frugi* appellatus est) *favebant, gaudebant, et* ad integritatem maiorum spe sua *hominem* vocabant, i. e. quia bene de eo sperabant, hac ipsa spe eum excitabant, ut maiorum suorum similis exsisteret.

VOCATUS Orat. III. 1. *Senatus* vocatu *Drusi* (*auf dessen Einleitung oder Auffoderung*) *in curiam venit*

VOCIFERARI. Verr. IV. 18. *minitari* absenti *Diodoro*, vociferari *palam.* ibid. II. 22. *me dies, vox latera deficiant si hoc nunc* vociferari *velim.* Ernestius monuit hoc loco libros nonnullos habere *vociferare;* se tamen illud praeferre, quamvis *vociferari* passivo sensu occurrat apud Livium XXIV. 21. — Rosc. Am. 4 *his de rebus tantis tamque* atrocibus *neque satis* me *commode dicere neque satis graviter conqueri, neque satis libere* vociferari *posse intelligo.*

VOCIFERATIO Rosc Am. 5. *qua* vociferatione (*laute Klage*) *in ceteris iudiciis accusatores uti consueverunt, ea nos* hoc *tempore utimur, qui causam dicimus.* Her. III. 14 *celeriter cum clamore verba conficere, ut vim volubilem orationis* vociferatio (*die Stärke der Stimme*) *consequi* possit. ibid. III. 12. acuta exclamatio vocem et fauces vulnerat; eadem laedit auditorem. *Habet enim quiddam illiberale et ad* mu-

ut propemodum nesciant ipsi, quid agant primum, quid secundum. Pis. 25. *homo* volitans *gloriae cupiditate*, opponitur *viro moderato et constanti* Att. II. 22. de Clodio trib. pl. volitat, *furit, nihil habet certi; multis denunciat; quod fors obtulerit, videtur acturus.* 5. Orat. II. 6. *quemadmodum volueres videmus, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa, passim ac libere, solutas opera volitare: sic nostri animi . . defessi gestiunt, ac* volitare *cupiunt, vacui cura atque labore.* *Ern.*

VOLUBILIS. 1. sich radförmig oder kugelartig um die Achse drehend. Univ. 6. *Caelum* volubile *et in orbem incitatum.* N D. II. 17. *hic quam volet Epicurus iocetur — et dicat se non posse intelligere, qualis sit* volubilis *et rotundus deus.* 2. de celeritate orationis; *schnelle geläufige Sprache* Her. III. 14. *vis* volubilis *orationis* Flacc, 20. *homo* volubilis *quadam praecipiti celeritate dicendi.* cf Brut. 28. ibid 27. *Carbonem — prudentes homines — canorum oratorem et* volubilem *— fuisse dicebant.* Orat. 56. oratio volubilis opponitur *stabili.* 3. *inconstans.* Mil 26. *Vide quam sit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga* volubilisque *fortuna.*

VOLUBILITAS. 1. *Anlage zur Bewegung in die Runde; Umdrehbarkeit,* Univ. 10. *Deus caelum ad* volubilitatem *rotundavit.* N. D. II. 19. *quum duo sint genera siderum — ex utraque re et mundi* volubilitas, *quae nisi in globosa forma esse non posset, et stellarum rotundi ambitus cognoscuntur* Fat 19. *qui protrusit cylindrum,* dedit *ei principium motionis*, volubilitatem *autem non dedit.* 2. *celeritas dicendi.* Orat. I. 5. *est scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua verborum* volubilitas *inanis atque irridenda est.* Orat. 16. *Flumen aliis verborum* volubilitasque *cordi est, qui ponunt in orationis* celeritate *eloquentiam.* Planc. 23. *linguae* volubilitas. 3. inconstantia. Div. II. 6. *quomodo id quod temere fit caeco casu et* volubilitate *fortunae praesenti et praedici potest?*

VOLUBILITER Orat. 62. *saepe in amplificanda re concessu omnium* funditur numerose et volubiliter *oratio (ergiest sich die Rede in Schwung und rhythmischen Wohlklang.)*

rum scriptis; *cuiusque aetatis*, *quae dicendi ratio* voluntasque *fuerit*, *intelligi potest*. 2. Agr. I. 9. *in alia* voluntate *esse*: aliud probare. ad Div. IX. 6. *haec in* voluntate *fuerunt*: i. e. in potestate nostra. 3. preces. ad Div. VI 6. *Caesar cedit iustis et officio incensis, nec inanibus aut ambitiosis* voluntatibus.

VOLUPTARIUS, suavis. Att. XII. 25. voluptariae *possessiones*: ut *horti*. Orat. III. 17. voluptariae *disputationes*: h. e. de voluptate et pro voluptate. Fin. V. 25. *voluptarii* philosophi; de Epicureis. Fin. II. 20. *Regulus bella magna gesserat — triumpharat nec tamen illa — tam magna — ducebat, quam illum ultimum casum, quem propter fidem et constantiam susceperat, qui nobis miserabilis videtur audientibus illi perpetienti erat* voluptarius.

VOLUPTATES; de spectaculis. Muren 35. *adhibendis* voluptatibus *etc* hoc sensu posteriori aevo in primis dici coeptum frequenter, ut dudum observarunt viri docti.

VOLUTATUS, versatus diligenter. Orat. III. 10. volutatus *in veteribus scriptis*. ad Q. Fr. II. 13 *ad Callisthenem et ad Philistum redeo, in quibus te video* volutatum.

VOLUTATIO. Pis. 34. *scelera tua non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis* volutationibus *corporis et cubilibus persecuti sumus*.

VOMERE. Deiot. 7. *te* vomere *post coenam velle*, vid. Ind. Graec. in ἐμετική.

VORARE. Att. IV. 11. *nos hic* voramus *literas cum Dionysio*. cf. helluari.

VOTUM. ad Div. VI. 7. *victoriae suae* vota *facerent*. Tusc. V. 1. *si virtus . . famula fortunae est, nec tantarum virium, ut se ipsa tueatur: vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi, quam* vota *facienda*.

VOTIVUS. Att. IV. 2. XV. 8. 11. votiva *legatio*: quae voti suscepti et persolvendi causa petitur; genus liberae legationis. vid. legatio. Act. I. Verr. 10. votivi *ludi*: qui fiunt ex voto, ab imperatore aliquo suscepto. *Ern.*

VOX. Leg. II. 7. *leges legum voce proponam.* Ursinus interpretatur, verbis solennibus et propriis legibus, ut *vox* sit pro *verbo*, additque duo exempla e Cicerone: sed neutrum huc facit, nec hic locus eiusmodi est, ut vocis vocabulum non proprie explicari possit. Est enim prosopopoeia, ut in illo: *patriae vox*, Catil. I. et alibi. Neque tamen qua sensum falsa est interpretatio. *Ern.*

URBANITAS, virtus ingenii animique, qua eleganter possumus, ut homines in urbe liberaliter educati, de omnibus rebus iudicare, neque aliquid inepti et absurdi dicimus et facimus, sed potius venuste et cum specie quadam liberali: estque hoc genus urbanitatis per totam vitam orationem moresque fusum. ad Div. III. 7 *etiamne tu has ineptias, homo summa prudentia . . addo* urbanitate, *quae est virtus, ut Stoici rectissime putant.* Nempe Stoici ἀστεῖον opponunt ἀμαθεῖ, ut ad h. l. ex Plutarch. de legend Poetis ostendit Victorius. ibid. VII 3. *vides enim exaruisse iam veterem* urbanitatem. *ut Pomponius noster suo iure possit dicere nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam.* vid. Vavass. ludicr. dict. S III. c. 7. p. 333. edit. Lips cont Urbanus. 2. facultas iaciendorum dictorum, apophthegmatum, lepos, ut Salustius in Sempronia appellat. Fam. VI 32 urbanitatis *possessionem, amabo quibusvis interdictis defendamus.* Rosc. Am. 41. urbanitas *servorum:* quamquam haec etiam ad primum genus fortasse referri potest. 3. ipsa dicteria. Cael. 3. *contumelia si facetius iactatur,* urbanitas *nominatur* Fin. II. 3. *in quantas hominum facetorum* urbanitates *incurratis.* Orat. I 5 *celeritas et brevitas respondendi et lacessendi, subtili venustate atque* urbanitate *coniuncta.* 4 venustas quaedam in sono vocis, et Romae natis et educatis propria. Brut. 46. urbanitatis *color;* qui quid sit in voce, ibi explicatur. *Ern*

URBANUS, elegans in omni iudicio, facto; opponiturque imperito, absono etc ad Div. II 8. *te hominem, non solum sapientem, verum etiam, ut nunc loquimur,* urbanum. v. Urbanitas n. 1. Ceterum, quod ex h. l. post Quintil Inst Or. VIII. 3. colligunt, *urbanus* fuisse tum novum vocabulum, id mihi non placet.

Nam sic multo magis etiam urbanitas novum verbum fuisset. Sed sensus hic, e philosophia Stoica repetitus, erat novus. Verbum enim *urbanus* est iam ap. Plautum de scurris Trinum. I. 2. 145. et alibi. Ita vero etiam hoc eerbum capio. Verr. I. 6. *homines lauti et urbani* Ita enim ironice vocat homines Verri amicos, qui rumores dissiparant improbabiles, quibus nemo fidem poterat habere. 2. urbi Romae proprius, Romanus. Brut. 46. *quid tu tribuis istis ex ernis quasi oratoribus? quid censes, nisi idem quod* urbanis, *praeter unum, quod non est eorum quadam* urbanitate *quasi colorata oratio . . in vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam et resonat* urbanius 3. perpetuo Romae vivens, et quidem aut otiose, aut causas in foro gerens, aut senatorio munere fungens. Pis. 26. *in hac quotidiana, assidua,* urbanaque *vita.* Att. I. 1. *cetera spero prolixa fore, his duntaxat* urbanis *competitoribus; illam manum tu mihi cura ut praestes, Pompeii nostri amici.* Gronovius interpretatur de assiduis, qui urbanis artibus, ut Cicero, Sulpicius, excellebant, non militaribus. Vid. de Sestert. IV. 9. a qua interpretatione non adeo recedit altera Casauboni, Corradi, qui *urbanos competitores* putant opponi iis Praetoriis viris, qui in provinciis, militiae sc. causa, essent, et ante trinum nundinum redire ad petendum possent. Sed Victerius Var. Lect. IV. 12. putat esse leves, ioculares. Et profecto omnes competitores, quos commemoravit, ab ipso tales esse dicuntur, ut rideantur, aut risu digni sint, aut tales fuerunt. Sed Gronoviana interpretatio magis mihi placet. 4. facetus, dicax, quales nempe fieri solent otiose Romae viventes, nihilque agentes, nisi ut in foro, sub basilicis stent, circulos faciant etc. unde tandem pro scurra dici coepit, ut ostendit Gronov. l. c. cf. Salmas. ad Pollionis XXX. tyr. p. 316. ad Div. IX. 15. urbani *sales.* Dom. 34. *et homo facetus, inducis etiam sermonem* urbanum *ac venustum: me dicere solere, esse me Iovem, eundemque dictitare, Minervam esse sororem meam.* 5. Verr. III. 86. urbana *praedia.* vid. praedium. *Ern.*

URBS. 1. sensu generali. Sext. 42. *domicilia coniuncta, quas* urbes *dicimus moenibus sepserunt.* Acad. pr. II. 44. *Stoicorum παράδοξον: ne* urbes *quidem*

osse aut civitates, nisi quae essent sapientium. 2. κατ' ἐξοχὴν *urbs* dicitur *Roma* Att. I. 16. *eruptione constituta sentinam* urbis *exhauriri posse arbitrabar.* Att. XIII. 29. *de* urbe augenda *quid promulgatum sit non intelligo* 3. de urbibus in provinciis. Rull. II. 16. Mytilenae urbs *et natura et situ et descriptione aedificiorum et pulchritudine imprimis nobilis.* ibid. 28. *Capuam colonia deducetur* urbem *amplissimam atque ornatissimam* 4. metaphorice Div. II. 16 urbem *philosophiae mihi crede, proditis, dum castella defenditis.*

UREDO. *Brand im Getreide.* N. D III. 35. *nec si* uredo *aut grando quippiam nocuit, id Iovi animadvertendum fuit.* Est autem rubigo ita dicta, quia credebatur oriri ab occasu solis frigido et pruinoso, sequente sole acri, a quo inuratur pruina. Sic Salmas ad Solin. p. 308. Sed Cuiac Obss. XV. 28. distinguit inter *rubiginem* et *uredinem* auctore. Plinio, ut rubigo sit erore puto facto uredo e concreto. Recte. Uredinem *a frigore* repetit etiam Columella III. 20. rubiginem a colore idem X 342. *Ern.* Causas *uredinis* recentiores physici multo melius eruerunt inprimis *Gleditschius* Academicus olius Berolinensis.

URGERE. 1. de multitudine s. turba hominum quae alios premit, *dianque.* Att. VI. 2. *sed lucet,* urget *turba.* 2 de malis aliquem prementibus. Fat. 9. *qui mortifero morbo* urgetur. Tusc. V. 8. *quum tria genera malorum esse dicant, qui duorum generum malis omnibus* urgeatur, *ut omnia adversa sint in fortuna, omnibus oppressum corpus et confectum doloribus, huic paullumne ad beatam vitam deesse dicemus, non modo ad beatissimam.* Att. VI. 3 *sollicitudine provinciae vel maxime* urgebamur. Off. II 14 *maxime et gloria paritur, et gratia defensionibus, eoque maior, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicuius opibus circumveniri* urgerique *videatur.* 3. *instare,* ut a quis aliq id faciat. Orat II. 4 *sin tibi minus libebit, non te* urgebo Fam. X. 32 *Lepidus* urSit *me — ut legionem trigesimam mitterem sibi.* 4 aliquem in philosophando, vel in oratione forensi argumentis premere: vel in aliquo argumento pertinacius perstare. Orat, I. 10. urgerent *philosophorum greges, — nihil*

te

te — de ratione vitae didicisse, nihil omnino quaesisse, nihil scire convincerent. — Instaret *Academia etc.* Off. III. 9. *Haec est vis huius exempli: si nemo sciturus — sit, quum aliquid — libidinis causa feceris, si id diis hominibusque futurum sit, semper ignotum, sisne facturus? Negant id fieri posse; quamquam potest id quidem! Sed quaero quod negant posse, id si posset, quidnam facerent?* Urgent *rustice sane. Negant enim posse, et in eo perstant.* Fat. 15. *vide ne non eadem sit illorum* (Academicorum) *causa et Stoicorum. Hi enim* urgentur *angustius, illorum ratio soluta ac libera est.* Fin. V. 27. *non pugnem cum homine* (Epicuro) *cum tantum habeat in natura boni, illud* urgeam, *non intelligere eum, quid sibi dicendum sit, quum dolorem summum malum esse dixerit.* Planc. 2. *quaerit Laterensis atque hoc uno maxime* urget, *qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit.* Off. III. 10. *ius Crassus* urgebat — *aequitatem Antonius.* Planc. 28. *nomen quod* urget *dissolvere.* Tusc II. 25. urgeri *pondere.* 5. cum accusativo rei Fam. IX 13. *Romae quum sum et* urgeo *forum.* ibid. VII 8. *quin tu* urges *occasionem istam?* 6. urgeri *in aliqua re*, pro eidem operam dare. Orat. I. 61. *orator in hoc uno opere — noctes et dies* urgeatur.

URINA. Fat. 3. *in* urina, *in unguibus — naturae contagio valet.* Nempe hoc refertur ad locum libri de Fato deperditum, ubi agebatur de praedictionibus medicorum ex urina, ex unguium colore.

URINARE. *untertauchen.* Acad. fr. *si quando nos demersimus, ut ii qui* urinantur.

URNA, praecipue vasculum in quod sortes, vel tabellae suffragiorum aut iudicum coniiciebantur. Div. I. 34. *Maximum portentum Spartiatis fuit, quod quum oraculum a Jove Dodonaeo petivissent de victoria sciscitandes, legutique illud* (forsan legendum *vas illud*) *in quo inerant sortes collocavissent, simia quam rex Molossorum in deliciis habebat et sortes ipsas, et cetera quae erant ad sortem parata disturbavit et aliud alio dissipavit.* ibid. II. 32. *quid minus mirum quam illam monstruosissimam bestiam* urnam *evertisse, sor-*

tes dissipavisse? Q. Fr. II. 6. *Senatorum urna copiose absolvit, equitum adaequavit.* Vatin. 15. quaero ex te *num quis in hac civitate post urbem conditam — reus in tribunal sui quaesitoris ascenderit, eumque vi deturbarit? subsellia dissiparit; urnas deiecerit;* vel (ut alii legunt) *delegerit.*

URNULA. Parad. 1. *quid? e Numa Pompilio minusne gratas diis immortalibus capedines, ac* fictiles urnulas *fuisse, quam filicatas aliorum pateras?*

URI. Q. Fr. II. 11. *frigus impendebat maximum quo periculum erat, ne Appio suae aedes* urerentur; scil. ob nimios ignes in foco frigoris depellendi caussa excitatos. Phil. VIII. 5. *in corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat*, uri *et secari patimur.*

USITATUS. Phil. XIV. 5. usitatus *et pervulgatus honos.* Fin. III. 2. *ne opifices quidem tueri sua artificia possent nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi.* N. D. III 19. *Abyrto fratri, qui est apud Pacuvium Aegialeus; sed illud nomen veterum literis usitatius.*

USUCAPIO, est ius rei possidendae s. dominii adeptio, ut ICti loquuntur, quae oritur ex eo, quod rem per certum temporis spatium, idque lege definitum, sine controversia, possidemus. Caecin. 26. usucapio *fundi, hoc est, finis sollicitudinis ac periculi litium, non a patre relinquitur, sed a legibus.* Leg. I. 21. usucapionem *XII, tabulae inter quinque pedes esse voluerunt. etc. Eru.*

USURA, usus rei, item, quod pro usu datur. ad Div. VI. 12. usura *falsi gaudii frui.* Agr. III. 1. *parvam exigui temporis* usuram *bonae de me opinionis postulo.* Tusc. I. 39. *natura dedit* usuram *vitae, tamquam pecuniae, nulla praestituta die.* Elegans est illud de Stoicis, qui post mortem corporis superstitem animum dicunt, sed non in aeternum, ibid. 31. extr. *Stoici autem* usuram *nobis largiuntur, tamquam cornicibus; diu mansuros, aiunt animos, semper negant.* 2. *fenus, die Zinsen eines Capitals.* Fam XV. 4. *multas civitates acerbissimis tributis et gravissimis* usuris *liberari* Catil. II. 8. *Neque qui possessiones habent* (valde obaeratas) *alia ratione ulla salvi esse pos-*

sunt (scil. quam ut illas auctione vendant.) *Quod si maturius facere voluissent, neque* (id quod stultissimum est) *certare cum* usuris *fructibus praediorum* (h. e. fructus praediorum fere omnes impendere ad usuras dissolvendas.) *et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur.*

USURPARE, pro eo, quod vulgo dicunt, exercere, tamquam ius etc. Agrar. II. 7. *paucas tribus ad* usurpandam *libertatem vocare*: h. e. ad exercendum ius suffragii. Verr. V. 22. *iure imperii quotannis* usurpatum *ac semper retentum.* 2. vocare, dicere. Off. II. 11. *C. Laelius is qui sapiens* usurpatur. Phil. II. 28. *at quam crebro* usurpat: *et Consul, et Antonius.* *Ern.*

USURPATIO. Verr. V. 64. usurpatio *civitatis*, est, quum se quis civem dicit. Agrar. II. 12. usurpatio *vetustatis*, de comitiis curiatis, dicis causa per 30. lictores habitis. cf. Gronov. Obs. I. 25. *Ern.*

USUS, possessio rei non interrupta per certum ac legibus definitum temporis spatium, qua res nostra fit, ut nemo amplius nobis de ea litem movere possit. Har. R. 14. *mortales nihil a Diis immortalibus* usu *capere possunt.* Caecin. 19. *auctoritatem fundi et* usum *lex iubet esse biennium.* *Ern.*

UT, utut, Verr. I. 2. ut *hoc esset iudicatum.* Planc. 4. ut *fueris dignior.* cf. Gronov. Obs III 6. 2. posito, fac. ad Div. I. 9. ut *iam sit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor est in iis, qui reliquerunt.* ad Att. VII. 13. *qui*, ut *nihil aliud, hoc tamen profecit.* 3. eleganter dicitur etiam cum superlativo sequente *ita.* Off. I. 5. ut *quisque maxime perspicit* .. ita *sapientissimus haberi solet.* *Ern.* 4. pro *cur* Mil. 13. extr. *erat*, ut *odisset.*

UTENS, qui sumtum facit de pecunia sua. Off. II. 20. *fac magnitudinem divitiarum iuvare.* Utentior *sane sit, honestior autem quomodo?* v. Uti. *Ern.*

UTENSILE. Oecon. 1. *reliqua* utensilia, *quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Utensilia* h. l. sunt necessaria victui, non supellex; ut recte monuit et pluribus exemplis demonstravit Gronov. Sestert. p. 105. cf. nos ad Tacit. A. I. 70. Perspi-

utilitates *omittendae sunt, aliique tradendae, quum his ipsi egeamus, sed suae cuique utilitati quod sine alterius iniuria fiat, serviendum est.*

UTILITER Off. I. 25. *recte placet* (Peripateticis mediocritas in puniendo) *modo ne laudarent iracundiam, et dicerent* utiliter *a natura datam.* ibid. II. 5. *quae in rebus inanimis, quaeque in usu et tractatione beluarum fiunt* utiliter *ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis.*

UTINAM. Att. XIII. 46. *Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceret te in Tusculanum venturum. Quod* utinam: iterum utinam, *tuo tamen commodo.*

UTIQUE 1. *durchaus.* Att. IV. 4. *quo die venies* utique *cum tuis apud me sis.* 2. *doch wenigstens gewiss.* ibid. XIII. 22. Ego *ut constitui adero, atque* utinam *tu quoque eodem die; sin quid* . . (multa enim) utique *postridie.* ibid. 48. *velim M. Varronis et Lollii mittas laudationem; Lollii* utique. *Nam illam legi; volo tamen regustare.*

UVA. Div. I. 17. *Attius Naevius, quum propter paupertatem sues puer pasceret, una ex his amissa vovisse dicitur si recuperasset,* uvam *se daturum quae maxima esset in vinea. Itaque sue inventa, ad meridiem spectans in vinea media dicitur constitisse, quumque in quatuor partes vineam divisisset tresque partes aves abdixissent, quarta parte quae erat reliqua in regione distributa mirabili magnitudine* uvam *invenit.* De *uvis* conf. Sen. 15.

VULGARIS 1. *gemein, gewöhnlich.* Or. I. 23. *oratio ad* vulgarem *popularemque sensum accommodata.* ibid. 58. *in communi vita et* vulgari *hominum consuetudine non esse rudem.* Fin. III. 1. *in omni arte cuius usus* vulgaris *communisque non sit, multam novitatem nominum esse:* Orat. I. 23. *Rhetorica — non intelligo, quamobrem non, si minus illa subtili definitione, at hac* vulgari *opinione ars esse videatur.* Phil. II. 18. vulgare *scortum.* Cornel. fr. vulgare *nomen est Philerotis.* Brut. 88. *minime* vulgare *genus dicendi.* Acad. post. 1. qui nulla arte *adhibita de rebus ante oculos*

go (h. e. per tabellarios quoscunque etiam non satis certos) *ad te mitto, nihil fere scribo, quod si in alicuius manus inciderit moleste ferendum sit.* 7. de *universis* interpretatur Cicero. Muren. 35. *Quid enim? Senatus nunc obviam prodire* (candidato) *crimen putat? Non. Sed mercede. Convince. Num sectari* (eum) *multos? Non. Sed conductos. Doce, Num locum* (candidatos alicui) *ad spectandum dare? aut* (aliquem) *ad prandium invitare? Minime. Sed* vulgo, *passim. Quid est* vulgo? *universos.*

VULGUS. 1. de populo praesertim plebecula; (*der gemeine Haufe, das Volk*) Planc. 4. *Non est consilium in* vulgo, *non ratio, non discrimen, non intelligentia.* Orat. II 14. *haec duntaxat in Graecis intelligo quae ipsis qui scripserunt voluerunt a* vulgo *intelligi.* 3. *in vulgus* est *promiscue* Fam. XIII. 70. *Fit ut multi per me tibi velint commendari. Ego autem tribuo nonnumquam in vulgus sed plerumque necessariis hoc tempore.* 4. alia ratione *in vulgus* est i. q. *palam, in populo, vel ad populum.* Rosc. Am. 2. *exire atque in* vulgus *emanare non poterit.* Att. IX. 2. *alter religiosus etiam nunc dies, alter* in vulgus *ignotus.* 5. vulgus dicitur de iis, quorum exigua est dignitas vel auctoritas Brut. 97. vulgus *patronorum* (*gemeiner Haufe der Sachwalter*).

VULNERARE. Sext. 10. *Si gladium parvo puero, aut si imbecillo seni aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat, sin ad nudum vel fortissimi viri corpus accesserit; possit acie ipsa et ferri viribus vulnerari.* 2. metaphorice pro *offendere.*

VULNERATIO. 1. sensu proprio. Caecin. 16. Sin vim sine caede, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligetis. 5. metaphorice. Pis. 20. *maior haec est vitae, famae, salutis suae* vulneratio.

VULNUS 1. sensu proprio. Mil. 24. *mirabar* vulnus *in latere, quod acu punctum videretur pro ictu gladiatoris probari,* N. D. III. 22. *Aesculapius primus* vulnus *obligavisse dicitur.* Tusc. II. 17. *alligare* vulnus 2. metaphorice de damnis, detrimentis aut calamitatibus. Fin. IV. 24. *quae hic* (Gracchus) *reip.*

Sext. 9. *animus eius* vultu, *flagitia parietibus tegebatur; sed haec obstructio nec diuturna est, nec obducta ita, ut curiosis oculis perspici non possit.* Deiot. 2. *in tuis oculis in tuo ore* vultuque *acquiesco.* Rull. III. 1. *video quosdam non eosdem* vultus *quos proxima mea concione praebuerunt in hanc concionem mihi retulisse.*

UXOR. Top. 3. *Genus est* uxor; *eius* duae *formae; una* matrum familias, *quae in manum convenerunt; altera earum, quae tantummodo* uxores *habentur.* Fin. III. 21. *consentaneum est naturae, ut sapiens velit gerere et administrare remp., atque, ut e natura vivat,* uxorem *adiungere et velle ex ea liberos.* Fr. orat. contra C. Anton. *quum ex eodem stupro tibi et* uxorem *et filiam invenisti.* Orat. pro Scaur. fr. uxor. *pellicatus dolore* concitata.

UXORIUS. Off. III 15. *in arbitrio* rei uxoriae *haec verba maxime excellunt: melius aequius. Res uxoria* est dos, quam uxor attulit, et de qua post divortium contentio esse solebat. vid. Boëthius ad Topic. 17. *Ern.*

X.

X litera vastior *dicitur.* Orat. 45. verba saepe contrahuntur, non usus causa sed aurium. *Quomodo enim vester* Axilla *Ala factus est nisi fuga literae vastioris. Quam literam etiam e* maxillis, *e* taxillis, *et* vexillo *et* paxillo *consuetudo elegans Latini sermonis evellit;* ut pro iis scil. verbis *mala, talus, velum, palus* dicatur.

XYSTUS, est ambulatio sub divo ante porticum, in qua etiam sedes, et signa et flores. Acad. IV. 3. *cum pauca in* xysto *locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus* Att I. 8 *mittas quam primum signa et maxime, quae tibi gymnasii* xystique *videbuntur.* vid. Vitruv. V. 11. Buchner. ad Plin. Ep. IX. 8. Lipsius ad Senec. de Ira III, 18. genus porticus putat

Y.

Z.

HALAE, TYPIS BAENTSCHII.